[illegible]

MISCELLANEA CRITICA

QUIBUS CONTINENTUR

OBSERVATIONES CRITICAE IN SCRIPTORES GRAECOS.

MISCELLANEA CRITICA

QUIBUS CONTINENTUR

OBSERVATIONES CRITICAE IN SCRIPTORES GRAECOS

PRAESERTIM

HOMERUM ET DEMOSTHENEM.

SCRIPSIT

C. G. COBET.

LUGDUNI-BATAVORUM,
E. J. BRILL.
MDCCCLXXVI.

PRAEFATIO.

Rogatus ab amicis ut intermissam MNEMOSYNES editionem instaurarem non invitus iis morem gessi et quum uno alteroque volumine in lucem emisso editor a me peteret ut quae posthac scripturus essem in unum collecta et novis animadversionibus aucta seorsim edi paterer, ut in *Variis Lectionibus* fecissem, lubens id me facturum promisi, et sic haec MISCELLANEA CRITICA nata sunt, in quibus secundum scriptorum Graecorum emendationem hoc potissimum egi ut de Codicum usu et discrepantium scripturarum delectu sententiam meam ostenderem. Quam vellem mihi liceret unum et alterum nobilem scriptorem Graecum ex paucis praestantissimis Codicibus Mss. ita edere ut *apparatus Criticus* esset eo nomine dignus abiectis omnibus nugis et quisquiliis, quibus vulgo onerantur. Nunc quoniam huius rei neque in patria propter rei librariae difficultatem et angustias ulla spes est, neque extra patriae fines eam facultatem et copiam quaerere iuvat, reliquum est ut futuros scriptorum Graecorum editores in meam sententiam pertrahere coner. Ad-

huc fere me ea spes fefellit etiam in iis, quos mecum sentire satis sciebam. Itaque adhuc scripta Demosthenis et Platonis trahunt secum, ut antea, ingentem ineptarum lectionum farraginem, quae nullum usum habent aut unquam habiturae sunt. Quod si nemo inducere in animum poterit Platonem ex solo Bodleiano et Parisino A, Demosthenem ex solo Parisino S ad editionem parare, assumtis ex reliqua Codicum supellectili iis tantum lectionibus, quae aut verae sint aut aliquam veri speciem praebeant, si id, inquam, nemo facere sustinebit, etiam sic cum celeberrimis scriptoribus praeclare actum erit si reliquorum omnium Codicum scripturae abiicientur, *quae quidem manifesto falsae et absurdae sint.* Facito mihi iuvenis aliquis acutus et ingeniosus vel in Platone vel in Demosthene periculum: videbit sic innumerabilem variantium lectionum multitudinem tamquam tenebras sole exorto continuo fugari, nec nisi paucissimas quasdam remanere, quarum bona pars re diligenter considerata et ipsa inutilis esse arguetur. Primum omnium repudiabimus errores omnes orthographicos. Μυριάκις in libris omnibus optimis pessimis inter se stolide confunduntur ΑΙ et Ε, Η et Ι, ΗΙ et ΕΙ et Ι, ΟΙ et Υ contra loci sententiam et certum Graecitatis usum. Nusquam est dubia optio, est enim aliquid inter ἐπέτειος et ἐπαίτιος, κυνᾶς et κοινάς, παιδεία et παιδιά, ἔλεον et ἔλαιον, εἴρηκα et ἤρηκα, sed scribarum nemo id aut novit aut curat. Satis huiuscemodi errorum etiam in praestantissimo quoque libro comparet ut nemo nesciat sui esse arbitrii constituere utra sit ubique scriptura potior. De industria id in Strabonis libris et scriptis et editis demonstravimus.

Expellemus deinde menda omnia a Graeculis commissa contra certam et exploratam Atticae dialecti consuetudinem. Constat secundas personas verborum in -ομαι in -ΕΙ exire. Graeculi sedulo suum -ΗΙ vel Η inferciunt. In Platonis Parisino A vidi primam manum *fere constanter* dedisse ἀποκρινεῖ, εἴσει, ἀκριβολογεῖ, ἡγεῖ, διανοεῖ, χρήσει, παραδέξει, sed *ubique* cor-

rector *ει* eraso substituit *ηι*. In eodem Codice prima manus in plusquamperfectis *tantum non ubique* formas in -H dederat *ἑωράκη*, *ἐπεπόνθη*, *ᾔδη* et *ᾔδησθα*, sed corrector *η* deleto *ειν* substituit et *ᾔδεισθα* dedit. In eodem pluralia in -HC prima manus scripserat *γονῆς*, *δρομῆς*, *γραφῆς*, *χαλκῆς*, sed omnia haec in -*εῖς* corrector refinxit.

Apud Demosthenem quoque formae Atticae veteres aut *prorsus* obliteratae sunt aut passim obscuratae substitutis in earum locum formis recentioribus. Si *semper* de industria sublatae sunt (dixerit aliquis) unde tandem eas aliquando a Demosthene usurpatas fuisse nobis probabis? Dicam. Sunt quaedam vetustissima librorum menda, in quibus scriptura vetus tuto delitescit donec eas aliquis feliciter eliciat foras. Nomina in -*εύς*, *ἱππεύς*, *ἱερεύς*, *Φωκεύς*, *Χαλκιδεύς*, habebant apud Demosthenem quoque (ut apud Platonem) in plurali -*ῆς*, *ἱππῆς*, *Φωκῆς*, in accusativo -*έας* *ἱερέας*, *Χαλκιδέας*. Librarii -*ῆς* in -*εῖς* mutant, in Platonis Codice A saepissime, in Demosthenis S *semper*. Sed vide mihi quid sit in libris optimis pag. 1357. 9. *πολυτελῆς δ' ἦν μὲν γὰρ ἦσαν ἐλεύθεροι καὶ μικρολόγοι.* Erat nempe in vetere Codice M͞ЄΓΑΡΗCΑΝЄΛЄΥΘЄΡΟΙ, id est *Μεγαρῆς ἀνελεύθεροι.* Lineola in M͞ЄΓΑΡΗC nomen esse proprium indicabat. Opinati sunt esse de more pro littera N positam et sic *μὲν γὰρ ἦσαν ἐλεύθεροι* natum est. Vides vetus *Μεγαρῆς* in his tuto latere et sic salvum ad nos pervenire potuisse. Accedit alterum indicium pag. 1377. 3 ubi S exhibet *πλαταιησ* sine accentu pro *Πλαταιεῖς*.

Hoc igitur indicio freti reddemus Demostheni ubique formas has antiquiores *Φωκῆς*, *Χαλκιδῆς*, *Πλαταιῆς*, *Πλαταιῶν*, *Πλαταιᾶς* et sim. quas indocti scribae fere radicitus exstirpaverant.

Alterum exemplum servatae in vetusto mendo antiquae lectionis reperitur pag. 1385. 2. *ὅτι σινώπηι τῆι ἑταίραι αλωιοισ ἱερεῖον θύσειεν.* Librarius quid esset ΑΛΩΙΟΙC non exputabat:

itaque alii stulte *ἀλῶι οἷς* legebant, alius *correxit* scilicet *ἑάλω οἷς*. Tuto latebat Ἀλῴοις, quod apud Hesychium et alios in Ἀλῶα depravatum est.

Secunda persona verborum in -*ομαι* apud Demosthenem quoque (ut apud omnes antiquiores) in -ЄΙ exibat. Sexcenties corrupta in -ΗΙ tamen saepiuscule in S vera forma in -*ει* servata est. Dindorfius nunc quidem fecit quod in tali re semper est faciendum. Ubi semel ei constitit Demosthenem his formis esse usum eas ubique restituit.

Ostendi aliquando formas veteres *ἦμεν*, *ἦτε* et *ἦσαν tantum non ubique* in libris esse corruptas in *ἤεμεν*, *ἤετε* et *ἤεσαν*, vel in *ἦμεν*, *ἦτε* et *ἦσαν*. Dindorfius vidit id esse verum et ubique usum antiquum revocavit, sed idem in aliis, ubi eadem est *τῆς ἀναλογίας πειθανάγκη*, instabilem et fluxam scribarum fidem sequitur.

Si quis ingentes discrepantium scripturarum acervos undique congestos obiter spectaverit, facile inducat in animum immensam esse hanc lectionum multitudinem et infinitam copiam, sed si hoc egerit continuo apparebit eadem ubique scribendi vitia sexcenties apud omnes esse repetita et plerorumque nullam omnino rationem haberi oportere. Μυριάκις (ut hoc utar) apud omnes iisdem modis peccatur in terminationibus verborum. Ut in uno verbo quale id sit ostendam, nulli sunt Codices tam antiqui et boni ubi non inter se stolide permisceantur

ποιεῖς — *ποιῇς*. *ποιοῖς*. *ποιοίης*.

ποιεῖ — *ποιῇ*. *ποιοῖ*. *ποιοίη*.

ποιεῖ (secunda persona) — *ποιῇ*. *ποιεῖς*.

ποιήσει — *ποιήσῃ*. *ποιήσαι*. *ποιήσειε*.

ποιήσετε — *ποιήσητε*, *ποιήσαιτε*.

ποιήσουσι — *ποιήσωσι*.

Similiter in *ποιησόμεθα*, *ποιήσεσθε*, *ποιήσονται*.

*ποιήσετ*ΑΙ — *ποιήσετ*Є. *ποιήσαιτε*.

*ποιήσ*Ο*ντες*. *ποιησ*Ο*μενοι* — *ποιήσ*Α*ντες*. *ποιησ*Α*μενοι*.

ποιεῖσθAI. ποιήσεσθAI. ποιήσασθAI — ποιεῖσθЄ. ποιήσεσθЄ. ποιήσασθЄ.

Quum sit eadem formarum varietas in unoquoque verbo et tantum non ubique vera lectio perspicua et certa sit, facile est ad intelligendum quantam sentinam sordium et ineptiarum his abiectis exhausturus sis. Accedit quod formas inter se miscendo multam barbariem gignunt πεισώμεθα, φεύξωμαι, ἀφέξωμαι, δήξηται, λήσῃ, λήσωσι, alia sexcenta, quae neque scribas neque correctores offendunt. In his omnibus igitur periti lectoris libera optio est, et quid sit ubique verum ex singulis locis liquido colligitur. Quid ergo attinet scire quid dormitantes scribae in Codd. A. B. C. D. E. F. G. aut dederint aut non dederint? In *Midiana* legitur pag. 579. 28. ἐμὲ οἴεσθε ὑμῖν εἰσοίσειν, ὑμεῖς δὲ νεμεῖσθЄ; ἐμὲ τριηραρχήσειν, ὑμεῖς δ' οὐκ ἐμβήσεσθЄ; Sic omnes ad unum optimi pessimi: estne quaeso testimonio opus ut certo scias νεμεῖσθAI et ἐμβήσεσθAI Demosthenem dixisse? Solus contra peccat S pag. 130. 4. εἰ δ' οἴεσθε Χαλκιδέας τὴν Ἑλλάδα σώσειν, ὑμεῖς δ' ἀποδράσεσθЄ, οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε.

Similiter sunt in omnibus omnium Codicibus certae quaedam et perpetuae verborum confusiones, ubi nemo punctum temporis de vera lectione dubitabit, sed mirabitur tantum scribas et correctores nihil omnino cogitare, nihil sentire. De magno acervo pauca haec vide. Confunduntur ubique etiam in libris praestantissimis:

ἀδικήσομαι — ἀδικηθήσομαι et sim.

ἀποκτενεῖν — ἀποκτείνειν et similia omnia in verbis liquidatis, ἀγγέλλειν — ἀγγελεῖν, βάλλειν — βαλεῖν cet. et in iis quae in -εύω, -εύομαι exeunt ϛρατεύομαι pro ϛρατεύσομαι, βουλεύειν pro βουλεύσειν cet. Unum exemplum vide pag. 95. 19. εἰ γὰρ μήτε ЄICOICЄTЄ μήτε αὐτοὶ ϛρατЄΥЄCΘЄ μήτε τῶν κοινῶν ἀφέξЄCΘЄ. Recurrunt talia passim.

ἀπόλωλα — ἀπολώλεκα — ἀποδέδωκα.

ἀτιμῶσαι — ἀτιμάσαι.

ΑΙΡΩ. *αἷρω. αἱρῶ. ἐρῶ* cum compositis.

βούλομαι — βουλεύομαι.

δεκάζειν — δικάζειν.

διεωσάμην — διεσωσάμην.

δόξαι, δεδόχθαι — δεῖξαι, δεδεῖχθαι.

ἐξήιτησεν — ἐζήτησεν.

ἐπέτειος — ἐπαίτιος.

ἕως — τέως.

ἥδιον — ἴδιον.

ἠκκλησίαζον — ἐξεκλησίαζον.

κολάψαι, ἐκκολάψαι — κόψαι, ἐκκόψαι.

κομίσαι — κοσμῆσαι.

ληχθῆναι — λεχθῆναι, δειχθῆναι.

ὀμόσαι — ὁμολογῆσαι.

πάτριος — πατρῷος.

πόλις — πολιτεία.

πράττω — προστάττω, τάττω.

πρᾶγμα — πρόσταγμα.

ῥᾷον — ῥᾴδιον.

σφίσιν — φησιν.

τί παθών — τί μαθών.

τίτθη — τήθη.

φαίνειν — φέρειν et composita.

φθείρω. περιφθείρομαι — φέρω. περιφέρομαι.

φλαῦρον — φαῦλον.

quibus similia quilibet ex apparatu Critico Platonis, Demosthenis et aliorum plena manu adiicere poterit.

Inspiciamus ex his nonnulla paullo diligentius. ΑΙΡΩ ut casus et fortuna ferebat aut *αἷρω* aut *αἱρῶ* scribebatur aut in *ἐρῶ* corrumpebatur, ut in *ὁ λόγος ἐρεῖ* pro *αἱρεῖ*. Hinc sexcenties inter se permiscentur *αἷρεσθαι, αἱρεῖσθαι, ἄρχεσθαι, ἀρεῖσθαι, αἱρόμενος, ἐρόμενος* et sim. in quibus omnibus quae videtur

esse lectionis varietas ea re vera plane nulla est. Ineptius etiam peccatur in futuro ἐρῶ *dicam*. Saepe videbis ἀπαίρω, καταίρων, ἀνταίρων, προχίρω, ὑπαίρω pro ἀπερῶ, κατερῶν cet. Inspiciamus in uno horum praestantissimos Codices, in quibus CΥΝЄΡЄΙΝ aut in συναίρειν pervertitur aut in συνεργεῖν aut in συνηγορεῖν denique.

Pag. 414. 22. συνερῶν. A. συναίρων.

434. 10. συνεροῦσι. S. συναίρουσι.

443. 2. ὅπως συνερεῖ. U. συνεργεῖ.

457. 5. συνερεῖν. S. συναίρειν.

503. 19. συνεροῦντας. S. συναιροῦντας.

605. 24. συνερεῖν. S. συνεργεῖν sed γ puncto notatum.

1234. 3. τοιούτους τοίνυν τοὺς συνηγοροῦντας (A. συνεροῦντας, quod verum est) αὐτοῖς παρεσκευασμένοι.

Eadem scripturae discrepantia passim apud alios reperitur, veluti apud Lysiam pag. 128. 9. ἀλλὰ καὶ τῶν ξυνεργούντων αὐτοῖς ἄξιον θαυμάζειν πότερον ὡς καλοὶ κἀγαθοὶ αἰτήσονται — ἢ ὡς δεινοὶ λέγειν ἀπολογήσονται, ubi Reiskius verum vidit ξυνερούντων reponens.

Magnam vim inutilium scripturarum expunges ubi animadverteris ἀδικήσομαι a scribis in ἀδικηθήσομαι et similia similiter passim depravari solere. Athenienses *constanter* dicebant ἀδικήσομαι, ἀποστερήσομαι, ζημιώσομαι, τιμήσομαι, φθονήσομαι, φιλήσομαι, φοβήσομαι, ὠφελήσομαι. Haec omnia mirati Graeculi ad suam συνήθειαν refingebant ἀποστερηθήσομαι dicentes et ζημιωθήσομαι et ὠφεληθήσομαι et τιμηθήσομαι cet. Hinc frequens ubique est in talibus lectionum varietas, quae non est unius assis, ut equidem opinor. Nihil est utilius in genere hoc quam in Aristophanis Codice Ravennate scripturae diversitatem observare, quia ob metri πειθανάγκην statim errores hi omnes manifesti tenentur. Multum etiam proderit iunioribus lectiones ex Urbinate Isocratis cum vulgatis comparare.

Depravabant praeterea ea omnia stulti Graeculi, quae ipsi

non intelligebant et quae olim in desuetudinem abierant: ἀτιμῶσαι quid sit nesciunt, dant ἀτιμάσαι; δεκάζειν non norunt (δωροδοκεῖν τινά ipsi dicebant), reponunt δικάζειν. Non intelligunt quid sit εἴληγμαι, ἐλήχθην, λῆξις, vide igitur quid designaverint: pag. 873. 24. ἤδη τούτῳ ταυτησὶ τῆς δίκης εἰλΕγμένης. et pag. 990. 11. τῶν δικῶν τῶν τότε λΕχθεισῶν. et pag. 1265. 22. πρὸ τοῦ τὴν δίκην ΔΕΙχθῆναι (sic S. alii ΛΕχθῆναι). Rectissime Wolfius εἰληγμένης, ληχθεισῶν, ληχθῆναι restituit. Etiam λῆξις in λέξις mutatur pag. 727. 6 ἐκ τῆς λέξεως S. sed prima manus in margine λήξεως adscripsit. Harpocration, flos et robur grammaticorum, in v. Ληξιαρχικὸν γραμματεῖον narrat esse appellatum διὰ τὸ τῶν λήξεων ἄρχειν. λήξεις δ' εἰσὶν οἱ κλῆροι. Ubi docti tam indocti sunt desinamus sero natos correctorculos exagitare.

Sed non tantum in antiquatis et obsoletis vocabulis talia peccabant. Quis eorum nescire poterat quid inter ὀμόσαι et ὁμολογῆσαι interesset? Nemo hercle. Inspiciamus libros: pag. 236. 8. ἐπειδὴ γὰρ ὤμοσε τὴν εἰρήνην, sed in S et quibusdam aliis ὡμολόγησε scribitur, quod Dindorfius incogitanter in textum recepit. Idem error et alibi commissus est (cf. *Nov. Lectt.* pag. 516) et pag. 1170. 14. τοὺς θεοὺς οὓς ὠμόσαμεν, S ὡμολογήσαμεν. et post pauca pag. 1170. 24. ἐπεὶ δ' ὠμόσαμεν ἀλλήλοις. S iterum ὡμολογήσαμεν. ubi Dindorf „ὀμόσαντες *in* ὁμολογήσαντες *corruptum pag.* 1032. 18. ὀμόσαι *in* ὁμολογῆσαι *pag.* 1269. 26." Similiter pag. 378. 19. ἐγὼ μὲν δὴ ἐξωμοσάμην καὶ — οὐκ ἂν ἔφην ἀπελθεῖν, S mendose et sine sensu ἐξωμολογησάμην. Nonnumquam contrario errore peccatur ut pag. 460. 21. ubi pro ὡμολογημένων A vitiose exhibet ὀμωμοσμένων.

Nonnulla de genere hoc sunt paene ridicula. Ubi sententia postulat *facilius* libri ῥᾴδιον exhibent ineptissime. Est tamen hoc genus mendi perfrequens. Apud Lysiam pag. 128. 24. in libris est: πολὺ ῥᾴδιον ἡγοῦμαι εἶναι — ἀντειπεῖν ἢ — ἀπολογήσασθαι. Tandem Reiskius ῥᾷον reposuit. Sed nemo opem

tulit Platoni, qui putatur dixisse in *Menone* pag. 94 E. ῥᾴδιόν ἐςι κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους ἢ εὖ. cf. *de Rep* pag. 348 E. 370 A.

Si quis mihi vera haec esse concesserit, quaero quem tandem usum Demosthenis aut Platonis lectoribus ineptae hae et aperte mendosae scripturae praestare possint? Nonne fatuum est ubi liquido constet Demosthenem συνερεῖν, ὤμοσε, ῥᾷον scripsisse, lectorem docere in libris deterioribus συναίρειν, ὡμολόγησε, ῥᾴδιον esse scriptum? Satis huiuscemodi ineptiarum ex ipso Codice S prolatum habemus, qui quam sit passim mendis apertissimis contaminatus non semel de industria demonstravimus. Tamen sunt qui dicant *omnis vitii expertem* hunc librum esse. Pauca mihi haec vide: pag. 1342. 19. in S legitur: τοὺς δενγετρόπω φυλαξαμένους διασώσασθαι τὴν ἐπιβουλήν, pro τοὺς δ' ἐνί γέ τῳ τρόπῳ — διώσασθαι. Reiskio debetur διώσασθαι, et supra diximus διεσωσάμην frequens esse in libris pro διεωσάμην. Ex Codice A affertur δ' ἴσως ἰάσασθαι nugatoria lectio. Multa sunt indicia unde colligas Codicem S ex libro uncialibus literis exarato descriptum esse ab homine nihil eorum quae scriberet intelligente. Pag. 313. 4. ὥςε μηδὲ τοὺς ἐχθροὺς ὑμᾶς ὡς οὐ καλά γ' ἦν ἃ προειλόμην ἐπιχειρεῖν λέγειν. Habebat scriba ob oculos ΩCOΥΚΑΛΑΓΗΝΑΠροειλόμην deditque ὡς οὐκ ἀλλαγῆναι προειλόμην. In *Midiana* pag. 531. 29. in oraculo Dodonaeo legebatur: ΚΑΙϾΛϾΙΝΤϾΙΝΜΙΑΝ — ΗΜϾΡΑΝ. Scriba in S dedit καὶ ἐλεεινύειν μίαν ἡμέραν. Caeteri *correxerunt* scilicet inepti ἐλεεῖν θύειν. Acutior unus in B verum vidit et γρ. ἐλινύειν in margine adscripsit. Quid eo homine facias qui pag. 980. 25. in verbis καίτοι ΤΟCΟΥΤΟΥΔϾΙC ἐλέου τινὸς ἄξιος εἶναι, serio dederit in S τοσούτ' οὐδείς? Non intelligebant enim Graeculi quid esset τοσούτου δεῖς ἄξιος εἶναι cf. *Nov. Lectt.* pag. 528. Pag. 615. 7. ἀσεβείᾳ καὶ κλοπῇ καὶ ΠΑCΙ ΤΟΙC δεινοτάτοις ἐςὶν ἔνοχος. Pro ΠΑCΙ ΤΟΙC S πλείστοις dedit sine sensu. Sic alibi ΠΛϾΙΩΝ — ΗΔϾΙΩΝ — ΗΛϾΙΩΝ confunduntur et ΠΛϾΙCΤΟΙ — ΗΔΙCΤΟΙ. Pag. 1152. 7. S et omnes exhibent:

κρύβδην ἰδίᾳ ψηΦισαμένων, ubi Reiske διαψηΦισαμένων correxit. cf. pag. 855. et 1033. Pag. 268. 9. ΛΕΓΕΙCΑΔΕΙ προσεῖναι τῷ δημοτικῷ, dedit S λέγει πρὸς ἃ δεῖ, quia pro C sibi videre videbatur S, id est praepositionis πρός compendium. Quas turbas in Codice S compendiolum hoc dederit non uno in loco ostendimus. Saepius prorsus interiit, absurdissime omnium pag. 1066.. 1. ubi παλτίου legitur pro Προσπαλτίου. Quam saepe ostendimus soloeca et barbara in S reperiri, quam multa emblemata et glossemata et additamenta omne genus etiam insulsissima unius omnium optimi testis auctoritate niti. Sed nihilominus si quis nobis apparatum Criticum ad Demosthenem comparare volet in quo solae Codicis S lectiones omnes quam diligentissime enotatae reperiantur, abiecta reliqua omni farragine ex caeteris libris, (praeter paucissima quaedam correctorum veterum κατορθώματα et lacunularum supplementa) habebimus omnia textus constituendi subsidia et adiumenta, quae quidem ex libris Mss. peti possint.

De Codicum delectu in constituenda Platonis oratione est mihi cum novissimo Editore Martino Schanz amica contentio. Equidem praeter Bodleianum et Parisinum A nihil aliud desidero, si ex caeteris paucas quasdam felices correctorum veterum emendationes et hic illic lacunae supplementum addideris. Editor contra maluit in consilium adhibere Crusianum, Vaticanum, Venetos duos, unde nihil aliud boni prodiisse video praeter coniecturas probabiles, quales complures in Codice E Veneto inveniuntur, quae tamen omnes sunt huiusmodi, ut eas paullo acutior Platonis lector facili negotio reperire potuisset. Reliqua ferme omnia sunt orthographica futilissimi generis, quorum longe maxima pars aut supervacua est aut ex magistrorum erroribus nata. Ubicumque verbi in -ομαι secunda persona legitur διηγεῖ, διανοεῖ et sexcenta alia, (ut in dialogis) toties notatur διηγεῖ in B(odleiano), διηγῇ in aliis esse scriptum. Quoties N ante consonantes posita est ut in ἤρεσκεν καὶ admo-

nemur in aliis ἤρεσκε legi in aliis ἤρεσκε* litera ν erasa. Constat plusquamperfectum in -H exire; Editor si libri tamquam aves addicunt ut in *Apologia* pag. 31 E. ἀπολώλη et ὠφελήκη scribit, ubi non admittunt ut in *Apologia* pag. 22 D. ξυνῄδειν et ᾔδειν retinet. Si dissentiunt omnia apponit ut ad *Euthyphr.* pag. 14 C. ἱκανῶς ἂν ἐμεμαθήκη annotatur: „ἐμεμαθήκη b, *μεμαθήκ* D, ἐμεμαθήκ*** B, μεμαθήκειν Cd, ἐμεμαθήκειν EC, in marg. b." ad quae ipse, opinor, si est ingenio hilarior, subridebit. Haec inepta, alia falsa sunt. Qui Codicem Bodleianum scripsit male addit ἰῶτα adverbiis ut περαιτέρωι, et passim ὧιδε, aut verbis μιμνήισκω, ἀποθνήισκω, σώιζω. Contrario errore πράως constanter dedit. Non contemno has orthographicas quaestiunculas, et multa ipse scripsi ut ostenderem νῴ, σφῴ, ζῷον, ᾠόν, δμῳαί, Τρῳαί et sim. scribi oportere; sed non possunt hae controversiae ex Codicum scripturis diiudicari et componi. Absurdum plane est ὧιδε. Non est ἀποθνῄσκω aut ἀναμιμνῄσκω scribendum et ob rationes grammaticas et propter veterem canonem (Etymol. M. pag. 272. 11.): οὐδέποτε τὰ εἰς CKΩ ῥήματα κοινὰ ὄντα διφθόγγῳ τῇ διὰ τοῦ I παραλήγεται. — πρόσκειται κοινά διὰ τὰ Αἰολικά. οἱ γὰρ Αἰολεῖς θναίσκω καὶ μιμναίσκω διὰ τῆς AI διφθόγγου λέγουσιν. Facessant igitur scribae cum suis erroribus et abiiciantur aliquando omnia, quae Platonem lecturis et emendaturis fastidium quidem et taedium parere possunt, sed utilitatem aliquam aut fructum afferre non possunt.

Magna me spes tenet fore ut caeteroquin egregia Martini Schanz editio aliquando hac quoque parte ingeniosis adolescentibus merito commendari et placere possit, eosque ad venustatem et suavitatem Platonicae dictionis percipiendam blanda vi allicere. Si ego, qui in his studiis consenui, taedium hoc scripturarum nihili devorare non possum, quid tandem animi esse putemus ad haec iuventuti φιλομαθεῖ in flore et fervore aetatis? His ipsis diebus audio Thucydidis duos priores libros *in usum*

scholarum esse editos, in quibus Criticorum emendationes silentio praetereuntur, sed duorum Codicum discrepantes lectiones omnes etiam ineptissimae cum pulvisculo adolescentibus apponuntur. Ex animi sententia meum facio iudicium de ea re viri pereleganter docti (Ed. Tournier. *Revue Critique* 27 *Iuillet* 1876): „*Reproduire jusqu' aux variantes les plus insignifiantes des manuscrits, et ne rien citer des corrections dues aux efforts des hellénistes modernes, c'est montrer à la fois trop de crédulité vis-à-vis de la tradition, et trop de défiance à l'égard de la critique; c'est donner aux jeunes gens une idée assez fausse de ce qu'est et doit être la philologie.*"

Θαρσεῖν χρή, Φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.

Opinionum commenta et errores dies delebit,

τὸ δ' εὖ νικήσει.

Absolvam hanc praefationem corrigendo errorem a me commissum pag. 320 in Scholio Homerico ad Iliad. B. 284. ἔθος τῷ ποιητῇ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι ὡς τό·

πολλοὶ ΓΑΡ τεθνᾶσι.

καὶ·

νῦν μὲν ΓΑΡ πόνος ἐςίν.

ubi annotavi: „νῦν μὲν γὰρ πόνος ἐςίν *in Homeri carminibus non reperies.*" Latet enim in mendosa lectione Iliad. B. 291.

ἦ μὴν καὶ πόνος ἐςὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι.

Scribebam Lugduni Batavorum
m. Augusto 1876.

C. G. COBET.

I N D E X.

Homerica.

ADVERSARIA CRITICA.

AD DEMOSTHENEM.

Cap. I.

DE CODICE PARISINO S.

Quum nuper feriatus animi relaxandi et exhilarandi causa Parisios viserem celeberrimum unum omnium Demosthenis Codicem otiose meo arbitratu per dies complusculos versavi. Non quaerebam novas lectiones, quae forte superiorum aciem fugissent. Tam praeclare et luculenter eximius liber *κεκαλλιγράφηται* et tanta cura Bekkerus messem et in Dindorfii gratiam Fredericus Dubnerus meus, (quo neque candidiorem quemquam neque magis industrium et in Codicibus excutiendis oculatiorem hominem videre me memini) spicas collegit nihil propemodum ut addi posse videatur, sed hoc agebam potissimum primum ut ex Codicis ipsius inspectione ad Demosthenem emendandum mente liberiore et perspicaciore uterer (qui eximius fructus est palaeographicae facultatis ex diuturna librorum veterum lectione partae et corroboratae), deinde ut correctorum artes et fraudes quam diligentissime possem investigarem, de quibus erit infra dicendi locus.

Primum in gratiam et commodum eorum, quibus postea praestantissimum omnium librum adire et consulere continget, quid in eo contineatur ita indicabo ut facile sit quemlibet Demosthenis locum statim reperire et explorare.

Fol. 2. Recto.

Δημοσθένουσ ὀλυνθιακὸσ Α.

Ἀντὶ πολλῶν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι

explicit fol. 4. verso. Manus recentior subscripsit

ΗΗ|Δ|ΔΙΙ.

Fol. 5. R.

Ὀλυνθιακὸσ Β.

Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τισ ἰδεῖν ὦ ἄν

expl. fol. 8. R. subscriptum est:

ΗΗ|Δ|ΔΔΔΔΙΙ.

Fol. 8. R. columna II.

Ὀλυνθιακὸσ Γ.

Οὐχὶ ταὐτὰ παρίϛαταί μοι γιγνώ

expl. Fol. 12. R.

ΗΗΗΔΔΠ.

Fol. 12. R. col. II.

Δημοσθένουσ κατὰ Φιλίππου.

Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινοσ πράγμα

expl. Fol. 17. v.

ΗΗΗΗ|Δ|Δ.

Fol. 18. R.

περὶ τῶν ἐν χερρονήσωι.

Ἔδει μὲν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι τοὺς

expl. Fol. 24. v.

|Η||Δ|ΔΔΔ

Fol. 25. R.

περὶ ἁλοννήσου.

Ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι οὐκ ἔϛιν ὅ

expl. Fol. 28. R.

ΗΗΗΔΔΔΔΠ

τόμοσ Λ.

Φιλιππικοὶ λόγοι ϛ.

ΧΧΗΗ|Δ|ΔΔΔΠ.

Fol. 28. R.

περὶ τῆσ εἰρήνησ.
Ὁρῶ μὲν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι τὰ

expl. Fol. 31 v.

HHIII.

Fol. 31. v.

κατὰ Φιλίππου Β.
Ὅτ' ἂν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι λόγοι

expl. Fol. 34. v.

HH|Δ|ΔΔΔΔ.

Fol. 35. R.

κατὰ Φιλίππου Γ.
Πολλῶν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι λό

expl. Fol. 41 v.

|H||Δ|ΔΔΔ.

Fol. 41 v.

κατὰ Φιλίππου Δ.
Καὶ σπουδαῖα νομίζων ὦ ἄνδρεσ

expl. Fol. 49 R.

|H|HΔΔΔIIII.

Fol. 49. R.

πρὸσ τὴν ἐπιϛολὴν τὴν Φιλίππου.
Ὅτι μὲν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι Φι

expl. Fol. 51 v.

H|Δ|ΔΔΔΔΠΙ.

Fol. 51. v.

κατὰ ἀνδροτίωνοσ παρανόμων.
Ὅπερ εὐκτήμων ὦ ἄνδρεσ δικα

expl. Fol. 61 R.

|H|HH|Δ|ΔΔΔ.

Fol. 61. R.

κατὰ τιμοκράτουσ παρανόμων.

Τοῦ μὲν ἀγῶνοσ ὦ ἄνδρεσ δικαςαὶ
expl. Fol. 85 R. sine subscriptione.

Fol. 85. R.

κατὰ ἀριςοκράτουσ.
Μηδεὶσ ὑμῶν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖ
expl. Fol. 110 v. nihil subscriptum.

Fol. 111. R.

περὶ τῆσ ἀτελείασ πρὸσ λεπτίνην.
Ἄνδρεσ δικαςαὶ μάλιςα μὲν εἰ
expl. Fol. 130 R.

X|H|HΠIII.
διώρθωται μετρίωσ.

Fol. 130 v.

κατὰ μειδίου περὶ τοῦ κονδύλου.
Τὴν μὲν ἀσέλγειαν ὦ ἄνδρεσ δικα
expl. Fol. 157 v.

XXIII
διώρθωται μετρίωσ.

Fol. 157. v.

Δημοσθένουσ ὑπὲρ τοῦ ςεφάνου.
Πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖ
expl. Fol. 196 v.

XX|H|HH|Δ|ΔΠIII.

Fol. 197 R.

περὶ τῆσ παραπρεσβείασ.
Ὅση μὲν ὦ ἄνδρεσ ἀθηναῖοι
expl. Fol. 235 v.

XXXHH|Δ|ΔΔΔ
ἀντεβλήθη manu recent.

Fol. 235. v.

κατὰ ἀριςογείτονοσ.
Πάλαι καθήμενοσ ὦ ἄνδρεσ.
expl. Fol. 246. R. nihil subscriptum.

Fol. 246. v.

B.

expl. Fol. 249 R. nihil subscriptum.

Fol. 249 v.

κατὰ νεαίρας.

expl. Fol. 265. R.

ΧΗΗΗΗ|Δ̄|Ι.

Fol. 265. R.

παραγραφὴ ὑπὲρ Φορμίωνος.

expl. Fol. 271 v. nihil subscriptum.

Fol. 272. R.

κατὰ στεφάνου ψευδομαρτυριῶν.

expl. Fol. 301 R.

|Η̄|ΗΗ|Δ̄|ΔΔΔΙΙΙ.

Fol. 301 R.

κατὰ στεφάνου ψευδομαρτυριῶν δεύτερος.

manu recentiore.

expl. Fol. 304 R. nihil subscriptum.

Fol. 304 R.

παραγραφὴ πρὸς πανταίνετον.

expl. Fol. 310 v. nihil subscriptum.

Fol. 311 R.

παραγραφὴ πρὸς ναυσίμαχον καὶ ξενοπείθη.

expl. Fol. 314 R.

ΗΗ|Δ̄|ΔΔ.

Fol. 314 v.

παραγραφὴ πρὸς ζηνόθεμιν.

expl. Fol. 317 v. nihil subscriptum.

Fol. 318 R.

πρὸς ἀπατούριον παραγραφή.

expl. Fol. 322 v. nihil subscriptum.

Fol. 323 R.

πρὸσ Φορμίωνα περὶ δανείου.

expl. Fol. 329 R. nihil subscriptum.

Fol. 329 R.

πρὸσ τὴν λακρίτου παραγραφήν.

expl. Fol. 334 v.

ΗΗΗΗΔΔΔ.

Fol. 335 R.

προοίμια.

expl. Fol. 352 R.

ΧΗΗΗ|Δ̄|ΔΔ.

Fol. 352 R.

ἐπιϛολαί.

περὶ τῆσ ὁμονοίασ.

παντὸσ ἀρχομένωι σπουδαίου

expl. Fol. 354 R.

ΗΔΔΔΠ.

Fol. 354 R.

περὶ τῆσ θηραμένουσ βλασφημίασ.

Δημοσθένησ τῆι βουλῆι καὶ

expl. Fol. 355 v.

ΗΙ.

Fol. 355 v.

περὶ τῆσ ἰδίασ καθόδου.

expl. Fol. 358 R.

ΗΗΔΠΙΙ.

Fol. 358. v.

πρὸσ ἡρακλεόδωρον.

expl. Fol. 359 R.

ΔΔΔΔ.

Fol. 359 R.

περὶ τῶν λυκούργου παίδων.

expl. Fol. 363 v.

|H|HHH|Δ|ΔΔ.

Fol. 364 R.

κατὰ ἀφόβου ἐπιτροπῆσ.

A.

expl. Fol. 372. R.

|H|H|Δ|ΔΔΔ manu prima.

διώρθωται manu recentiore.

Fol. 372. v.

κατὰ τοῦ αὐτοῦ.

expl. Fol. 375 R.

HHΔΔΔ.

Fol. 375. v.

sine titulo.

Εἰ μὴ πρότερόν μοι δίκησ γε

expl. Fol. 382 v. nihil subscriptum.

Fol. 382 v.

πρὸσ ὀνήτορα ἐξούλησ.

expl. Fol. 387. R.

Fol. 387 R.

πρὸσ ὀνήτορα ἐξούλησ B.

expl. Fol. 388 v.

HΔΔΔΔ manu pr.

διώρθωται man. recent.

Fol. 389 R.

κατὰ κόνωνοσ αἰκίασ.

expl. Fol. 394. v.

HHHH|Δ|Δ.

Fol. 395 R.

κατὰ διονυσοδώρου.

expl. Fol. 401 R. nihil subscriptum.
διώρθωται manu prim.

Fol. 401 R.
κατὰ ὀλυμπιοδώρου βλάβησ.
expl. Fol. 408 R.
διώρθωται manu pr.

Fol. 408. R.
κατὰ εὐέργου καὶ μνησιβούλου ψευδομαρτυριων.
expl. Fol. 418 v. nihil subscriptum.

Fol. 418. v.
πρὸσ καλλικλέα.
expl. Fol. 422 v.
διώρθωται manu pr.

Fol. 422 v.
πρὸσ πολυκλέα Α.
περὶ τριηραρχήματοσ.
expl. Fol. 430 v. nihil subscriptum.

Fol. 430 v.
περὶ τοῦ ϛεφάνου τῆσ τριηραρχίασ.
expl. Fol. 433 R.
ΗΗΠΗ (sic). leg. ΗΗΠΙΙ.

Fol. 433 v.
πρὸσ νικόϛρατον περὶ ἀνδραπόδων ἀπογραφῆσ ἀρεθουσίου.
expl. Fol. 437 R.
ΗΗΠΙ.

Fol. 437. R.
πρὸσ τιμόθεον ὑπὲρ χρέωσ·
expl. Fol. 444 R. nihil subscriptum.

Fol. 445 R.

πρὸσ κάλλιππον.

expl. Fol. 448 v.

ΗΗΗΔΔΙΙΙ.

Fol. 448 v.

πρὸσ βοιωτὸν
περὶ τοῦ ὀνόματοσ.

expl. Fol. 453 R.

ΗΗΗ𐅄ΔΔΔ.

Fol. 453 v.

πρὸσ βοιωτὸν περὶ προικόσ.

expl. Fol. 460 v.

𐅅𐅄ΔΔ.

Fol. 461 R.

πρὸσ σπουδίαν ὑπὲρ προικόσ.

expl. Fol. 464 v.

διώρθωται man. pr.

Fol. 464 v.

πρὸσ Φαίνιππον.

expl. Fol. 468 V. nihil subscriptum.

Fol. 469 R.

πρὸσ μακάρτατον περὶ αγνιου κλήρου.

expl. Fol. 477 R.

𐅅Η𐅄ΔΔ.

Fol. 477. V.

πρὸσ λεωχάρη.

expl. Fol. 485 R.

𐅅ΗΔΔΔΔ.

Fol. 485 V.

ἔφεσισ πρὸσ εὐβουλίδην.

expl. Fol. 493 R.

𐅅𐅄ΔΔΔΔ.

Fol. 494. R.

ἔνδειξισ κατὰ θεοκρίνου.

expl. Fol. 502 V.

διώρθωται man. pr.

Fol. 503 R.

ἐρωτικόσ.

expl. Fol. 509 V.

|H||Δ|ΔΔΔ.

Fol. 510 R.

ἐπιτάφιοσ.

expl. Fol. 514. V.

ΗΗΗΗΙΙΙΙ.

Fol. 515 R.

περὶ συντάξεωσ.

expl. Fol. 519 R.

ΗΗΔΔΔ. man. recent.
διώρθωται man. recent.

Fol. 519 R.

περὶ τῶν συμμοριῶν.

expl. Fol. 524 R.

ΗΗΗ|Δ|ΔΔΔΔ.
διώρθωται man. pr.

Fol. 524 R.

ὑπὲρ μεγαλοπολιτῶν.

expl. Fol. 527 V.

ΗΗ|Δ|ΔΔΔΔΙΙΙΗ (sic) leg. ΠΙΙΙ
διώρθωται man. recent.

Fol. 528 R.

ὑπὲρ τῆσ τῶν ῥοδίων ἐλευθερίασ.

expl. Fol. 532 R.

ΗΗΗΔΔΔΔΠΙΙ.
διώρθωται man. recent.

Fol. 532 V.

περὶ τῶν πρὸσ ἀλέξανδρον συνθηκῶν.

explicit fol. 533 recto in fine his verbis:

ἔρχομαι τῶν κατὰ τὰσ συνθή
κασ· ἔϛι γὰρ γεγραμμένον

in folio eodem verso manus recens admodum supplevit eiusdem orationis reliqua ἐάν τινεσ τὰσ πολιτείασ κτἑ.

Cap. II.

De locis quibusdam apud Demosthenem emendandis.

Olynth. I. pag. 10. 2. *copias quam primum comparandas censeo,* inquit, *quae Olynthiis opem ferant et mittendam legationem,* ἥτις ταῦτ' ἐρεῖ καὶ παρέϛαι τοῖς πράγμασιν, ὡς ἔϛι μάλιϛα τοῦτο δέος μὴ πανοῦργος ὢν καὶ δεινὸς ἄνθρωπος πράγμασι χρῆσθαι — ΤΡΕΨΗΤΑΙ καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων.

Haeremus omnes in τρέψηται, quod quum sit sine controversia corruptum, nemo adhuc quidquam repperit quod simul sententiae accommodatum esset et aliquam probabilitatis speciem haberet. Requiritur manifesto verbum, in quo calliditatis et astutiarum subdoli Philippi notio insit: itaque ΚΛέψῃ τε καὶ παρασπάσηταί τι emendandum. Vides quam commode κλέπτειν et παρασπᾶσθαί τι coniungantur et notum est Philippi malas artes et fraudes κλέμματα appellari solere, ut pag. 236, 2. τὸ πρῶτον κλέμμα μὲν Φιλίππου, δωροδόκημα δὲ τῶν ἀδίκων τούτων ἀνθρώπων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν. Sic omnia optime procedunt. *Mittenda legatio,* inquit, *quae Olynthios faciat certiores auxilia ipsis decreta esse et mox adfore;* ex qua re simul liquido apparet hanc esse *primam* Demosthenis de Olynthiis orationem, quoniam Dionysii Halicarnassensis errore controversia quaedam de harum orationum ordine nata est. Nondum sciebant Olynthii Atheniensibus placuisse sibi ferre opem. Hoc igitur primum Atheniensium legatis mandatur, deinde ut iis omnibus quae a Philippo agerentur praesto essent caverentque ne quas Philippus de more fallacias strueret, quod ne faceret homo callidus et in rebus gerendis acer ante omnia dicit Orator esse metuendum. ἔϛι μάλιϛα τοῦτο δέος μὴ πανοῦργος ὢν ἄνθρωπος κ λ έ ψ ῃ τι τῶν ὅλων πραγμάτων.

Sitne - Ɛ an - AI ubique scribendum non est quaerendum ex libris Mss. Sexcenties etiam in Parisino S Ɛ et AI ita confunduntur ut vel inepta vel soloeca vel barbara exeat oratio. Ne dicerem quidem de re omnibus notissima nisi superessent apud Demosthenem loci ex huius rei observatione certo remedio sanandi. Perinde est in Codice S scribaturne in futuris - *σεται* an - *σετε*, in infinitivis - *σθαι* an - *σθε*, quae ubique inter se stolidissime confusa videbis, ut vix sit operae pretium in his librorum discrepantias commemorare. Nonne fatuum est, ut hoc utar, admoneri in cod. S. semel et iterum *ἀναγνώσετ*Ɛ pro *ἀναγνώσεται* apparere? et leguntur passim his similia perinde stolida et absurda. Sed reiecto librorum testimonio sana mente et iudicio utendum ut statuatur sitne — *σθαι* an - *σθε* legendum. Dabo locos ubi haec confusio turbas dederit et addam unum nondum eo mendo liberatum.

Pag. 130. 3. *εἰ δ' οἴεσθε Χαλκιδέας τὴν Ἑλλάδα σώσειν ἢ Μεγαρέας, ὑμεῖς δ' ἀποδράσεσθ*Ɛ *τὰ πράγματα, οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε.* Sic libri omnes, optime et verissime S *ἀποδράσεσθ*AI.

Pag. 579. 28. *ἐμὲ οἴεσθ' ὑμῖν εἰσοίσειν, ὑμεῖς δὲ νεμεῖσθ*Ɛ; *ἐμὲ οἴεσθε τριηραρχήσειν, ὑμεῖς δ' οὐκ ἐμβήσεσθ*Ɛ; Sic S et reliqui ad unum omnes. Rectissime Bekkerus de suo *νεμεῖσθ*AI et *ἐμβήσεσθ*AI reposuit. Compara locum pag. 580. 10. *νομίζεις ἡμᾶς μὲν ἀνέξεσθαί σου, αὐτὸς δὲ τυπτήσειν; καὶ ἡμᾶς μὲν ἀποψηφιεῖσθαί σου, σὺ δὲ οὐ παύσεσθαι;*

Ad hanc lucem facile est emendare locum pag. 115. 20. *ὑμᾶς δὲ ἐὰν μὲν ἀμύνησθε ἤδη σωφρονήσειν φημὶ, ἐὰν δ' ἐάσητε οὐδὲ τοῦθ' ὅταν βούλησθε δυνήσεσθ*Ɛ *ποιῆσαι.* Certumne est ex loci compositione *δυνήσεσθ*AI esse ab Oratore profectum? Utrumque enim *σωφρονήσειν* et *δυνήσεσθαι* a verbo *φημί* pendere manifestum est.

Pag. 12. 10. *ἂν μὲν γὰρ ὅσ' ἄν τις λάβῃ καὶ σώσῃ μεγάλην ἔχει* THI TTXHI THN XAPIN, *ἂν δ' ἀναλώσας λάθῃ συνανάλωσε καὶ τὸ μεμνῆσθαι.* Haec est vera et antiqua scriptura. Codices interpolati sunt: in aliis est *μεμνῆσθαι τὴν χάριν*, in aliis *μεμνῆσθαι τῇ τύχῃ τὴν χάριν*, quae ex superioribus verbis male repetita inepte abundant et laedunt aurem.

Pag. 12. 16. *πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαςον τῶν προϋπαρξάντων [ὡς τὰ πολλὰ] κρίνεται.* Rectissime Dindorf. verba *ὡς τὰ πολλά* in S a manu recentissima addita spuria et expungenda esse iudicavit.

Pag. 13. 7. *τί οὖν [τις ἂν εἴποι] ταῦτα λέγεις ἡμῖν νῦν;* Et soloecum est et plane supervacaneum *τις ἂν εἴποι.* Saepissime et reliqui omnes et Demosthenes obloquentem sibi aliquem inducunt sine huiuscemodi additamento: satis enim vocis inflexione res intelligitur. ut pag. 16. 23. *ἀλλ' ὅτᾶν οὐχὶ βουλήσεται.* et pag. 36. 15. *ἀλλ' ὅτᾶν εἰ ταῦτα φαύλως τά γ' ἐν αὐτῇ τῇ πόλει νῦν ἄμεινον ἔχει.* et sic persaepe alibi.

Eximia et certa Dobraei emendatio pag. 13. 19. quam nihil sit libris Mss. credendum liquido demonstrat. In libris est: *δέδοικα μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ῥᾳδίως ἐπὶ τοῖς μεγάλοις τόκοις μικρὸν εὐπορήσαντες χρόνον ὕςερον καὶ τῶν ἀρχαίων ἀπέςησαν οὕτω καὶ ἡμεῖς* ["AN] *ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐρρᾳθυμηκότες καὶ ἅπαντα πρὸς ἡδονὴν ζητοῦντες πολλὰ καὶ χαλεπὰ ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα ὕςερον εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ποιεῖν.* Quis a Dobraeo admonitus non sentit "AN expungi oportere et coniuncta esse *δέδοικα μὴ ἐπὶ πολλῷ φανῶμεν ἐρρᾳθυμηκότες*? Sed est in eodem loco et alia macula, quam abstergere facile est in verbis *πολλὰ [καὶ χαλεπὰ] ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα.* Periit enim venusta et elegans Atheniensium *εὐφημία*, quibus de rebus acerbis et molestis consuetum est dicere *πολλὰ ὧν οὐ βουλόμεθα*, vel *ὧν οὐκ ἠβουλόμεθα.*

Excidit vocabulum ad sententiam prorsus necessarium pag. 14. 5. *φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ἡμῖν τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς Ὀλυνθίοις σώζειν καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας ςρατιώτας ἐκπέμπειν καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν καὶ τριήρεσι καὶ ςρατιώταις ἑτέροις.* *Duobus* exercitibus rem esse gerendam censet, altero qui civitates Chalcidicas Olynthiorum socias tueatur, altero qui Macedoniam infestet. Pergit: *εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε ὀκνῶ μὴ μάταιος ὑμῖν ἡ ςρατεία γένηται. εἴτε γὰρ ὑμῶν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων ὑπομείνας τοῦτο Ὄλυνθον παραςήσεται ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐλθὼν ἀμυνεῖται,*

εἴτε βοηθησάντων MONON *ὑμῶν εἰς Ὄλυνθον ἀκινδύνως ὁρῶν ἔχοντα τὰ οἴκοι προσκαθεδεῖται [καὶ προσεδρεύσει] τοῖς πράγμασι περιέσαι τῷ χρόνῳ τῶν πολιορκουμένων.* Postulat enim ipsa rei natura et sententiae conformatio ut *μόνον* utrobique ponatur, quamobrem sic supplendum est: *εἴτε γὰρ ὑμῶν* MÓNON *τὴν ἐκείνου κακῶς ποιούντων.* Diserte enim hoc dici debet Macedoniam infestari non esse SATIS. *Metuo*, inquit, *ne frustra suscepta sit expeditio sive Macedoniam* TANTUM *bello aggrediemur, sive Olynthiis* TANTUM *auxilium feremus.*

Praeterea eliminandum est vetus glossema *προσκαθεδεῖται [καὶ προσεδρεύσει]*. Nihil enim interest neque verbo *ἰσοδυνάμῳ* duplicato acrior aut concitatior exit sententia.

Ibid. pag. 14. 19. *ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα οὐδέσι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων [στρατιωτικά].* Miror unde perineptum et cum loci sententia pugnans *στρατιωτικά* irrepserit: magis etiam miror quo pacto Editores id ferre tamdiu et concoquere potuerint. Erant enim Atheniensibus illo tempore *θεωρικά*, non erant *στρατιωτικά*. Cautissime et formidolose Demosthenes civibus auctor est ut *θεωρικά* quae essent *στρατιωτικά* faciant: *εἰ μὲν οὖν ταῦτα τοῖς στρατευσομένοις ἀποδώσετε* (id est aliis verbis *εἰ ταῦτα στρατιωτικὰ ποιήσετε*) *οὐδενὸς ὑμῖν προσδεῖ πόρου.* Sentit autem in quanto periculo versetur et statim addit: *τί οὖν; [ἄν τις εἴποι] σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά; μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε*, ubi *ἄν τις εἴποι* perinde soloecum et superfluum atque supra *τις ἂν εἴποι* sciolo qui addidit reddendum censeo. *Τί οὖν;* (nam sic verba disponenda sunt) est obiicientis et contradicentis, ut *ain' vero?*

Egregie Dobraeus correxit locum in vicinia pag. 14. 25. *ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι καὶ [ταῦτ' εἶναι στρατιωτικὰ καὶ] μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα.* Verba *ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά* non minus absurde sunt reliquis interposita ac si quis *μῆνιν ἄειδε θεά* addere voluisset. Unde igitur irrepserunt? Scribae alias res agentis oculi aberrarunt ad ea quae proxime praecedunt: *τί οὖν; σὺ γράφεις ταῦτ' εἶναι στρατιωτικά;* deinde oblitus est male

repetita delere. Tandem post multa saecula Dobraeus delevit, quem summo iure Dindorfius secutus est.

Pag. 15. 23. *εἰ δὲ τούτων ἀποστερηθήσεται τῶν χρημάτων.* Athenienses constanter *ἀποστερήσομαι* dicebant, ut *τιμήσομαι*, *ζημιώσομαι*, *ὠφελήσομαι*, *ὀνήσομαι*, *ἀδικήσομαι*, quibus Graeculi formas suas longiores substituebant.

Pag. 16. 11. *εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἂν εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες [οὐ] τολμήσετε;* Nullo modo *οὐ* retineri potest. Ne dubites inspice contortas et de nihilo sumtas Schaeferi et Dindorfii interpretationes. Tuentur *οὐ* quia in libris omnibus circumfertur. Quam multi loci sunt et apud alios et apud ipsum Demosthenem, ubi *οὐ* vel *μή* repugnante sana ratione aut addita sunt in libris aut omissa. Videbimus infra.

Si fuisset in libris emendata lectio: *εἰ μηδ' ἃ πάθοιτ' ἂν — ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες τολμήσετε;* et aliquis *οὐ τολμήσετε* reponere voluisset, quis non eum hominem insanire et delirare putaret?

Pag. 17. 5. *καὶ πρόσεσθ' ἡ ὕβρις καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσιν.* Lepidissime Iulianus in Epistola ad Athenienses pag. 287. c. ita scripsit: *τὸ παθεῖν τε οἶμαι προσῆν καὶ ἔτι ἡ τῶν πραγμάτων αἰσχύνη οὐδεμιᾶς ἐλάττων ζημίας τοῖς γε σώφροσιν.* cf. Mnemos. 1859. pag. 399.

Pag. 21. 16. *σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτο ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον οἱ παρ' ὑμῶν πρέσβεις ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἕξουσιν — ὡς ἅπας μὲν λόγος ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν, μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιστοῦσι πάντες αὐτῷ.* Hic imprimis locus declarat quam licenter inepti correctores in libros veteres fuerint grassati. Describam locum ut mihi scribendus esse videtur: *μάλιστα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ὅσῳ* ΚΑΙ *ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι.* Dicam primum unde hanc veterem lectionem fuisse repererim, deinde rectissime ita dici demonstrabo. Impostor, qui Demostheni ora-

tionem πρὸς τὴν ἐπιςολὴν τὴν Φιλίππου supposuit quum haec ex Demosthene furto surriperet pag. 158. 16. ita dedit: ὡς ἅπας μέν ἐςι λόγος μάταιος πράξεων ἄμοιρος γενόμενος, τοσούτῳ δὲ μάλιςα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ὅσῳ δοκοῦμεν αὐτῷ προχειρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, in quibus antiquae scripturae quam restituimus certa vestigia supersunt. Μάλιςα — ὅσῳ καὶ cum superlativo optimos testes et auctores habet. Matthiae §. 462. duo exempla ex Thucydide attulit: I. 68. προσήκει ἡμᾶς οὐχ ἥκιςα εἰπεῖν ὅσῳ ΚΑΙ μέγιςα ἐγκλήματα ἔχομεν. et II. 47. αὐτοὶ μάλιςα ἔθνησκον ὅσῳ ΚΑΙ μάλιςα προσῆσαν, quibus addo simillimum locum Demosthenis pag. 227. 8. πάντων μὲν γὰρ ἀποςερεῖσθαι λυπηρόν ἐςι — μάλιςα δὲ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας ὅσῳπερ ΚΑΙ τὸ τυχεῖν τούτων μέγιςόν ἐςιν. Audax et impudens interpolatio sic mihi nata esse videtur: — pro ὅσῳ ΚΑΙ ἑτοιμότατα scribae errore ὅσῳ ΓΑΡ ἑτοιμότατα dederunt, quoniam praecedens sententia plane absoluta esse putabatur: ἅπας μὲν λόγος — μάλιςα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως. Instituitur ergo nova sententia: ὅσῳ γὰρ ἑτοιμότατα — quae quia manca et imperfecta erat commentus est nescio quis supplementum de suo: τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιςοῦσι πάντες αὐτῷ.

Adhaesit glossema pag. 21. 25. πολλὴν δὴ τὴν μετάςασιν καὶ μεγάλην δεικτέον [τὴν μεταβολὴν] εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως, εἴπερ τις ὑμῖν προσέξει τὸν νοῦν. Ad τὴν μετάςασιν adscripsit aliquis in margine τὴν μεταβολήν, quod male in textum receperunt alii, unde vulgata scriptura, quae frigida et insulsa est, originem duxit. Nihil enim interest inter πολλὴν τὴν μετάςασιν et μεγάλην τὴν μεταβολήν, et optime in tali re componuntur πολλὴν καὶ μεγάλην.

Pag. 22. 8. νυνὶ δὲ Θετταλοῖς ςασιάζουσι καὶ τεταραγμένοις ἐπὶ τὴν τυραννικὴν οἰκίαν ἐβοήθησεν. pag. 113. 24. (ὁ Φίλιππος) τοῖς ταλαιπώροις Ὠρείταις τουτοισὶ ἐπισκεψομένους ἔφη τοὺς ςρατιώτας πεπομφέναι [κατ' εὔνοιαν]· πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς νοσοῦσι [καὶ ςασιάζουσιν ἐν αὐτοῖς], συμμάχων δ' εἶναι καὶ φίλων ἀληθινῶν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς παρεῖναι. pag. 123. 28. ἐπειδὰν δὲ πρὸς νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς προσπέσῃ καὶ μηδεὶς — ἐξίῃ μηχανήματ' ἐπιςήσας πολιορκεῖ. Vide mihi in his ut soleant loci simi-

les ex similibus interpolari. Pag. 22. in aliis libris est [*νοσοῦσι καὶ*] *σκιάζουσι καὶ τεταραγμένοις*. Pag. 113. Philippi perfaceti hominis bonum dictum periit. *Aegrotantem amicum visere* Graeci dicunt *ἐπισκοπεῖσθαί τινα*. Hinc Philippi iocus *ἐπισκεψομένους ἔφη τοὺς στρατιώτας πεπομφέναι· πυνθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς νοσοῦσι· συμμάχων δ' εἶναι καὶ φίλων ἀληθινῶν ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς παρεῖναι*. Corrupit omnem dicti leporem qui *κατ' εὔνοιαν* de suo addidit: haec enim ipsa *εὔνοια* est *τὸ τοὺς νοσοῦντας ἐπισκοπεῖσθαι*, sed plane omnem iocum pessumdedit qui ad *νοσοῦσι* de suo adscripsit *καὶ σκιάζουσιν ἐν αὐτοῖς*. Feruntur tamen haec in omnibus libris, nisi quod S *ἐν αὐτοῖς* omittit: sed unde propullulaverint ista omnia similium locorum comparatio continuo ostendit.

Quis igitur mirabitur pag. 123. pro *νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς* in nonnullis legi *νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς καὶ τεταραγμένους*? Quis non statim videt adhaesisse haec ex pag. 22. 8.? Et olim et nunc Demosthenis lectores et admiratores praeclarissimam quamque *ῥῆσιν* tenebant memoriter et hinc crebro illae confusiones nascebantur.

Dabo alterum exemplum. Legitur pag. 23. 27. *νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη*. Sic S et meliores: in aliis est *συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι* aut *συγκρύψαι γρ. συσκιάσαι* aut *συγκρύψαι ἀντὶ τοῦ συσκιάσαι*. Unde haec omnia? Nempe ex oratione spuria pag. 155. 22. *νῦν μὲν τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπισκοτεῖ πᾶσι τοῖς τοιούτοις· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων εἰσίν*, ubi pro *τὰς ἁμαρτίας* in nonnullis legitur *τὰ τοιαῦτα ὀνείδη*. Interpolatores nonnumquam de industria sententiam Demostheni sublectam aliqua diversitate verborum obtegere et sic sua furta dissimulare solent, sed vel sic tamen fraus perpluit.

Ostendimus alibi *παρεῶσθαι* et *παρεωρᾶσθαι* inter se confundi solere. Vera scriptura evasit pag. 23. 14. *παρεῶσθαι καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον*, sed mendosa lectio adhuc circumfertur pag. 655. 15. *ὅλως γὰρ ἡγήσονται παρεωρᾶσθαι μὲν αὐτοί, πρὸς Κερσοβλέπτην δ' ἀποκλῖναι ὑμᾶς*, ubi in S memoratur altera scriptura *γρ. παρεῶσθαι*. Nulla datur optio: *παρεωρᾶσθαι*

enim est Graeculorum, pro quo veteres *παρᾷδαι* dicebant.

Pag. 24. 19. *πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν 'ΕΝούσας ἢ 'κείνῳ.* Quamquam libri omnes in *ἐνούσας* fideliter conspirant, tamen perinepta haec lectio est et sine controversia *οὔσας* emendandum. Vulgata non est minus ridicula ac si quis vellet dicere *οἶδά σοι πολλὰ χρήματα 'ΕΝόντα* pro *ὄντα.* Idem mendum inoleverat pag. 68. 28. *οὐ γὰρ δὴ τριήρεις γε ὁρᾷ πλείους αὐτοῖς ἢ ὑμῖν 'ΕΝούσας.* Si fieri potest *ὁρᾷ τριήρεις πολλὰς ὑμῖν ἐνούσας* etiam magis ridiculum est quam *ὁρᾷ χρήματα πολλὰ ὑμῖν ἐνόντα.* Nunc quidem liber S lucem attulit, qui solus omnium *οὔσας* servavit.

Fatui correctores insulsis additamentis eximium locum inquinarunt pag. 25. 14. *τί ποιούντων ὑμῶν ὁ χρόνος διελήλυθεν οὗτος; ἴσε γὰρ δήπου τοῦθ' ὅτι μελλόντων [αὐτῶν], ἑτέρους τινὰς ἐλπιζόντων πράξειν, αἰτιωμένων ἀλλήλους, κρινόντων, πάλιν ἐλπιζόντων, σχεδὸν ταὐτὰ ἅπερ νυνὶ ποιούντων [ἅπας ὁ χρόνος διελήλυθεν].* Prior interpolatio ex librorum dissensione arguitur: in caeteris enim est *μελλόντων ὑμῶν*, in S *μελλόντων αὐτῶν*, quod inconsiderate receptum: namque *ὑμῶν* quidem quamquam fatuum et languidum est tamen est sententiae accommodatum, *τί ποιούντων ὑμῶν;* respondetur *μελλόντων ὑμῶν*, sed *αὐτῶν* nullum omnino habet locum. In caeteris concitatae orationis ellipsis *γραμματικῶς* expleta vexat nobis aures.

Pag. 25. 20. *δι' ὧν ἐκ χρηστῶν φαῦλα τὰ πράγματα τῆς πόλεως γέγονε διὰ τούτων ἐλπίζετε [τῶν αὐτῶν πράξεων] ἐκ φαύλων αὐτὰ χρηστὰ γενήσεσθαι.* Expungenda sunt molesta verba *τῶν αὐτῶν πράξεων*, quibus verborum concinnitas laeditur, quae inepte abundant et, quod gravissimum est, cum Demosthenis sententia pugnant. Non enim *διὰ πράξεών τινων* res Atheniensium afflictae erant, sed *ὅτι ἐκάθηντο οὐδὲν ποιοῦντες.* Itaque *διὰ τούτων* est *διὰ ῥαθυμίας καὶ ἀργίας καὶ μαλακίας καὶ δειλίας*, et omnino minime *διὰ πράξεώς τινος.*

Pag. 29. 7. *ὁ μὲν οὖν ΠΑΡΩΝ καιρὸς εἴπερ ΠΟΤΕ πολλῆς φροντίδος καὶ βουλῆς δεῖται.* Absurda quidem haec oratio est:

εἴπερ ποτέ, *si umquam antea*, necessario ad *ὁ παρὼν καιρός* referendum, qui *numquam antea* fuit. Sensit id Dindorfius et *„sequi debebat* (inquit) *si accuratius loqui vellet εἴπερ τις καὶ ἄλλος."* quasi *non satis accurate loqui* esset inepta et absurda et sensu vacua dicere. Credo mendum subesse et facili negotio corrigendum esse: *εἴπερ* ΤΙϹ *ποτε*.

Quod Demosthenes pag. 30. 6. acriter et significanter dixerat enervavit et fregit adscripta scioli annotatiuncula. Describam locum ut mihi ab Oratore profectus esse videtur: *εἰ γὰρ τότε ἐκεῖσε ἐβοηθήσαμεν ὥσπερ ἐψηφισάμεθα προθύμως οὐκ ἂν ἠνώχλει νῦν ἡμῖν ὁ Φίλιππος.* In libris duplex interpolatio cernitur: in plerisque additur *τότε σωθείς*, in S *σωθείς* tantum. Haec ipsa diversitas suspicionem fraudis movet. Quid apud animum Orator cogitaverit, quid cives in concione suspicarentur, colligi potest ex pag. 656. 22. (*οἱ Ὀλύνθιοι*) *ὑμᾶς, οὓς ἴσασιν ἁπάντων ἀνθρώπων ἥδισ' ἂν καὶ τοὺς ἐκείνου* (Philippi) *φίλους καὶ αὐτὸν τὸν Φίλιππον* 'ΑΠΟΚΤЄΙΝΑΝΤΑϹ, *φίλους πεποίηνται, φασὶ δὲ καὶ συμμάχους ποιήσεσθαι.* Tam acribus odiis hostem Philippum persequebantur ut eum lubentissime *interfecturi* esse dicerentur Itaque Demosthenes quum hominis opprimendi occasionem civium socordia amissam esse quereretur et vellet dicere *ἀπεκτείναμεν ἂν τὸν Φίλιππον*, maluit *εὐφημότερον* idem significare verbis: *οὐκ ἂν ἠνώχλει νῦν ἡμῖν ὁ Φίλιππος.* Facile est ad intelligendum in huiuscemodi sententia neque *σωθείς* neque *τότε σωθείς* commode addi posse.

Pag. 31. 12. (*τοὺς νόμους*) *τοὺς εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ὑμᾶς λύσατε. λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν σαφῶς οὑτωσὶ καὶ τοὺς περὶ τῶν ϛρατευομένων ἐνίους, ὧν οἱ μὲν τὰ ϛρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσιν* [*θεωρικὰ*], *οἱ δὲ τοὺς ἀτακτοῦντας ἀθῴους καθιϛᾶσιν.* Discrepant libri, quorum alii *διανέμουσι θεωρικά* exhibent, alii *διανέμουσιν ὡς θεωρικά*, vitiose utrumque. Omnia sunt in verbis *τὰ ϛρατιωτικὰ τοῖς οἴκοι μένουσι διανέμουσιν*, id est *ἀντὶ ϛρατιωτικῶν θεωρικὰ ποιοῦσιν.*

Vitiose abundat vocabulum in verbis pag. 32. 1. *οὐ γάρ ἐϛι δίκαιον τὴν μὲν χάριν, ἣ πᾶσαν ἔβλαπτε τὴν πόλιν, τοῖς τότε*

θεῖσιν ὑπάρχειν, τὴν δ' ἀπέχθειαν, δι' ἧς ἂν ἅπαντες εὖ πράξαιμεν, τῷ νῦν τὰ βέλτιϛα εἰπόντι [ζημίαν] γενέσθαι. Respondent sibi inter se τὴν χάριν ὑπάρχειν et τὴν ἀπέχθειαν γενέσθαι: illa res gratiam peperit, haec odium paritura est, et sicut ineptum est dicere *gratiam* commodum et emolumentum afferre, sic et *odium* damno et detrimento fore. Ipsa ἀπέχθεια satis gravis erat ζημία. Saepe videbis χάριν et ἀπέχθειαν sic inter se opponi, ut pag. 58. 26. οὔτ' ἐκείνου πρὸς χάριν οὔτ' ἐμοῦ πρὸς ἀπέχθειαν.

Pag. 32. 10. ψήφισμα οὐδενὸς ἄξιόν ἐϛιν ἂν μὴ προσγένηται τὸ ποιεῖν ἐθέλειν τά ΓΕ δόξαντα προθύμως ὑμᾶς. Quid sibi vult γε in tali re? Nihil prorsus. Non solebant hercle Athenienses Demosthenis aetate ὑπὸ προθυμίας πλείω τῶν δοξάντων ποιεῖν, neque in sententia generali, qualis haec est, ullus extenuanti particulae locum est. In optimo Codice S voculam γε saepius ubi est plane necessaria omissam videbis, nonnumquam ut h. l. contrario errore peccatur.

Pag. 33. 22. εἰ δέ τις ἡμῖν ἔχει καὶ τὰ θεωρικὰ ἐᾶν καὶ πόρους ἑτέρους λέγειν ϛρατιωτικοὺς, οὐχ οὗτος κρείττων; [εἴποι τις ἄν]. Φήμ' ἔγωγε, εἴπερ ἔϛιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Otiosum et iners additamentum vel incommoda sedes arguit. Praeterea ϛρατιωτικούς mihi vehementer suspectum est. Χρήματα ϛρατιωτικά et θεωρικά rectissime dicitur, sed πόροι ϛρατιωτικοί tam vitiosum est atque πόροι θεωρικοί. Satis est πόρους ἑτέρους λέγειν, ut pag. 15. 3. λέγουσι δὲ καὶ ἄλλους τινὰς ἄλλοι πόρους, ὧν ἕλεσθε ὅϛις ὑμῖν συμφέρειν δοκεῖ.

Duplici mendo inquinatus est locus eximius pag. 34. 22. quem emendatum apponam: ἐξ οὗ δ' οἱ διερωτῶντες ὑμᾶς οὗτοι πεφήνασι ῥήτορες „τί βούλεσθε γράψω ἵν' ὑμῖν χαρίσωμαι;" προπέποται τῆς παραυτίκα χάριτος τὰ τῆς πόλεως πράγματα καὶ τοιαυτὶ συμβαίνει. In libris omnibus haec scriptura circumfertur: τί βούλεσθε; ΤΙ γράψω; ΤΙ ὑμῖν χαρίσωμαι; nisi quod in optimis *barbara* forma χαρίσομαι legitur.

Pag. 35. 19. ἰδίᾳ δ' οὕτω σώφρονες ἦσαν (maiores nostri) καὶ

σφόδρα ἐν τῷ τῆς πολιτείας (id est τῆς δημοκρατίας) ἤθει μένοντες ὥστε τὴν Ἀριστείδου καὶ τὴν Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν, εἴ τις ἄρα οἶδεν ὑμῶν ὁποία ποτ' ἐστίν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν. Multi leguntur apud Demosthenem loci bis terque iisdem paene verbis repetiti, quorum alios Demosthenes ipse repetiit, alios fraudulenti homines, qui spe lucri Demostheni orationes spurias supposuerunt magnam partem consarcinatas ex insignioribus quibusdam ῥήσεσιν, quae in genuinis orationibus legebantur. Est operae pretium hos locos componere et inter se comparare, unde et de singulorum locorum vera scriptura optime iudicari potest, et discrepantium lectionum origo et causa et progressus conspici, et librorum quos habemus superstites fides spectari aut vitiositas deprehendi. Demosthenes ipse anno 352 in *Aristocratea* pag. 689. 11. ita dixerat: τὴν Θεμιστοκλέους μὲν γὰρ οἰκίαν καὶ Μιλτιάδου καὶ τῶν τότε λαμπρῶν, εἴ τις ἄρα ὑμῶν οἶδεν ὁποία ποτ' ἐστίν, ὁρᾷ τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν.

Eandem sententiam arripuit impostor, qui orationem περὶ συντάξεως a se ex laciniis Demosthenicis conglutinatam Ptolemaeo Philadelpho, aut alii cui regi Φιλοβίβλῳ, impenso pretio pro genuina vendidit, neque tantum regem grandi pecunia emunxit sed etiam acerrimo cuique Criticorum veterum Callimachis omnibus et Dionysiis ioculariter sarcinam imposuit, donec tandem Valckenario fraus suboluit, quae nunc est omnibus manifesta. Saepe miratus sum ne in Philippica quarta quidem tam manifestam fraudem olim perpluisse. Nempe tantam vim habet praeiudicata et inveterata opinio, ut omnes perpetuo nesciant se in tenebris sedere donec lucem aliquis afferat. Audiamus nunc impostorem pag. 174. 26. τὰς δ' ἰδίας οἰκίας τῶν ἐν δυνάμει γενομένων οὕτω μετρίας καὶ τῷ τῆς πολιτείας ὀνόματι (id est τῇ δημοκρατίᾳ) ἀκολούθους ὥστε τὴν Θεμιστοκλέους καὶ τὴν Κίμωνος καὶ τὴν Ἀριστείδου [καὶ Μιλτιάδου] καὶ τῶν τότε λαμπρῶν οἰκίαν, εἴ τις ἄρ' οἶδεν ὑμῶν (S ὑμῶν οἶδεν) ὁποία ποτ' ἐστίν, ὁρᾷ τῆς τοῦ γείτονος οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν. Videmus igitur Demosthenem quum anno 349 in oratione Olynthiaca laudes maiorum celebraret, quibus esset in publicis magnificentia, in privatis modestia et modus, non dubitasse iisdem verbis uti, quibus quarto abhinc anno eandem senten-

tiam cum magno coronae plausu ornasset paucis tantum leviter immutatis, ut pro τὴν Θεμιστοκλέους οἰκίαν καὶ Μιλτιάδου substitueret τὴν 'Αριστείδου καὶ τὴν Μιλτιάδου, multo enim melius Aristidis aediculas, quem in paupertate aetatem egisse constabat, commemoravit quam Themistoclis, qui magnas e bello divitias collegerat: praeterea pro ὁρᾷ τῶν πολλῶν οὐδὲν σεμνοτέραν οὖσαν multo venustius dixit τῆς τοῦ γείτονος. Impostor sua ex utroque loco conflavit pleraque ex *Aristocratea* sumens, nonnullis ex *Olynthiaca* receptis. Si quid mutavit deterius reddidit: optime Demosthenes: ἐν τῷ τῆς πολιτείας ἤθει μένοντες, perperam ille quisquis est: τῷ τῆς πολιτείας 'ΟΝΟΜΑΤΙ ἀκολούθους, cogitat enim de nomine δημοκρατίας, sed ἀττικιστί democratia ἡ πολιτεία appellatur, non contra. Praeterea incautius Cimonem addidit, quem in re lauta vixisse nemo ignorat. Ex eodem loco expungenda sunt verba καὶ Μιλτιάδου in Codice S optime omissa: unde irrepserint perspicuum est, et saepe videbis apud Demosthenem locos similes sic ex locis similibus interpolari et verbis inutilibus augeri, cuius rei infra exempla compluscula proferemus.

Lectionum autem bis terque αὐτολεξεί repetitarum firma et stabilis fides est nec nisi gravissimis de causis sollicitanda. Memini quum mihi pro 'οπΟΙΑ ποτ' ἐστίν arrideret ὅπΟΥ, sed nihil opus: ποῖος et τίς in Attica est *prorsus idem*, nam *qualis* dicitur ποῖός τις, ποῖ' ἄττα. Itaque ὁποία ποτέ est ἥτις ποτέ, et *nescire* quae *sit domus Themistoclis* perinde bene dicitur atque *nescire* ubi *sit*.

Ineleganter compositum est quod legitur pag. 35. 27. ΤΟΤΕ μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον εἶχε τὰ πράγματα ἐκείνοις — ΝΥΝΙ δὲ πῶς ἡμῖν ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν ΝΥΝ τὰ πράγματ' ἔχει; Quis eorum, in quibus est aliqua scribendi facultas, frigide repetitum νυνὶ — τῶν νῦν non diligenter vitasset? Potuisset percommode oppositionem ita instituere: 'ΗΜΙΝ δὲ πῶς ὑπὸ τῶν χρηστῶν τῶν ΝΥΝ τὰ πράγματ' ἔχει; et ἡμῖν sic ἐκείνοις oppositum suo loco positum esse senties. Ante multa saecula quidam lector Demosthenis in vulgata lectione offendit et alia ratione malo mederi conatus est. Mutavit τῶν νῦν in τούτων, ὑπὸ τῶν χρηστῶν τούτων, ut est in duobus libris, quae lectio ut tot aliae in

paucis libris repertae non est ex antiquo monumento propagata, sed a correctore non stulto excogitata. Si quid nosti rectius istis candidus imperti, si non utra coniectura sit potior diiudica. Qui autem consideraverit sqq. ΟΙϹ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ κτἑ. quod praecedenti ῾ΗΜΙΝ δὲ πῶς; respondet, fortasse secundum me feret sententiam.

Quod Graecus lector coniecit τούτων, quamquam forte huic loco minus est accommodatum, habet tamen τὸν Δημοσθενικὸν χαρακτῆρα, qui saepe solet adversarios in rep. in concione sedentes simpliciter τούτους vel τουτουσί appellitare, ut in vicinia pag. 36. 10. οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν ΟΥΤΟΙ, quos oculis vel manu designat. Neglecta huius usus observatio alium locum Oratoris corrupit, ut infra ostendemus.

Quicumque discrepantes librorum scripturas diligenter inspexerit et unde certi errores propullulaverint rimatus fuerit, passim mirabitur quam leves et futiles homunculi illotis manibus antiqua litterarum monumenta temeraverint. Quod Orator cum acerbissima ironia dixerat pag. 37. 7. καὶ τὸ ἀ ν δ ρ ε ι ό τ α τ ο ν τῶν ὑμετέρων αὐτῶν χάριν πρὸς ὀφείλετε, vide mihi ut nihili corrector vitiaverit: ἀνδρειότατον in tali re quid esset miratus de suo audacter supposuit — quid putas? nempe ἀνανδρότατον eaque perabsurda coniectura omnes nunc libros obsidet praeter S, qui solus ἀνδρειότατον ab interitu servavit, et duos alios, ubi ad ἀνανδρότατον annotatur in margine γρ. ἀνδρειότατον εἰρωνικῶς. Qui tali loco apud Atticum scriptorem ironiam in ἀνδρειότατον non sentit quid tandem eum hominem sentire putemus? Cf. quae de ea re collegimus ad Hyperidis λόγον ἐπιτάφιον pag. 100.

Hic quidem locus ex bono libro olim restitutus est: addam alterum e simili correctoris temeritate adhuc fere dixerim vulneratum. Editur pag. 134. 22. ἀδικεῖ (Philippus) πολὺν χρόνον ἤδη (melius pag. 70. 7. ἤδη χρόνον) καὶ τοῦτ' αὐτὸς ἄριστα σύνοιδεν αὑτῷ· οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις ἔχει ΧΡΗϹΘΑΙ τούτοις ἅπαντα τἄλλα βεβαίως κέκτηται. Interpolatum est ab inepto correctore χρῆσθαι. Manus Oratoris servata est pag. 70. 9. unde haec

impostor descripsit: *οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις ἔχει τούτοις πάντα τἄλλα βεβαίως κέκτηται.* Sic est in optimo S: in nonnullis aliis scribitur *ἔχει χρῆσθαι* vel *ἔχει χρήσασθαι*, quod unde natum sit apparet. Molestum *χρῆσθαι* cui debeatur planum est. Miratus homuncio quid esset *οἷς οὖσιν ὑμετέροις ἔχει τούτοις* — non intellecta attractione pueris nota pro *ἃ ὄντα ὑμέτερα ἔχει*, *de suo* *χρῆσθαι* addidit; potuitne indoctius et ineptius?

Aequo animo hoc quoque ferri possit in oratione spuria quum apud ipsum Demosthenem vera et genuina lectio feliciter evaserit. Sed multi alii in optima quaque oratione supersunt, ubi in corrupta scriptura mens et sententia Demosthenis male periit. Non est mihi longe abeundum. Continuo sequitur: *εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο οὐδ᾽ ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγεῖτο.* Depravatum est *ἡγεῖτο* et hinc de sententia verborum est actum. Emenda *ἡγεῖτ*AI et recte se habebunt omnia. *οὐκ ἂν ἡγεῖται οἴκοι μένειν βεβαίως εἰ Ἀμφίπολιν προεῖτο*, ut pag. 69. 26. *οὐκ ἂν ἡγοῦμαι Φίλιππον εἰ τὰ πρῶτα βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν — συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι.* et mille loci sunt ubi *δοκῶ*, *ἡγοῦμαι*, *οἴομαι*, *νομίζω*, *ὑπολαμβάνω*, *ἐλπίζω*, *προσδοκῶ* et his similia habent infinitivum cum *ἂν* coniunctum. Tamen indocti et imperiti correctores passim *ἂν* cum verbo finito iungendum esse opinati *ἡγοῦμαι* (ut hoc utar) in *ἡγούμην* stulte convertunt, aut *δοκεῖς* in *δοκοῖς*, *δοκοίης*, *δοκῇς*, *ἐδόκεις* depravare solent, ut h. l. *οὐδ᾽ ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγεῖτ*O pro *ἡγεῖται*. Sententia enim manifesto haec est: *Philippus* EXISTIMAT *si Amphipolim missam faceret se ne in Macedonia quidem tuto* MANERE POSSE, quum vulgata lectio significet *ne domi quidem se tuto* MANERE EXISTIMARET, prorsus perverse et contra Demosthenis sententiam. Fertur tamen mendosa lectio in *omnibus* libris sine ulla varietate.

Inspiciamus nunc eundem locum pag. 134. 22. ab impostore *αὐτολεξεὶ* descriptum: *εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν — προεῖτο οὐδ᾽ ἂν ἐν Μακεδονίᾳ μένειν ἀσφαλῶς* ἘΔΥΝΑΤΟ. Pro *ἐδύνατο* omnes libri exhibent *ἡγεῖτο*, praeter A et S ubi *ἐδύνατο* scriptum est, quae lectio in F pro varia scriptura ad *ἡγεῖτο* apponitur. Nunc interpolatores *ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ* tenemus. Eodem opinionis errore pro *ἡγεῖτ*AI alius temere *ἡγεῖτο* supposuit, alius peius etiam *ἐδύνατο* rescripsit, uterque sententiae securus.

Complura huius erroris exempla collegimus in *Nov. Lectt.* pag. 362 sq. ut Aristoph. *Vesp.* 1404.

εἰ νὴ Δί' ἀντὶ τῆς κακῆς γλώττης ποθὲν
πυροὺς πρίαιο σωφρονεῖν ἄν μοι δοκΕΙC.

et in Isocratis Epist. VIII. 9. *οὕτω δ' ἄν μοι δοκΕΙτε κάλλιςα βουλεύσασθαι*, ubi in libris est (praeter Ravennatem) *δοκοῖς* et *δοκοίητε*. et in Oratione Isocratis V. 40. *ὅτε μὲν ἡ πόλις ἡμῶν — ἐδυνάςευεν οὐδὲν ἂν ἡγοῦμΑΙ περανθῆναι τούτων*, sic solus Urbinas, caeteri omnes *ἡγούμην*. Urbinas errat cum caeteris I. 12. *δι' ὧν ἄν μοι δοκΟΙΗC — πλεῖςον ἐπιδοῦναι*, ubi Bekkerus intellexit *δοκεῖς* verum esse. Attulimus eiusdem mendi nova exempla ad Xenophontis *Cyropaediam Mnem.* 1875. pag. 393 sq. Nunc videamus qui loci Demosthenis ad hanc lucem corrigendi supersint. Editur pag. 192. 4. *παρελθὼν πρῶτος ἐγὼ παρῄνεσα — ὅτι μοι σωφρονεῖν ἂν δοκΟΙτε εἰ τὴν πρόφασιν - ποιοῖσθε - παρασκευάζοισθε — ἀμύνοισθε.* Nonne perspicuum est *δοκΕΙτε* requiri? diserte in S *δοκεῖτε* scriptum est sed temere spretum. Idem Codex *ποιεῖσθε* et *ἀμύνεσθε* exhibet soloece, medium *παρασκευάζΟΙσθε* illaesum evasit. Sic ubique etiam in optimis testibus *μέμνασ' ἀπιςεῖν*: modo verum soli servant, modo iidem titubant, fallunt, mentiuntur. Vidi doctos homines qui Codicis S praestantiam stulte mirati eum vitiorum expertem et *ἀναμάρτητον* inepti crederent. Nullum est mendorum genus tam absurdum, cuius non exempla ut in aliis libris Mss. sic et in S complura reperiantur. Dabo unum et alterum *γεύματος χάριν*. Dixerat Demosthenes severe et graviter pag. 157. 9. *οὐδ' αἰσθάνονται πάντα καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ* ΣΦΩΝ ΑΥΤΩΝ *μικροῦ λήμματος πωλοῦντες*. quid S? absurde dedit *κατὰ τὰσ φωνὰσ αὐτῶν*, quae nemo correxit. Idem pag. 106. 11. pro 'ΕΚΑΣΤΟΥ (*ἐκ δὲ τοῦ*) *ὀλιγώρως ὑμᾶς ἔχειν - φοβερὸς πᾶσιν Ἕλλησιν* (*ὁ Φίλιππος*), scripsit *ἑκάστου ὀλιγώρως ὑμᾶς ἔχειν* sine sensu: correctores tacent. Sed illuc unde digressus sum revertor. Eodem mendi genere, de quo agimus, corruptus est locus Demosthenis pag. 62. 12. *νυνὶ γὰρ Θηβαίοις πρὸς μὲν τὸ τὴν χώραν κεκομίσθαι κάλλιςα πέπρακται, πρὸς δὲ τιμὴν καὶ δόξαν αἴσχιςα· εἰ γὰρ μὴ παρῆλθε Φίλιππος οὐδὲν ἂν αὐτοῖς* 'ΕΔΟΚΕΙ *εἶναι.* Estne longa deliberatione opus ut appareat *δοκεῖ* verum esse, non *ἐδόκει*? Thebani Boeotiam recuperaverant non suo Marte sed Philippi

auxilio, quae res iis simul commodum et emolumentum, simul turpitudinem et dedecus attulerat: receperant Boeotiam, sed ope aliena. Itaque Demosthenes hoc dixit: *ita homines vulgo existimant*, sive *haec hominum fama est*, *nisi Philippus in Graeciam penetrasset Thebanos eorum quae nunc haberent nihil habituros fuisse*, idque Graece sonat: *οὐδὲν ἂν δοκοῦσιν ἔχειν*, sive: *οὐδὲν ἂν αὐτοῖς δοκΕΙ εἶναι.* Quemadmodum alibi *ἡγοῦμαι* in *ἡγούμην* depravatum videmus, sic h. l. *δοκεῖ* in *ἐδόκει*, *quod erat demonstrandum* ut loquuntur mathematici.

Affine genus vitii conspicitur pag. 142. 10. ubi editur: *τοὺς μὲν τοίνυν εὐπόρους ταύτῃ χρωμένους τῇ γνώμῃ οὐ μόνον ἡγοῦμαι τὰ δίκαια ποιεῖν ἀλλὰ καὶ τὰ λυσιτελῆ*, et sic in solo S scriptum est, in caeteris omnibus *ποιεῖν ἄν*. Utra lectio verior est? Nullo modo *ἄν* abesse potuit: satis enim manifestum est locupletes non laudari quod ita facerent, sed ut id facerent prudenti consilio admoneri. *Si sic faciant*, inquit, *non tantum quod iustum sit sed etiam quod e re sua sit* FACTUROS *arbitror*, sed *ἡγοῦμαι τὰ δίκαια ποιεῖν ἄν* non est Attica compositio. Dicebant: *ἡγοῦμαι τὰ δίκαι' ἌΝ ποιεῖν.* Tenuis lineola in ΔΙΚΑΙΑ̅ discrimen facit.

Qui huiuscemodi locos semel observaverit passim in Graecis Codd. alios reperturus est partim a Criticis correctos, partim adhuc inemendatos. Idem hanc omnem lectionis varietatem *δοκεῖ*, *δικαίῃ*, *δοκῇ* et sim. omnia non esse unius assis intelliget. Non mirabitur igitur pag. 642. 2. *πάντες ἀσθενέστερον ἂν τὸ δίκαιον εὑρεῖν ἡγοῦντΑΙ*, in uno Codice *ἡγοῦντο* apparere, et quidquid est huiusmodi pro nihilo ducet.

Quia *χρῆσθαι*, *χρήσασθαι*, *χρήσασθε*, *χρήσεσθε*, *χρήσησθε* perpetuo inter se confunduntur corrigi facile poterit locus pag. 37, 19. *ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν — ἐθελήσητε στρατεύεσθαί τε καὶ πράττειν ἀξίως ὑμῶν αὐτῶν καὶ ταῖς περιουσίαις ταῖς οἴκοι — χρήσΗCΘΕ, ἴσως ἂν — τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθόν.* imo vero *χρῆσθαι*, non *χρήσησθε*: pendet enim ut reliqua ex *ἐθελήσητε*, ut passim *στρατεύεσθαι* vel *ἐξιέναι καὶ εἰσφέρειν* coniunguntur ubi Demosthenes de civium socordia et inertia queritur. Non copiae, non opes Atheniensibus deficiebant si modo uti VELLENT.

Continuo sequitur: ἴσως ἂν — τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Praeclara haec et multum celebrata ῥῆσις duobus mendis tamquam maculis deformata est, quorum alterum olim sustuli delendo ἀσθενοῦσι. Nempe τοῖς manifesto ad σιτίοις referendum, nec tamen ullo modo in τοῖς ἀσθενοῦσι deesse potest. Itaque Dindorfius in editione minore (Lipsiae apud Teubnerum 1855) pag. XIV. τοῖς τοῖς ἀσθενοῦσι — σιτίοις διδομένοις coniecit immemor eorum, quae in maiore editione (Oxonii 1846). pag. X rectissime dixerat: *non committendum putavi ut eloquentissimo oratori infans et contortum alienumque ab Atticorum elegantia affingerem genus dicendi.* Sed salva res erit ubi quis alterum mendum deprehenderit exemeritque. Expromam igitur locum unde verum elici poterit. Legitur pag. 461. 16. μείζους εἰσὶν αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαὶ τῶν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτειῶν διδομένων. Diligenter considera rectene haec habeant an secus. Si Demosthenes in ea re participio διδόμεναι uti voluisset, ubi tandem collocasset? Dixisset necessario αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαὶ διδόμεναι. Nunc neque hoc dixit neque illud, sed male abundans participium a futili correctore interpolatum est. Optime et ἀττικιστί dicitur αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαί, ut pag. 476. 2. ταῖς παρ' ἐκείνου δωρεαῖς, et passim ἡ παρὰ θεῶν εὔνοια, ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος, οἱ παρὰ Φιλίππου πρέσβεις, αἱ παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδες (pag. 52. 24), et multa alia his similia. Itaque optime et ἀττικιστί dicitur τὰ παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτία et sic emicat summi Oratoris manus haec: ἃ τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις ἔοικεν. Oculis paene cernimus correctorculos primum διδομένοις infercientes deinde ἀσθενοῦσι, quasi umquam τὰ παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτία sanis et valentibus darentur. Sunt haec ipsa per se satis plana et perspicua, non sperno tamen luculentum testimonium ex antiquissimis libris oblatum. In *Prooemiis* a nescio quo rhetore collectis et magnam partem ex Demosthene sumtis legitur pag. 1460. 1. ὁμοιότατα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδόντες ὑμῖν. καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Viden' quid ille in suo libro legerit? Satis igitur diu nos scioli sunt ludificati.

Pag. 38. 24 ὑμᾶς ἀξιῶ — μὴ παραχωρεῖν τῆς τάξεως, ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι [τῆς ἀρετῆς] μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων κτησάμενοι κατέλιπον. Haec aliquando in vetusto libro sic scripta fuisse suspicor:

παραχωρεῖν
τῆς τάξεως ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι τῆς ἀρετῆς
μετὰ πολλῶν καὶ καλῶν κινδύνων
κτησάμενοι κατέλιπον.

Interpretatus est aliquis in ora libri quae esset ἡ τάξις ἣν ὑμῖν οἱ πρόγονοι κατέλιπον, deinde ea annotatiuncula irrepsit in textum. Nihil est ἡ τάξις τῆς ἀρετῆς, et si quammaxime haec coniungi possent, quis serio credat τῆς ἀρετῆς illo loco poni potuisse?

Pag. 42. 5 ἂν ἕκαστος — ὑμῶν — πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν ἕτοιμος ὑπάρξῃ ὁ μὲν χρήματ' ἔχων εἰσφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ στρατεύεσθαι — τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε. Haec antiqua et vera lectio est, quam in nostris libris inepti hominis additamentum impeditam et molestam reddidit. Editur enim ἕτοιμος ΠΡΑΤΤΕΙΝ ὑπάρξῃ. Quae est enim istorum socordia, non vidit homo ἕτοιμος — εἰσφέρειν — στρατεύεσθαι coniuncta esse et opinatus est in ἕτοιμος ὑπάρξῃ infinitivum aliquem *agendi* suppleri oportere.

Quod magna vi et acrimonia vehemens orator dixerat pag. 48. 17 sciolus inepto additamento debilitavit et fregit. Dixerat: ἃ ἂν ὑμῖν ἀρέσκῃ χειροτονήσατε ἵνα μὴ ΜΟΝΟΝ ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ. Corrupit omnia qui frigidissime addidit: ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις.

Pag. 49. 2 Demosthenes postquam civibus suasit ut classem et copias compararent quae essent perpetuo in armis et sine ulla intermissione ad bellum cum Philippo gerendum praesto forent et Macedoniae semper infestae imminerent, ita pergit: ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι τῇ δυνάμει Λήμνῳ καὶ Θάσῳ καὶ Σκιάθῳ καὶ ταῖς ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ νήσοις, ἐν αἷς καὶ λιμένες καὶ σῖτος καὶ ἃ χρὴ στρατεύματι πάνθ' ὑπάρχει· τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν

πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων ςόμασι ῥᾳδίως ἔςαι.

Ultima pars huius loci *τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους — ῥᾳδίως ἔςαι* omnem sanam et simplicem interpretationem respuit: est enim in his lacuna, quam si ex imo sententiae fundo et rei natura et verborum compositione in lucem revocaveris omnia erunt expedita. Opponuntur inter se *χειμαδίῳ* MEN *χρῆσθαι* et *τὴν Δ' ὥραν τοῦ ἔτους* * * *. Per totum annum sine intermissione copias illas vult militare et Macedoniae imminere docetque quid sit iis quaque anni tempestate agendum. *Hiberno tempore* recipient se in insulas Macedoniae et Thraciae proximas, tutas et copiosas; *τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους* (quod dictum est ut *τὸ θέρος, τὸν χειμῶνα*) id est *tempore verno et aestivo* * * * exciderunt complusculа, quorum sententiam (nam verba praestare velle dementia est) sic satis commode expleveris: *τὴν δ' ὥραν τοῦ ἔτους, ὅτε καὶ πρὸς τῇ γῇ γενέσθαι ῥᾴδιον καὶ τὸ τῶν πνευμάτων ἀσφαλές, πρὸς αὐτῇ τῇ χώρᾳ καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἐμπορίων ςόμασιν (ἐφορμεῖν, ὅθεν τὴν ἐκείνου κακῶς ποιεῖν) ῥᾳδίως ἔςαι.*

Necesse est duos *infinitivos* inter se oppositos fuisse *χειμαδίῳ* MEN *χρῆσθαι* et *τὴν Δ' ὥραν τοῦ ἔτους (ἐφορμεῖν)* aut simile quid.

Pag. 49. 14. *ἂν ταῦτα πορίσητε τὰ χρήματα πρῶτον* [*ἃ λέγω.* S *ἃ* om.] non fert loci sententia additum *ἃ λέγω*. Recitari iusserat plebiscitum, in quo haec omnia ordine perscripta erant pag. 48. 13. Itaque poterat dicere *ἃ γέγραφα*, non *ἃ λέγω*, sed continuo praecedit *ταῦτ' ἐςὶν ἁγὼ γέγραφα.*

Pag. 53. 26. *τῶν ςρατηγῶν ἕκαςος δὶς καὶ τρὶς κρίνεται παρ' ὑμῖν περὶ θανάτου, πρὸς δὲ τοὺς ἐχθροὺς οὐδεὶς οὐδ' ἅπαξ αὐτῶν ἀγωνίσασθαι* [*περὶ θανάτου*] *τολμᾷ.* Vitiose admodum verba *περὶ θανάτου* ex superioribus repetita sunt. Rectissime dicitur *περὶ ψυχῆς κινδυνεύειν* sive *ἀγωνίζεσθαι*, ubi *περὶ θανάτου* esset absurdum, et *κρίνειν, κρίνεσθαι περὶ θανάτου* optime habet et usitatissimum est in iudiciis publicis: in bello *πρὸς τοὺς πολεμίους* sive *πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀγωνίζεσθαι* sive *μάχεσθαι capitis periculum* in se continet. Apud Theophrastum *Charactt.* 25. *ὁ δειλὸς* dicitur *πᾶν μᾶλλον ἢ μάχεσθαι τοῖς πολεμίοις*, quia id est capitis peri-

culum adire et, ut Ὁμηρικῶς dicam, τοῦτό ϝοι κῆρ ϝείδεται εἶναι.

Pag. 54. 8 postquam perstrinxerat stoliditatem eorum, qui rumores et rumusculos de Philippi consiliis spargerent quasi sibi notis ita pergit: ἐγὼ δ' οἶμαι μὲν — ἐκεῖνον μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων — οὐ μέντοι γε μὰ Δί' οὕτω προαιρεῖσθαι πράττειν ὥϛε τοὺς ἀνοητοτάτους τῶν παρ' ἡμῖν εἰδέναι τί μέλλει ποιεῖν ἐκεῖνος. Recte et acriter dictum, sed vide quid sequatur: ἀνοητότατοι ΓΑΡ εἰσιν οἱ λογοποιοῦντες. Haeccine putemus Atheniensibus τοῖς πάντων ὀξυτάτοις γνῶναι τὰ ῥηθέντα (pag. 32. 22) ne forte errent necessaria fuisse? Abeat igitur inficetum scholium unde venerat, in libri marginem.

Pag. 58. 16. κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν — τὰ παρ' ὑμῶν [διοικοῦντα] Φιλίππῳ [καὶ] πρυτανεύοντα. Audi Harpocrationem v. Π ρ υ τ α ν ε ύ ο ν τ α: κυρίως μὲν ἀντὶ τοῦ π ρ ύ τ α ν ι ν ὄ ν τ α· ἀντὶ δὲ τοῦ δ ι ο ι κ ο ῦ ν τ α Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. Vides unde sit nata frigida interpolatio: adscriptum in margine διοικοῦντα vitio receptum est quo facto καί addiderunt. Non solet Demosthenes in tali re verba ἰσοδύναμα coniungere, sed sicubi vetus vocabulum usu exemtum legeretur apponebat magister novum et omnibus notum.

Pag. 59. 5. Neoptolemus πρὸς ἐκεῖνον (Philippum) ᾤχετο. S. οἴχεται, optime; nuperrime enim post pacem compositam abierat eratque tum cum Philippo, ut de Agathone in *Ranis* dixit Aristophanes οἴχεται ἐς μακάρων εὐωχίαν, erat enim cum rege Archelao.

Acute vidit Dindorfius pag. 61. 14. [σῶς τε εἶναι καὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων] pannum esse a magistello assutum.

Pag. 69. 19. ὁ δὲ ταῦτα μὲν μέλλει καὶ μελλήσει γε, ὡς ἐγὼ κρίνω, τοῖς Μεσσηνίοις δὲ καὶ τοῖς Ἀργείοις ΈΠΙ τοὺς Λακεδαιμονίους συμβάλλειν οὐ μέλλει. Ultima verba intelligi non posse satis ostendunt doctorum interpretationes οὐδὲν ὑγιὲς ἔχουσαι. Antiqua scriptura haec erat: τοῖς Ἀργείοις τοὺς Λακεδαιμονίους συμβάλλειν οὐ μέλλει, sed quid esset συμβάλλειν non intellexe-

runt. Igitur alii omnes *συνεισβάλλειν* rescripserunt sine sensu et S perperam *ἐπί* additum habet. Sed *συμβάλλειν* est *committere* ad pugnam, ut saepe *ἀλεκτρυόνας συμβάλλειν* dicitur. Expuncta igitur *ἐπί* locus sanus est et luce clarior.

Pag. 72. 2. *οὐ φυλάξεσθ' ὅπως. ἔφην, μὴ πολέμου ζητοῦντες ἀπαλλαγῆν*AI *δεσπότην εὕρ*HTЄ. Corrigendum esse arbitror: *ὅπως μὴ πολέμου ζητοῦντες ἀπαλλαγὴν δεσπότην εὑρήσετε.* Concinnum est in tali re nomen nomini opponere, et quid tritius quam *ἀπαλλαγὴ πολέμου*, ut pag. 275. 26. *οὐκ ἦν τοῦ πρὸς ὑμᾶς πολέμου πέρας οὐδ' ἀπαλλαγὴ Φιλίππῳ*, id est nec bellum conficere poterat nec pacem componere. Praeterea *εὑρή*CЄ*τε* pro *εὕρητε* scribendum quoniam *ὅπως μή* constanter cum futuro componitur: dicebant *φοβοῦμαι μὴ λάβῃ* sed *φοβοῦμαι ὅπως μὴ λήψεται.* Aristophanes *Equitt.* 111.

ἀτὰρ τοῦ δαίμονος
δέδοιχ' ὅπως μὴ τεύξομαι κακοδαίμονος.

Levis error obscurat locum pag. 76. 21. *οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι, ἃς Φίλιππος αἰτιᾶται, τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων πρὸς ὑμᾶς λέγοντας κωλύσουσι συμβούλους ἡμᾶς γίγνεσθαι ὑπὲρ τῶν ὑμῖν συμφερόντων.* Quis non sentit sic *ἡμᾶς* molestissima sede esse collocatum? Sed salva res est: interpunctionem modo sic corrigas: *ἃς Φίλιππος αἰτιᾶται τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων πρὸς ὑμᾶς λέγοντας, κτέ.* Non cogitarunt *αἰτιᾶσθαι* duplicem hunc accusativum habere.

Eadem facilitate emendabis locum pag. 78. 1. *δι' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε ὑμεῖς, ἕξετε τὴν νῆσον.* imo vero *ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε, ὑ μ ε ῖ ς ἕξετε τὴν νῆσον.*

Pag. 77. 20. *τί κωλύει καὶ εἴ τινα τῆς Ἀττικῆς λῃσταὶ τόπον καταλάβοιεν — καί τινες τούτους [τοὺς λῃστάς] ἐκκόψειαν, εὐθὺς καὶ τὸν τόπον τοῦτον [οὗ ἦσαν οἱ λῃσταί] — τῶν τιμωρησαμένων τοὺς λῃστὰς γίγνεσθαι;* Agnoscisne stilum futilium magistrorum? Audivi virum perelegantis ingenii et Graece perdoctum Parisiensem professorem ita dicentem: *le jugement de l'oreille n'a pas d'autorité quand il s'agit d'une langue morte.* Lubenter ex eo quaesiverim nihilne eum in vulgata offendat possitque aequo

animo et aure illaesa audire λῃςαί, λῃςάς, λῃςαί, λῃςάς? Hoc quidem scio numquam eum ipsum in scribendo talia commissurum.

Pag. 84. 20. Φεραίων ἀφήρηται τὴν πόλιν καὶ φρουρὰν ἐν τῇ ἀκροπόλει κατέςησεν ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν. Quid est ἀφήρηται τὴν πόλιν? an ἀνάςατον πεποίηκεν? Minime, cur enim in arce praesidium imposuisset nisi ut cives intra urbem in officio contineret? Vetus compendium male expletum has turbas dedit.

Erat ἀφήρηται τὴν πο^λ, id est τὴν πολιτείαν, id est τὴν δημοκρατίαν et simplicissime κατέλυσε τὸν δῆμον.

Pag. 86. 7. τοῦτον τὸν ἄνδρα ἐκεῖνος οὕτω σφόδρα ὑμῖν ἐβούλετο χαρίσασθαι ὥςε ἀπέκτεινε καὶ οὐδ' ἀναίρεσιν ἔδωκεν. Haec ipse orator dixerat, deinde magistellus de suo addidit ἵνα ταφῇ. Lysias ἐν τῷ ἐπιταφίῳ §. 7. πέμψαντες κήρυκας ἐδέοντο αὐτῶν δοῦναι τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν. Lepidissime Antiphanes apud Athen. pag. 225 D. de piscibus putridis dixit:

σήπονθ' ἕωλοι κείμενοι δύ' ἡμέρας
ἢ τρεῖς· μόλις δ' ἐάν ποτ' ὠνητὴν τυφλὸν
λάβωσ' ἔδωκαν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν.

'Αναιρεῖσθαι τοὺς νεκροὺς legitur passim apud omnes, nemo veterum πρὸς ταφὴν aut ἵνα ταφῶσιν addidit umquam, nisi quod apud Henricum Stephanum Herodiani locus affertur: ὡς μηδὲ νεκρῶν ἀναίρεσιν πρὸς ταφὴν γενέσθαι δυνηθῆναι διὰ τὸ πλῆθος τῶν πτωμάτων. Sic sequiores loquebantur, unde exstitit interpolatio eo facilior ad deprehendendum quia vetus scriptor ἵνα ταφείη, non ταφῇ, dicturus fuisset.

Pag. 113. 13. (ὁ Φίλιππος) 'Ολυνθίοις τετταράκοντ' ἀπέχων τῆς πόλεως ςάδια εἶπεν ὅτι δεῖ δυοῖν θάτερον ἢ ἐκείνους ἐν 'Ολύνθῳ μὴ οἰκεῖν ἢ αὐτὸν ἐν Μακεδονίᾳ, πάντα τὸν ἄλλον χρόνον εἴ τις αὐτὸν αἰτιάσαιτό τι τοιοῦτον ἀγανακτῶν καὶ πρέσβεις πέμπων τοὺς ἀπολογησομένους. Quod cum bona Editorum pace dictum sit, Philippi verba plane sunt sensu vacua et inepta. Quae est enim in his oppositio ἢ ὑμᾶς δεῖ ἐν 'Ολύνθῳ μὴ οἰκεῖν ἢ ἐμὲ ἐν Μακεδονίᾳ! Nulla prorsus. Quid Philippus dixerit facile ex ipsa

re colligitur. Necopinato cum infesto exercitu adest et haec minacia verba iacit: „*aut vobis aut mihi pereundum*", de salute erit nobis, non de imperio dimicandum, et ut proverbio dicitur ἢ 'μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ. Aut moriar, inquit, aut oppidum vestrum delebo. Quid est igitur restituendum? Duas literulas addere satis est: δεῖ ἢ ἐκείνους ἐν Ὀλύνθῳ μὴ οἰκεῖν ἢ αὐτὸν ΜΗ ἐν Μακεδονίᾳ. Sunt haec sic satis credo plana et erunt etiam planiora si comparaveris pag. 134. 23. 70. 10. εἰ γὰρ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο οὐδ' ἂν ἐν Μακεδονίᾳ μένειν ἀσφαλῶς ἡγεῖται.

Pag. 116. 10. πολλῷ παραδοξότερον ἦν τοσοῦτον αὐτὸν (Philippum) ἐξ ἐκείνου γενέσθαι ἢ νῦν ὅθ' οὕτω πολλὰ προείληφε καὶ τὰ λοιπὰ ὑφ' αὑτῷ ποιήσΑσθαι. Quis praesertim admonitus non continuo animadvertit ποιήσΕσθαι verum esse? Nempe de *futuri* belli eventu haec dici palam est.

Pag. 118. 23. ὅσα — ἔπασχον οἱ Ἕλληνες ἀλλ' οὖν ὑπὸ γνησίων γ' ὄντων τῆς Ἑλλάδος ἠδικοῦντο, — ὥσπερ ἂν εἰ υἱὸς ἘΝ οὐσίᾳ πολλῇ γεγονὼς [γνήσιος] διῴκει τι μὴ καλῶς. Emenda ἘΠ' οὐσίᾳ πολλῇ noto usu pro *magnarum divitiarum heres aliquando futurus*, quo facto inutile γνήσιος ex praecedentibus male repetitum expunge. Isaeus pag. 80. 2. ἡ μήτηρ ἡ ἐμὴ ἘΝ παντὶ τῷ οἴκῳ ἐπίκληρος ἐγένετο, cui ἐπί reddidit Valckenarius ad Herod. VII. 224. Compara locum Isaei pag. 82. 1. πῶς οὐκ ἐπίκληρος ἦν ἐπὶ τούτοις τοῖς χρήμασιν ἡ ἐμὴ μήτηρ;

Est locus pag. 119. 14—19. in S omissus et manu recentiore in margine additus, qui me iudice totus reiiciendus et resecandus est ut ab Oratoris sententia prorsus abhorrens. τί τῆς ἐσχάτης ὕβρεως ἀπολείπει; exclamat. οὐ τίθησι μὲν τὰ Πύθια — κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει; Insignis quaedam haec est Graecorum iudicio contumelia et insolentia et arrogantia et impudentia: ὄλεθρος Μακεδὼν τίθησι τὰ Πύθια. Sed vide quid sequatur: κύριος δὲ Πυλῶν καὶ τῶν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας παρόδων ἐστὶ καὶ φρουραῖς καὶ ξένοις τοὺς τόπους τούτους κατέχει. Non est haec Philippi ὕβρις, ut opinor: sed ὑβριστικά sunt quae post locum interpolatum sequuntur: γράφει δὲ Θεττα‑

λοῖς ὃν χρὴ τρόπον πολιτεύεσθαι κτέ. Unde haec irrepsisse putemus? Subiit mihi nonnumquam animum cogitatio haec et his similia apud Demosthenem in S omissa ex Theopompi *Φιλιππικοῖς* in margine apposita deinde ut fit in textum se insinuasse. Inspice mihi locum pag. 126. 1. *τότε μὲν πέμψας τοὺς μετ' Εὐρυλόχου ξένους, πάλιν δὲ τοὺς μετὰ Παρμενίωνος.* Historici est haec minutiora commemorare, non oratoris. Recte igitur haec S omittit. Ex quo alio, quam ex Theopompo, eius rei notitia hauriri potuit?

Removenda est intolerabilis negatio stulte repetita pag. 119. 4. *ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ Φιλίππου καὶ ὧν ἐκεῖνος πράττει νῦν [οὐχ] οὕτως ἔχουσιν οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος — ἀλλ' οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν ὅθεν καλὸν εἰπεῖν.*

Pag. 122. 6. *ἐκεῖνοι Ζελείτην τινὰ Ἄρθμιον δοῦλον βασιλέως ὅτι τῷ δεσπότῃ διακονῶν χρυσίον ἤγαγεν εἰς Πελοπόννησον — ἐχθρὸν αὐτῶν ἀνέγραψαν.* Sic locus legendus est eiecto puerili additamento quod servant libri omnes, qui post *βασιλέως* addunt: [*ἡ γὰρ Ζέλειά ἐστι τῆς Ἀσίας*]. quasi vero id quisquam tum nesciret, namque perinde est ac si quis diceret *αἱ γὰρ Θῆβαί εἰσι τῆς Βοιωτίας* vel *ἡ Μαντίνεια τῆς Ἀρκαδίας*. Praeterea si quis quammaxime ubi locorum *ἡ Ζέλεια* sita esse nesciret, non esse Graeciae urbem sciebant omnes et in *δοῦλος βασιλέως* continuo intelligebant hominem in Perside esse natum.

Quamquam quis poterat *Ζέλειαν* ignorare qui ab ineunte pueritia Homerum audiverat:

οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης
ἀφνειοὶ πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο.

Pag. 125. 6. *λέξω δ' ἔργα ἃ πάντες εἴσεσθε.* Primum offendit *ἔργα* miro et inusitato usu positum, deinde futurum *εἴσεσθε*. Natura rei et dicendi usus *ἴστε* postulat. Fortasse dixit: *λέξω δ' ἃ πάντες ἐπίστασθε.*

Pag. 129. 16. *οὐδὲ τοῦτ' ἄχρηστον οὐδ' αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι αἱ περὶ Πελοπόννησον ἐκεῖναι [καὶ κατηγορίαι], ἃς ἐγὼ καὶ Πολύευκτος — περιήλθομεν.* Donec satis constabit *κατηγορίας περιιέναι*

absurde dici, non dubitabimus verba *καὶ κατηγορίαι* vitio nata una litura delere.

Pag. 130. 6. *ἀγαπητὸν γὰρ ἐὰν αὐτοὶ σώζωνται τούτων ἑκαϛΟΙ· ἀλλ' ὑμῖν τοῦτο πρακτέον.* Literula addita scribendum *τούτων ἑκάϛ*ΟΙC, id est *τούτων ἑκάϛους ἀγαπᾶν δεῖ ἐὰν αὐτοὶ σώζωνται*, *horum singulos si ipsi salvi sint praeclare secum actum esse existimare oportet*, ut pag. 175. 14. *ἀγαπητὸν ἦν παρ' ἐκείνου τῶν ἄλλων ἑκάϛ*ΩΙ *καὶ τιμῆς καὶ ἀρχῆς καὶ ἀγαθοῦ τινὸς μεταλαμβάνειν.*

Pag. 120. 14. *ἦν τι τότε — ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις ὃ — ἐλευθέραν ἦγε τὴν Ἑλλάδα.* Mendosum est *ἦγε*. Nemo intelligit quid sit *τὴν Ἑλλάδα ἐλευθέραν ἄγειν*: sed facile est sententiam oratoris reperire. Erat tum, inquit, in hominum mentibus aliquid, quod efficiebat ut Graecia in libertate viveret. Adde duas literulas et hoc ipsum habebis *ἐλευθέρα*Ν ΔΙ*ῆγε τὴν Ἑλλάδα.* Noto usu *διάγειν* aut neutrum est *aetatem agere* aut transitivum facere ut aliquis aetatem transigat. Nobilis locus est in oratione *de Corona* pag. 255. 10. *ὁ γὰρ τότε πόλεμος — ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις καὶ εὐωνοτέροις διῆγεν ὑμᾶς τῆς νῦν εἰρήνης.*

Pag. 122. 21. *οὐ γὰρ ἂν αὐτοῖς ἔμελεν εἴ τις ἐν Πελοποννήσῳ τινὰς ὠνεῖται καὶ διαφθείρει μὴ τοῦθ' ὑπολαμβάνουσιν. ἐκόλαζον δ' οὕτω καὶ ἐτιμωροῦντο οὓς αἴσθοιντο ὥϛε καὶ ϛηλίτας ποιεῖν.* sic solus omnium S, caeteri *οὓς αἴσθοιντο δωροδοκοῦντας.* Hoc uno testimonio nitebatur male sana opinio eorum, qui *δωροδοκεῖν* pro *διαφθείρειν ἐπὶ χρήμασι* contra sanam rationem et perpetuum veterum usum dici posse asseverabant. Bonum factum quod unus omnium optimus testis absurdam hanc opinionem confutavit. Hoc igitur exemplo moniti cavebimus ne credamus quod cum sana ratione pugnet fieri potuisse, quia unus aut alter Codex huiusmodi quid confirmare videtur.

Manifestum tenemus scioli additamentum pag 130. 15 ubi S dedit: *πρῶτον μὲν οὐ μήποθ' εὕρῃ τοὺς ποιήσοντας, ἔπειτα δέδοικα μὴ πάνθ' ἅμα ὅσα οὐ βουλόμεθα ποιεῖν ἡμῖν ἀνάγκη*

γένηται (leg. γενήσεται). Quibus addunt multi libri haec: εἰ γὰρ ἦσαν εὕρηντ' ἂν πάλαι ἕνεκά γε τοῦ μηδὲν ἡμᾶς αὐτοὺς ποιεῖν ἐθέλειν· ἀλλ' οὐκ εἰσίν. Quae si genuina forent saltem post ποιήσοντας collocari debuissent, sed multo satius est pannum hunc Demostheni praesertim in hac acri et animosa oratione abiudicare.

Accedimus ad Philippicam quartam, quam impostor aliquis Atheniensis lucri cupidus callide ex pulcherrima quaque Demosthenis oratione consarcinavit ut Ptolemaeum aliquem aut Pergami regem grandi pecunia emungeret. Quisquis est et ἀττικιςί probe scribebat et in genuinis Demosthenis orationibus diu et multum erat versatus, ut fraus tamdiu latere potuerit, quae nunc suspicione semel a Valckenario mota („*quarta Philippica, quae mihi quidem ex Demostheneis ab alia manu videtur conflata*" in orat. *de Philippo Macedone* pag. 251) omnium oculis patet.

Pag. 133. 22. κατέσκαπτε Πορθμὸν καὶ τυραννίδα ἀπαντικρὺ τῆς Ἀττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν [ἐν τῇ Εὐβοίᾳ]. Ecquis erit qui futile emblema vel apud hunc impostorem ferri posse putet?

Post pauca sequitur: οὐδὲν ἐφροντίσατε οὐδ' ἐπεςράφητε οὐδΕΝ τούτων. Sic S; caeteri ἐπ' οὐδενί a vetere correctore. Legendum οὐδΕ τούτων.

Pag. 134. 13. κακόνους μέν ἐςι καὶ ἐχθρὸς ὅλῃ τῇ πόλει καὶ τῷ τῆς πόλεως ἐδάφει, προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει ΘΕΟΙϹ, οἵπερ αὐτὸν ἐξολέσειαν. Qui de Graecorum religione scripturus est nolito quaerere quo pacto Philippus Macedo Atheniensium Deos odisse potuerit aut qui tandem sint οἱ ἐν τῇ πόλει θεοί. Nempe novum hoc Deorum genus ex impostoris nostri cerebro prosiluit. Legerat apud Demosthenem pag. 99. 20. προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει ΠΑϹΙΝ ἈΝΘΡΩΠΟΙϹ καὶ τοῖς μάλιςτ' οἰομένοις αὐτῷ χαρίζεσθαι, deinde plura addit de Philippi adversus proditores post proditionem odio et resumit institutae sententiae filum pag. 99. 26. οὐδενὶ μέντοι μᾶλλον κτέ. Impostor quum interposita haec omittere vellet tam audacter quam stulte

substituit de nihilo: *προσθήσω δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει (θεοῖς οἵπερ αὐτὸν ἐξολέσειαν), οὐδενὶ μέντοι μᾶλλον κτἑ.* Itaque ab his *οἱ θεολογοῦντες* abstineant manum.

Pag. 135. 2. *ἥξει πάντα τὰ νῦν βεβιασμένα* supra pag. 100. 2. *τὰ νῦν* CΥΜ*βεβιασμένα* vitiose. Nullus hic praepositioni locus.

Pag. 135. 4. *ἐςὲ γὰρ ὑμεῖς οὐκ αὐτοὶ πλεονεκτῆσαι καὶ κατασχεῖν ἀρχὴν εὖ πεφυκότες ἀλλ' ἕτερον λαβεῖν κωλῦσαι καὶ ἔχοντ' ἀφελέσθαι καὶ ὅλως ἐνοχλῆσαι τοῖς ἄρχειν βουλομένοις καὶ πάντας ἀνθρώπους εἰς ἐλευθερίαν ἐξελέσθαι δεινοί.* Eadem supra pag. 100. 4. sed *καὶ ἔχοντ' ἀφελέσθαι δεινοὶ — εἰς ἐλευθερίαν* '*Αφελέσθαι ἕτοιμοι*, quae meliora sunt, sed *ἐξελέσθαι* ob praecedens *ἀφελέσθαι* retinendum, quamquam proprie dicitur *εἰς ἐλευθερίαν ἀφελέσθαι* et *ἡ εἰς ἐλευθερίαν ἀφαίρεσις* si quis quem in libertatem vindicat.

Pag. 135. 11. *πρῶτον μὲν δὴ τοῦτο δεῖ ἐχθρὸν ὑπειληφέναι τῆς πολιτείας [καὶ τῆς δημοκρατίας] ἀδιάλλακτον ἐκεῖνον.* Totidem verbis supra pag. 100. 12. Quis tamen admonitus punctum temporis dubitabit stolidum emblema expellere? Quis nescit *ἀττικιςί* quae caeteris *ἡ δημοκρατία* dicitur *τὴν πολιτείαν* appellari solere? et feremus haec pueriliter copulata. Quid in re nota testes producam? Audi tamen Harpocrationem V. *Πολιτεία*: *ἰδίως εἰώθασι τῷ ὀνόματι χρῆσθαι οἱ ῥήτορες ἐπὶ τῆς δημοκρατίας*, et vel hunc unum Demosthenis locum inspice in quo versamur pag. 99. 26 (134. 15) *οὐδενὶ μέντοι μᾶλλον ἢ τῇ πολιτείᾳ πολεμεῖ — καὶ σκοπεῖ πῶς ταύτην καταλύσει.* et post pauca pag. 99. 29. *οἶδε γὰρ ἀκριβῶς ὅτι — οὐδὲν ἕςαι αὐτῷ βεβαίως ἔχειν ἕως ἂν ὑμεῖς δημοκρατῆσθε.* Itaque qui *τῆς δημοκρατίας* retinere volet in margine adscribito.

Pag. 136. 25. *Φίλιππον δ' αὐτὸν οὐδὲν ἂν ἄλλο οἶ*ΜΑΙ ΜΑ *τοὺς θεοὺς εὔξασθαι ποιεῖν τὴν πόλιν ἢ ταῦτα ἃ νῦν ποιεῖτε.* ΜΑ ex praecedente - ΜΑΙ vitio natum novo errori *τοὺς θεούς* pro *τοῖς θεοῖς* ortum dedit. Emenda: *οὐδὲν ἂν ἄλλο οἶμαι τοῖς θεοῖς εὔξασθαι ποιεῖν τὴν πόλιν.* Herod. I. 37. (cf. *Var. Lectt.* pag.

413) *νησιώτας δὲ τί δοκέεις ἀρᾶσθαι ἄλλο ἢ — λαβεῖν Λυδοὺς ἐν θαλάσσῃ;* Quid notius est quam *εὔχομαι τοῖς θεοῖς* cum infinitivo? Demosthenes pag. 94. 29. *εἴθ' ἃ Φίλιππος ἂν εὔξαιτο τοῖς θεοῖς ταῦθ' ἡμῶν τινὲς ἐνθάδε πράττουσιν.*

Pag. 139. 20. *συμβέβηκε δ' εὐτυχήματΑ ἀπὸ ταὐτομάτου οἷς ἂν χρησώμεθΑ ὀρθῶς ἴσως ἂν γένοιτο τὰ δέοντα.* S habet *εὐτύχημα ἀπ' αὐτομάτου.* Scribendum *εὐτυχήματ' ἀπὸ ταὐτομάτου* et *χρησώμεθ' ὀρθῶς.*

Pag. 141. 15. *τετρακόσια ἀντὶ τῶν ἑκατὸν ταλάντων προσέρχεται.* Scribebatur *ταλ̄ᾱν* et legendum *ἀντὶ τῶν ἑκατὸν τάλαντΑ.* Recte dicitur *ἀντὶ τῶν ἑκατὸν ταλάντων τετρακόσια προσέρχεται*, sed vulgata compositio vitiosa est.

Pag. 141. 20. *τί οὖν Μαθόντες τοῦτο ὀνειδίζομεν ἀλλήλοις;* Corrige *Παθόντες*, quo mendo nihil frequentius. In *τί παθὼν* est lenissima quaedam et urbana stultitiae exprobratio, quae *πάθημα* est non *μάθημα.*

Pag. 141. 22. *πλὴν εἰ τῇ παρὰ τῆς τύχης βοηθείᾳ γεγουνίᾳ τοῖς ἀπόροις Φθονοῦμεν· οὓς οὔτ' ἂν αἰτιασαίμην ἔγωγε οὔτ' ἀξιῶ.* Non intelligo. Perspicuum esset mihi vocabulo addito *οὔτ' ἄλλον ἀξιῶ.*

Pag. 142. 3. *ὥσπερ τοίνυν ἑνὸς ἡμῶν ἑκάστου* TIC *ἐστι γονεὺς οὕτω συμπάσης τῆς πόλεως κοινοὺς δεῖ γονέας τοὺς * σύμπαντας ἡγεῖσθαι καὶ προσήκει τούτους οὐχ ὅπως ὧν ἡ πόλις δίδωσιν ἀφελέσθαι τι ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἦν τούτων ἄλλοθεν σκοπεῖν ὅπως μηδενὸς ὄντες ἐνδεεῖς περιοφθήσονται.* Manifestum est ad sententiae integritatem aliquid desiderari: *quemadmodum*, inquit, *unusquisque nostrum suum sibi habet parentem, sic universae civitatis communes parentes esse ** universos existimare oportet.* Quos tandem? Quos appellat *τούτους* in sqq. *καὶ προσήκει τ ο ύ τ ο υ ς οὐχ ὅπως ἀφελέσθαι τι κτέ.*? In hac quidem re infelix coniector Reiskius fuit quum pro *τοὺς σύμπαντας* substitueret *τοὺς πένητας*, quod confutari nihil attinet, sed aliud melius quaerendum. Vocabulum fugitivum retrahi poterit ex comparatione quae praecedit:

οὐδὲ γὰρ ἐν ταῖς ἰδίαις οἰκίαις ὁρῶ τῶν ἐν ἡλικίᾳ πρὸς τοὺς ΠΡΕϹΒΥΤΕΡΟΥϹ *οὕτω διακείμενον οὐδ' οὕτως ἀγνώμονα οὐδ' ἄτοπον τῶν ὄντων οὐδένα ὥϛε εἰ μὴ ποιήσουσιν ἅπαντες ὅσον* (sic S) *αὐτὸς οὐ φάσκειν ποιήσειν οὐδὲν οὐδ' αὐτόν.* Hi ipsi sunt, quos communes civitatis parentes dixit existimari oportere: *κοινοὺς δεῖ γονέας τοὺς* ΠΡΕϹΒΥΤΕΡΟΥϹ *σύμπαντας ἡγεῖσθαι καὶ προσήκει τούτους οὐχ ὅπως ὧν ἡ πόλις δίδωσιν ἀφελέσθαι τι, ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ἦν τούτων ἄλλοθεν σκοπεῖν ὅπως μηδενὸς ὄντες ἐνδεεῖς περιοφθήσονται.* Sic clara luce splendent omnia: *οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδυνατοῦντες τῷ σώματι μισθὸν ἐκ τοῦ δημοσίου ἔφερον τὼ δύ' ὀβολώ.* Qui erat sexagenario maior ex aerario duos nummos accipiebat in diem, promiscue omnes divites pauperesque. Hinc dixit pag. 141. 15. *τετρακόσια τάλαντα προσέρχεται οὐδενὸς οὐδὲν ζημιουμένου τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων ἀλλὰ καὶ προσλαμβανόντων· οἱ γὰρ* ΕΥΠΟΡΟΙ *πάντες ἔρχονται μεθέξοντες τούτου καὶ καλῶς ποιοῦσιν.* Fuisse aetate grandiores qui *οὐδὲν ποιοῦντες* aerarium exhaurirent etiam apud verum Demosthenem apparet pag. 38. 10. *ἔϛι τις* ΕΞΩ ΤΗϹ ἩΛΙΚΙΑϹ *ὑμῶν; ὅσα οὗτος ἀτάκτως νῦν λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ ταῦτ' ἐν ἴσῃ τάξει λαμβανέτω.* Omnino videtur nomen *τὸ θεωρικόν*, *τὰ θεωρικά*, multis erroribus ansam dedisse: fieri potest ut antiquitus duobus obolis ex aerario acceptis sedem sibi in theatro emerint, sed postea eo nomine quaelibet *διανομαί* appellari coeptae, in quarum numero haec quoque fuit ut senioribus (*οὓς κοινοὺς δεῖ γονέας συμπάσης τῆς πόλεως ἡγεῖσθαι*) duo nummi in diem ex aerario attribuerentur; quam largitionem quum nonnulli acriter reprehenderent personatus Demosthenes hanc sibi causam defendendam suscepit.

Demosthenes ipse summa ope enisus est ut malesanis largitionibus finis aut modus imponeretur. ubi scribit pag. 31. 24. *λύειν τοὺς νόμους δεῖ τούτους τοὺς αὐτοὺς ἀξιοῦν οἵπερ καὶ τεθείκασιν* de Eubulo dicit, quem legis auctorem fuisse sciunt omnes.

In loco Demosthenis, quo de agimus, leve mendum superest in verbis *ἑνὸς ἡμῶν ἑκάϛου* ΤΙϹ *ἔϛι γονεύς*. Graecum est *ἔϛι τις γονεύς*, non tamen sic legendum, sed ΕΙϹ (*εἷς*) *ἔϛι γονεύς*. Frequens haec confusio est. Cf. *Nov. Lectt.* pag. 484.

Cap. III.

ΚΑΤΑ ΦΙΛΙΠΠΟΥ Δ.

Pag. 142. 18. *ἐμοὶ γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἄθλιος οὐδ' ὠμὸς εἶναι δοκεῖ τὴν γνώμην, οὔκουν Ἀθηναίων γε, [οἶμαι ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἄλλων] ὥστε λυπεῖσθαι ταῦτα λαμβάνοντας ὁρῶν τοὺς ἀπόρους.* Quam primum absurdum emblema expunge. Mirum non vidisse Editores haec adversis frontibus inter se pugnare. Orator de omnibus hominibus id dicere instituerat, sed ne nimia dicere videretur, ad solos Athenienses hanc benignitatis laudem revocavit. Supervenit postea lector aliquis, candida anima, quo iudice illa laus omnibus hominibus impertiri debebat.

In optimo S non est huius additamenti nec vola nec vestigium.

Mirari soleo quam parum Editores in testimonio Codicis S vel admittendo vel non admittendo sibi constent. Modo enim lectiones manifesto vitiosas, quae in solo S feruntur, cupide recipiunt, modo scripturas, quae omnes habent numeros veritatis, a Codice oblatas aspernantur. Utriusque erroris complura exempla infra proferemus.

Etiam peius est quum futilia emblemata, etiam ea quae aperte cum Demosthenis sententia pugnant, quamquam in optimo teste nusquam comparent, tamen pertinaciter ut hoc loco haerere videmus.

Simillimum huic additamentum latebat apud Iulianum *ἐν τῷ μισοπώγωνι* pag. 337. B. *ἐμοὶ δὲ ἀπαγορεύει ὁ νόμος ἐπ' ὀνόματος [ὥσπερ οἶμαι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν] αἰτιᾶσθαι.* Nonne perspicuum est duos hic homines loqui?

Pag. 142. 24. *ὅταν τὸ ἀπὸ τῶν κοινῶν ἔθος ἐπὶ τὰ ἴδια μεταβιβάζοντας ὁρῶσί τινας καὶ μέγαν μὲν ὄντα παρ' ὑμῖν εὐθέως τὸν λέγοντα, ἀθάνατον δ' ἕνεκ' ἀσφαλείας, ἑτέραν δὲ τὴν κρύβδην ψῆφον τοῦ φανερῶς θορύβου.* Perdiderunt oleum et operam omnes, qui hunc locum interpretari conati sunt. Atra nocte premuntur omnia propter unius vocabuli labem, quam si sustuleris lux erit. Emenda: *καὶ μέγαν μὲν ὄντα παρ' ὑμῖν εὐθέως τὸν*

'ANTIλέγοντα. *Sunt*, inquit, *qui non tantum publicas opes sed privatas quoque trahant ad sese. Qui* CONTRA DICIT *statim fert plausum et laudibus effertur in coelum, sed in iudicii exitu sententiis iudicum condemnatus esse reperitur.* Iudices PALAM plaudunt primum, sed tandem CLANCULUM eundem hominem tabellis condemnant. Propterea addit: ταῦτ' ἀπιςίαν, ταῦτ' ὀργὴν ἔχει. Novimus istos Atticos iudices,

qui saepe propter invidiam adimunt diviti,
aut propter misericordiam addunt pauperi.

Terent. *Phorm.* II. 1. 46.

Quod autem dixit ἀθάνατον δ' ἕνεκ' ἀσφαλείας imitatus est Libanius in declamatione nuper edita (*Hermes*. 1874. pag. 31. 20): ἀφ' ὧν οὗτος μὲν ἀθάνατος ἕνεκα τῆς παρ' ὑμῖν ἀσφαλείας. Appellatur ἀθάνατος ἕνεκ' ἀσφαλείας reus, qui causam tam bonam habet, ut damnari non posse videatur, in quo iudicum perfidia cernitur.

Pag. 143. 14. ἐξέςητε — τῆς ὑποθέσεως ἐφ' ἧς ὑμᾶς οἱ πρόγονοι κατέλιπον καὶ τὸ μὲν προΐςασθαι τῶν Ἑλλήνων — περίεργον ἐπείσθητε εἶναι, — τὸ δ' ἐν ἡσυχίᾳ διάγειν - θαυμαςὴν εὐδαιμονίαν καὶ πολλὴν ἀσφάλειαν ἔχειν ΟΙεσθε. Vera lectio ῎ΩΙεσθε in S servata est, sed inconsulto spreta. Non hoc enim dicit, quae *nunc* sint Atheniensium opiniones, sed eos paullatim ab optimis artibus maiorum descivisse. Non dicit ἐξέςατε καὶ οἴεσθε, sed ἐξέςητε καὶ ᾤεσθε. In re simillima ᾤεσθε recte legitur pag. 117. 1. et 117. 11.

Mendose editur pag. 144. 22. ἃ σφαλερῶς ὑμῖν καὶ οὐδαμῶς ἅπαντα καλῶς ἔχει. In S legitur καὶ οὐδαμῶς ἅπαντ' ἔχει. Quid lateat in ΟΥΔΑΜΩC frustra adhuc quaero. Perspicuum hoc quidem est correctorem aliquem, qui in eadem difficultate haereret, de suo καλῶς inseruisse, quo nihil proficimus.

Pag. 146. 20. τί ποτ' οὖν — τὸν μὲν οὕτω φανερῶς ἀδικοῦντα - οὐδεὶς πώποτε ΤΟΥΤΟΝ εἶπεν ὡς ἀδικεῖ καὶ πολεμοποιεῖ, τοὺς δὲ μὴ ἐπιτρέπειν — συμβουλεύοντας τούτους πολεμοποιεῖν φασίν; ὅτι τὴν αἰτίαν τῶν ἐκ τοῦ πολέμου συμβησομένων δυσχερῶν — τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν τὰ βέλτιςα λέγειν ΟΙΟμένοις [ἅπαντες om. S.]

ἀναθεῖναι βούλονται. Surripuit haec Impostor ex pag. 103. 18. τί ποτ' οὖν ἐςὶ τὸ αἴτιον - τὸ τὸν μὲν οὕτω φανερῶς [ςρατεύοντα] ἀδικοῦντα — μηδένα ΤΟΥΤΩΝ πώποτ' εἰπεῖν ὡς πόλεμον ποιεῖ, τοὺς δὲ μὴ ἐπιτρέπειν — συμβουλεύοντας τούτους τὸν πόλεμον ποιήσειν αἰτιᾶσθαι; ἐγὼ διδάξω. ὅτι τὴν ὀργὴν ἣν εἰκός ἐςι γενέσθαι παρ' ὑμῶν, ἄν τι λυπῆσθε τῷ πολέμῳ, εἰς τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν λέγοντας τὰ βέλτιςα τρέψαι βούλονται. Ex his igitur illa emendanda scribendumque: οὐδεὶς πώποτε ΤΟΥΤΩΝ pro τοῦτον, ubi οὗτοι de more (vide ad pag. 35. 27.) Demosthenis adversarii sunt et inimici. Ubi semel τούτων repertum est ἅπαντες in sqq. locum tueri non potest et apparet rectissime in S omitti. Non poterat sciolus, quum non videret de quibus tandem τὴν αἰτίαν ἀναθεῖναι βούλονται diceretur, magis importunum vocabulum inserere quam ἅπαντες, quum continuo sequatur: ἡγοῦνται γὰρ ἂν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν [ἐκ μιᾶς γνώμης] Φίλιππον ἀμύνησθε, κἀκείνου κρατήσειν ὑμᾶς καὶ αὐτοῖς οὐκέτ' ἔσεσθαι μισθαρνεῖν, quae de patriae proditoribus dici apertum est.

Restat mendum in verbis τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν τὰ βέλτιςα λέγειν ΟΙΟμένοις. Quis enim hic verbo *opinandi* οἴεσθαι locus est? In loco genuino est: εἰς τοὺς ὑπὲρ ὑμῶν λέγοντας τὰ βέλτιςα τρέψαι βούλονται. Impostor sententiam eandem aliis verbis vestivit. Quid latet igitur in λέγΕΙΝ ΟΙΟμένοις? Credo λέγΕΙΝ ΕΙΘΙCΜΕΝΟΙC, ut alibi οἱ λέγειν εἰωθότες saepius legitur.

Saepe videbis in orationibus spuriis et in locis ab impostore ex Demosthene descriptis ipsam Oratoris manum fideliter esse servatam, quum in oratione genuina labem aliquam et vitium concepisset. Legitur in oratione περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ pag. 105. 9. καρπωσάμενοί τινα ἕκαςοι τούτων πλεονεξίαν οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασιν ἃ δὴ πάντες ἴσασιν, οἱ δ' ὅ τι ἄν ποτε συμβῇ πείσονται. Arripuit haec impostor qui *Philippicam quartam* conflavit, cuius consuetudo est praeclaros ipsius Demosthenis locos αὐτολεξεὶ in rem suam convertere, quum caeteri fures Demosthenis sententiam aliis atque aliis verbis vestire soleant quo minus sua furta pateant. Legitur autem in *Philippica quarta* pag. 148. 22. καρπωσάμενοί τινα ἕκαςοι τούτων πλεονεξίαν οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασιν ἃ δὴ πάντες ἴσασιν, οἱ δ' ὅ τι ἄν ποτε συμβῇ πείσονται. At nihil, dixerit aliquis, haec ab illis differunt: sunt eadem omnia

ne verbo quidem mutato vel transposito. In Editionibus quidem, o bone, et in Codicibus Mss. omnibus praeter unum omnium principem. Nempe in solo S scriptum est: *οἱ μὲν ἤδη πεπόνθασιν ἃ δὴ* ΠΕΠΟΝΘΑCΙΝ. Haec vera et antiqua scriptura est, quam olim utrobique repositam oportuit. Nempe sic loquuntur qui prae pudore aut dolore rem turpem aut acerbam diserte commemorare non sustinent, sed eam audientibus ac probe scientibus intelligendam relinquere malunt, ut Helena in Euripidis *Oreste* vs. 79.

ἔπλευσ᾽ ὅπως ἔπλευσα.

id est *ὅπως δ᾽ ἔπλευσα αἰδοῦμαι μὲν λέγειν, ὑμεῖς δ᾽ εὖ ἴστε.* Similia his larga manu effudit Bloomfield ad Aeschyli *Agamemnonem* vs. 66. *βλαστοῦσ᾽ ὅπως ἔβλαστεν, ἱκόμην ἵν᾽ ἱκόμην, ἔγημεν ὡς ἔγημεν, γέγηθ᾽ ὅπως γέγηθα, ὄλωλεν ὡς ὄλωλεν, ἔκυρσεν ὡς ἔκυρσεν*, et alia plura. In oratione populari in simili reticentia vocula ΔΗ apponitur, ut in Aristophanis *Lysistrata* 146.

εἰ δ᾽ ὡς μάλιστ᾽ ἀπεχοίμεθ᾽ οὗ σὺ δὴ λέγεις.

quia *τοῦ πέους* dicere erubescit. Sic igitur *ἃ δή, ὅντινα δή* repetito verbo eodem consuetum est dicere. Hoogeveen ad Viger. p. 27. ex Aristide et Heliodoro affert: *προείλετο ὅντινα δὴ καὶ προείλετο*, et *ἔδρασεν ὅ, τι δὴ καὶ ἔδρασεν*, sed sunt haec ab antiquis sumta. Demosthenes ipse pag. 208. 2 *ἑκάτεροι μισοῦσιν οὓς* ΔΗ *μισοῦσιν*, et sic h. l. *πεπόνθασιν ἃ* ΔΗ *πεπόνθασιν*. Nihil impedit quo minus in tali re recte dicatur *πεπόνθασιν ἃ πάντες ἴσασιν*, ut apud Isocratem *Phil.* pag. 94. B. *ὥσθ᾽ ἡμᾶς μὲν παθεῖν ἃ πάντες ἴσασιν*, sed tenui certoque indicio ΔΗ additum veram lectionem ostendit. Magna igitur habenda est Codici S gratia, qui solus veram lectionem ab interitu servavit.

Pag. 149. 1. *τί ποτ᾽ οὖν ἐκείνως τοῖς ἄλλοις καὶ ὑμῖν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον προσφέρεται*; Mirifica oppositio: *ἐκείνως — οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον*, sed veram lectionem ab Editoribus repudiatam servavit solus S: *καὶ ὑμῖν τοῦτον τὸν τρόπον προσφέρεται*; Usitatum est omnibus dicere: *ἐκείνως μὲν τοῖς ἄλλοις, ὑμῖν δὲ οὕτω προσφέρεται*, et prorsus idem est *οὕτως* et *τοῦτον τὸν τρόπον*.

Mendosa scriptura est in loco quem falsarius describit pag. 105. 17. *τί ποτ᾽ οὖν ἐκείνως τοῖς ἄλλοις καὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν προσφέρεται;*

Pag. 150. 5. *εἴ τις ἔροιτο· εἰπέ μοι — Ἀριςόδημε, — τί ἂν εἴπ*OI TIC; Quia ipse Aristodemus ad haec respondere debet, revoca librorum omnium lectionem *τί ἂν εἴπ*OIC; Error in uno Codice S commissus propter Codicis auctoritatem praevaluit.

τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃς τὸ σὸν
νικᾷ.

Praeterea literula duplicata scribendum: *εἴ τίς* C' *ἔροιτο* in caeteris est *εἴ τις ἔροιτό σε* praeter Atticae compositionis consuetudinem.

Pag. 150. 26. *ἀλλὰ νὴ Δία παππῷα σοι καὶ πατρῷα δόξα ὑπάρχει, ἣν αἰσχρόν ἐςιν ἐν σοὶ καταλῦσαι, τῇ πόλει δ' ὑπῆρξεν ἀνώνυμα καὶ φαῦλα τὰ τῶν προγόνων. ἀλλ' οὐδὲ τοῦθ' οὕτως ἔχει. σοὶ μὲν γὰρ ἦν κλέπτης ὁ πατὴρ εἴπερ ἦν ὅμοιος σοί, τῇ πόλει δ' ἡμῶν ὡς πάντες ἴσασιν οἱ Ἕλληνες δὶς ἐκ τῶν μεγίςων κινδύνων* [*ὑπὸ τῶν προγόνων* omittit S] *σεσωσμένοι.* Ultima pars huius loci labem concepit et intelligi non potest. Coniecerunt viri docti OYC (pro *ὡς*) *πάντες ἴσασιν*, recte, ut opinor. Itaque *ὑπὸ τῶν προγόνων* una litura delendum est. Poterat addi (*ὑπ' αὐτῶν*) *σεσωσμένοι*, sed languide ac frigide. Contra *οὓς* (id est *τοὺς προγόνους ὑμῶν*) *πάντες ἴσασιν* (*ὑπὸ τῶν προγόνων*) *σεσωσμένοι* absurdum est.

Pag. 151. 7. *τὴν πόλιν ἣ προειςήκει τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.* Omittit S *ἑλλήνων*, at tu rescribe: *ἣ προειςήκει τῶν Ἑλλήνων.* Passim *ἄλλων* et *ἑλλήνων* inter se permutantur.

Pag. 151. 23. *βλάβης καὶ ἀπάτης λόγος μεςὸς ἀργύριον μὲν τῷ λέγοντι* ΠΟΙΗCΩΝ *τὰ δὲ πράγματα τῆς πόλεως τοῖς ἐχθροῖς ἐγχειριῶν. Ποιεῖν* sive *ἐργάζεσθαι χρήματα* vel *ἀργύριον* ab h. l. alienissimum est. Nondum poenitet correxisse *τῷ λέγον*ΤΙ ΟΙCΩΝ. *Φέρειν ἀργύριον* dicitur, ut *κέρδος*, *ὄνησιν*, *ὠφέλειαν φέρειν*, *τιμήν*, *κόσμον φέρειν* et similia.

ΠΡΟC ΤΗΝ ἘΠΙCΤΟΛΗΝ ΤΗΝ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Oratiuncula *πρὸς τὴν ἐπιςολὴν τὴν Φιλίππου* levis opella nihili sophistae quo pacto unquam pro Demosthenea potuerit haberi, ut nemo veterum Criticorum ne tenuissimam quidem fraudis

suspicionem conceperit magno opere mirandum est: adeo omnia sunt et in sententiis et in dicendi usu Demosthene indignissima. Qui serio inducere in animum potest Demosthenem, ubi ad fatalem et extremam belli necessitatem esset perventum, ad cives ita dixisse: ὅτι δὲ χρὴ μήτ' ὀρρωδεῖν ὑμᾶς τὴν ἐκείνου δύναμιν μήτε ἀγεννῶς ἀντιταχθῆναι πρὸς αὐτὸν ἀλλὰ καὶ σώμασι καὶ χρήμασι καὶ ναυσὶ καὶ πᾶσιν ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν ἀφειδῶς ὁρμῆσαι πρὸς τὸν πόλεμον ἐγὼ (male additum) πειράσομαι διδάσκειν. neque sentit adolescentuli potius haec esse apud Rhetorem declamitantis, is in alia qualibet re melius quam in arte Critica studium et operam suam collocaturus est. Quidquid homo non ex ipso Demosthene surripuit, omnia fere sunt frigida et puerilia, ut in his: πρῶτον μὲν γὰρ εἰκὸς τοὺς θεοὺς μεγίστους ὑμῖν ὑπάρχειν συμμάχους καὶ βοηθούς, ὧν ἐκεῖνος τὰς πίστεις ὑπεριδὼν καὶ τοὺς ὅρκους ὑπερβὰς λέλυκεν ἀδίκως τὴν εἰρήνην. Potuitne languidius quidquam dicere quam ἀδίκως? Post pauca: *Rex Persarum* (inquit) μεθ' ἡμῶν γενόμενος ῥᾳδίως καταπολεμήσει τὴν Φιλίππου δύναμιν, ubi bellissimum est ῥᾳδίως. Unum tantum addam: *oportet* (inquit) στρατεύεσθαι προθύμως ἅπαντας, χρῆσθαι δὲ στρατηγοῖς ἀμείνοσιν ἢ πρότερον. praeclarum vero consilium quasi esset tum Athenis tam facile bonos imperatores quam oratores invenire! Dictio qua homo utitur nihilo est melior veluti αἰτίας οὐκ οὔσας πλασάμενος quasi dicas *ficta crimina commentus*, quasi vero quis VERA crimina comminisci possit, et σκορακίζονται καὶ προπηλακίζονται παρὰ τὸ προσῆκον, ubi plebeium est σκορακίζονται et ineptum παρὰ τὸ προσῆκον, quasi possit aliquis κατὰ τὸ προσῆκον προπηλακίζεσθαι. et pag. 156. 14. κατὰ πολλοὺς τρόπους ἕλοιτ' ἄν τις οὐχ ἧττον τὴν ἡμετέραν εὐτυχίαν ἢ τὴν ἐκείνου, ubi perperam οὐχ ἧττον dixit pro μᾶλλον, credo quia οὐχ ἥκιστα dici sciebat pro μάλιστα. Praeterea quid est *multis modis* in tali re?

Praeterea στασιάζειν pag. 157. 10. pro στάσιν ἐμποιεῖν, et ξενοτροφεῖν pro ξένους, ξενικὸν, τρέφειν et pro *bellum indixit* pag. 157. 20. προηγόρευκε τὸν πόλεμον.

Alia insunt a scribis vitiata aut interpolata, quae nunc ordine proferemus.

Pag. 153. 21. οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι καθεστῶτες ἔναγχος

μὲν ξένους [*μισθοφόρους*] *εἰσπέμψαντες ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον* — *νυνὶ δὲ* — *βασιλέα* [*τὸν Περσῶν*] *χρήματα χορηγεῖν ἡμῖν προτρέψονται.* Melius omisisset *καθεστῶτες*, quo utitur pro *ὄντες* praeter usum veterum, sed *μισθοφόρους* non ipse addidit sed magister aliquis qui non recordabatur milites conducticios blando nomine *ξένους* appellari, unde *ξενικόν*, *ξεναγεῖν*, *ξενολογεῖν* et sim. dicebantur. Quos appellat homo pag. 155. 2. *τοὺς τῶν ξένων ἡγεμόνας* hos *ξεναγούς* veteres dicere solebant. Praeterea Dindorfio praeeunte dele *τὸν Περσῶν*. Persaepe *βασιλεύς* in scriptis veterum huiusmodi glossema trahit, sed nusquam ineptius quam h. l. quia praecedit *οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι.*

Alias res agebat Reiskius quum ad verba *ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον* annotaret „*a nobis, Atheniensibus, puta.*" Haec est enim illa nobilis obsidio Perinthi, quam Philippus summa ope et omnibus viribus expugnare conatus quum incredibili oppidanorum virtute et constantia tum Byzantinorum et Persarum auxilio re infecta abire coactus est. Copiose ex Theopompo describitur a Diodoro Siculo XVI. 74—77, ubi vide quae scripta sunt cap. 75. *ὁ βασιλεὺς ὑφορώμενος τὴν τοῦ Φιλίππου δύναμιν ἔγραψε πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ σατράπας βοηθεῖν Περινθίοις παντὶ σθένει. διόπερ οἱ σατράπαι συμφρονήσαντες ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Πέρινθον μισθοφόρων πλῆθος.* Ex his et similibus locis facile colligas falsarios, qui has spurias orationes et epistolas composuerunt, multa ex Theopompi historiis sumsisse, de qua re alio loco de industria exponam.

Caeterum vide quam negligenter homo dicat: *οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον - καὶ βασιλέα χρήματα χορηγεῖν ἡμῖν προτρέψονται.* Primum inepte dicitur *οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι*, deinde ita rem narrat quasi Satrapae suo consilio, non imperio Regis. Perintho tulissent opem. Rectissime contra Theopompus: *βασιλεὺς ἔγραψε πρὸς τοὺς ἐπὶ θαλάττῃ σατράπας* (hoc verum nomen est) *βοηθεῖν Περινθίοις παντὶ σθένει.* ita enim factum esse ipsa rei natura satis demonstrat.

Redeo ad pseudo-Demosthenem pag. 153. 27. de rege Persarum dicentem: *ὃς τοσοῦτον μὲν κέκτηται πλοῦτον ὅσον οὐδ' οἱ λοιποὶ πάντες*, imo vero suadente sententia *οἱ λοιποὶ* ΣΥΜ*παντες*, nisi forte lenius *Ἅπαντες* est corrigendum.

Pag. 156. 15. fortunam Atheniensium cum Philippi fortuna comparans *παρὰ τῶν προγόνων*, inquit, *ἐκ πλείονος χρόνου παρειλήφαμεν τὴν εὐδαιμονίαν οὐ τούτου μόνον ἀλλὰ συνελόντι φράσαι πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλέων*, non intellexit homo absurda se loqui. Apertum est enim genitivos *τούτου* et *τῶν βασιλέων* pendere a verbis *ἐκ πλείονος χρόνου*, unde haec exit sententia: *habemus Athenienses fortunam a maioribus traditam antiquiorem non modo Philippi fortuna sed etiam omnium quotquot in Macedonia reges fuerunt.* Absurdum hoc quidem est: fortuna Atheniensium a maioribus tradita antiquior est quam fortuna Philippi. Nemo id hercle mirabitur, sed hoc mirabile est tam incogitanter aliquem, qui se Demosthenem esse simulet, scribere potuisse. Deinde non minus inepte Philippi fortuna distinguitur ab ea qua caeteri Macedonum reges olim usi fuerunt, quum Atheniensium *εὐτυχία* sive *εὐδαιμονία* (*τύχην* dicebant ipsi Athenienses) ab ultima maiorum memoria repetatur. Sophistici acuminis haec vitia sunt, et haec Demosthenem dixisse opinabantur!

Pag. 156. 20. *πλείους ἀφορμὰς αὐτοῦ πρὸς τὴν τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχομεν.* Constanter Demosthenes *τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν* appellare solet, et falsarius haec furatus est ex pag. 24. 19. *πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ἡμῖν ἐνούσας* (*οὔσας*) *ἢ 'κείνῳ.* Sed optimus S omittit *παρά.* Scio sed hoc quoque scio sexcenties in S nonnulla verba desiderari, sine quibus loci sententia aut dicendi usus nullo modo consistit. Itaque testi uni omnium optimo sed saepe fallenti nisi adstipulante sana ratione non credere praestat.

Postquam Sophista multis argumentis certam de Philippo victoriam esse docuit, candide quaerit pag. 156. 22. *τί ποτ' οὖν ἐκεῖνος ἐν τῷ προτέρῳ πολέμῳ πλείω κατώρθωσεν ἡμῶν*; *qui fit igitur*, inquit, *ut nobis nihil horum in superiore bello profuerit?* deinde magna usus dicendi libertate (*παρρησιάσομαι γὰρ πρὸς ὑμᾶς.* et *εἰρήσεται γὰρ τἀληθῆ*) respondet: *quia Philippus est pugnax, acer, impiger in rebus gerendis*, *ἡμεῖς δὲ οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα* et *οὔτε ξενοτροφεῖν ἐθέλομεν οὔτ' αὐτοὶ στρατεύεσθαι τολμῶμεν.* His igitur moribus putat Philippum debellari posse! Sed ad meliora hortatur cives, nulli rei nec publicae nec pri-

vatae parcere iubet, fortiter pugnare et — χρῆσθαι ϛρατηγοῖς ἀμείνοσιν ἢ προτέροις. Haeccine dixisse Demosthenem bello indicto, in quo de salute esset dimicandum, quotus quisque credat? Quod de belli ducibus addit movet risum. Habebant unum solum, praeclarissimum omnium Φωκίωνα τὸν χρηϛόν, sed non erat blandus et adulari nesciebat. Utebantur tamen eius forti et fideli opera, et hoc ipso tempore, quo haec dici in concione finguntur, cum magna classe Perinthum et Byzantium ex Philippi manibus eripuit sibique et patriae insignem gloriam ac laudem peperit.

Pag. 156. 27. ἡμεῖς δὲ οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα μέλλοντες ἀεὶ καὶ ψηφιζόμενοι καὶ πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν εἴ τι λέγεται νεώτερον. καίτοι τί γένοιτ' ἂν νεώτερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ καταφρονῶν Ἀθηναίων καὶ τολμῶν ἐπιϛολὰς πέμπειν τοιαύτας οἵας ἠκούσατε μικρῷ πρότερον. Est operae pretium videre unde haec impostor consarcinaverit. Demosthenes enim dixerat pag. 24. 21. ἀλλ', οἶμαι, καθήμεθα οὐδὲν ποιοῦντες. — οὐ δὴ θαυμαϛόν ἐϛιν εἰ ϛρατευόμενος καὶ πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς — ἡμῶν μελλόντων καὶ ψηφιζομένων καὶ πυνθανομένων περιγίγνεται. et pag. 43. 7. ἢ βούλεσθε, εἰπέ μοι, περιϊόντες αὐτῶν πυνθάνεσθαι [κατὰ τὴν ἀγορὰν om. S man. pr.), λέγεταί τι καινόν; γένοιτο γὰρ ἄν τι καινότερον ἢ Μακεδὼν ἀνὴρ Ἀθηναίους καταπολεμῶν καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων διοικῶν: Ex his unum apud falsarium mendum eximi debere arbitror et pro νεώτερον bis καινότερον rescribi. Nam quis nescit quid inter καινότερον et νεώτερον, καινοτομεῖν et νεωτερίζειν intersit?

Sed hoc leve vitium est prae turpissimo mendo, quo laborant vicina haec: καὶ τῷ μὲν ὑπάρχουσι — τῶν παρ' ἡμῖν ῥητόρων τινὲς οἱ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς οἴκαδε λ α μ β ά ν ε ι ν ν ο μ ί ζ ο ν τ ε ς οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες οὐδ' αἰσθάνονται πάντα καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πωλοῦντες. Quis non haerebit in λαμβάνειν νομίζοντες? Non enim proditores se dona accipere opinabantur, sed satis sciebant. Itaque exortus est olim corrector, qui audacter nodum dissecans pro λαμβάνειν νομίζοντες substituit λαμβάνοντες, et sic nunc in multis legitur. Nihil sic proficimus, sed elicienda erat vera scriptura ex loco

Demosthenis quem falsarius compilavit. Legitur pag. 80. 26. *οἳ οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες καὶ οὐ τῇ αὐτῶν πατρίδι καὶ τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς λαμβάνοντες* ΟΙΟΝΤΑΙ *οἴκαδε λαμβάνειν τὰ οἴκοι πωλοῦντες*. id est aliis verbis: *τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς οἴκαδε λαμβάνειν νομίζοντες οὐκ αἰσθάνονται καὶ τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν πωλοῦντες*, quae clara et perspicua sunt. *Οἴκαδε λαμβάνειν* et *τὰ οἴκοι πωλεῖν* contraria sunt: itaque *οἴκαδε λαμβάνειν* est *τὸν ἴδιον οἶκον αὔξειν*. Sic igitur falsarius noster dederat sententiam Demosthenis de more aliis verbis vestiens ad furta tegenda: sed factum est quod assolet: ex simili loco adhaesit *οὐκ αἰσχύνονται Φιλίππῳ ζῶντες*, quo facto ΟΥΔ' *αἰσθάνονται* pro *οὐ*Κ *αἰσθάνονται* necesse erat scribere, et sic nata est vulgata lectio, quam admirari poterit qui volet, sed intelligere nemo poterit umquam.

Pag. 157. 18. – *λογισαμένους ὡς οὐδ' ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τὸ φάσκειν ἄγειν εἰρήνην*. Hoc quidem semper in uniuscuiusque potestate situm est, *τὸ* ΦΑCΚΕΙΝ *εἰρήνην ἄγειν*. Quid multa? Elimina molestum vocabulum et rescribe: *οὐδ' ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τὸ εἰρήνην ἄγειν· ἤδη γὰρ ἐκεῖνος προηγόρευκε τὸν πόλεμον*.

Ubi dixerat pag. 157. 24. oportere *χρῆσθαι στρατηγοῖς ἀμείνοσιν ἢ πρότερον*. ita pergit: *μὴ γὰρ ὑπολάβῃ τις ὑμῶν δι' ὧν* [*ἐκ χρηστῶν* recte om. S] *ἐγένετο τὰ πράγματα χείρω τὰ τῆς πόλεως διὰ τούτων αὐτὰ πάλιν ἀναλήψεσθαι καὶ γενήσεσθαι βελτίω*. Sumta haec sunt ex pag. 25. 19. *εἶθ' οὕτως ἀγνωμόνως ἔχετε — ὥστε δι' ὧν ἐκ χρηστῶν φαῦλα τὰ πράγματα τῆς πόλεως γέγονε διὰ τούτων ἐλπίζετε* [*τῶν αὐτῶν πράξεων* del.] *ἐκ φαύλων αὐτὰ χρηστὰ γενήσεσθαι*: Falsarius ea ad suam rem ita accommodavit ut *δι' ὧν* masculino genere *περὶ τῶν στρατηγῶν* diceret quum apud Demosthenem neutro genere de Atheniensium inertia et socordia dicta essent.

Pag. 158. 9. *'Αθηναίους δὲ οἷς πάτριόν ἐστι μηδενὸς ἀκούειν*. In omnibus libris est 'ΥΠ*ακούειν*, quod soloecum est, nam *ὑπακούειν* apud veteres regit dativum. Solus S verum servavit. Notabilis haec est lectionis varietas, quia tam saepe *ὑπακούειν* ΤΙΝΟC vitiose legitur. Cf. quae scripsimus ad Xenophontis *Cyropaediam* Mnemos. 1875. pag. 406.

Pag. 158. 13. *φημὶ χρῆναι παρεσκευάσθαι μὲν πρὸς τὸν πόλεμον, παρακαλεῖν δὲ τοὺς Ἕλληνας μὴ λόγοις ἀλλὰ τοῖς ἔργοις* [*πρὸς τὴν παρ' ἡμῶν.* sic S. caeteri *ὑπὲρ ἡμῶν συμμαχίαν.*] Neque *παρά* neque *ὑπέρ* sanum est. Expuncto emblemate cogitatione supplendum *πρὸς τὸν πόλεμον* aut *ἐπὶ τὸν πόλεμον* (*παρακαλεῖν τοὺς Ἕλληνας*). Saepe in eadem re *παρακαλεῖν* absolute ponitur, veluti pag. 129. 7. *αὐτοὶ παρασκευασάμενοι – τοὺς ἄλλους ἤδη παρακαλῶμεν*, et pag. 129. 22. *οὐ μέντοι λέγω μηδὲν αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ἀναγκαῖον ἐθέλοντας ποιεῖν τοὺς ἄλλους παρακαλεῖν.*

Multum inter se differunt duo impostores, quorum alter *Philippicam quartam* Demostheni supposuit, alter orationem *πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου.* Qui *Philippicam quartam* composuit ex permultis Demosthenis orationibus genuinis locos quosdam insigniores consarcinavit iisdem paene verbis, quibus a Demosthene erant concepti. Contra falsarius qui alteram orationem conflavit tantum non omnia ex una et eadem oratione furatus est ex *Olynthiaca secunda.* Nihil ex *prima*, nihil ex *tertia*, nihil ex caeteris nisi quod *unum* locum pag. 157. 1. sumsit ex *Philippica prima* pag. 43. 8, et *unum* pag. 157. 7. ex oratione *περὶ Ἁλοννήσου* pag. 80. 27. Praeterea, ut sua furta dissimularet, Demosthenis sententias aliis verbis vestivit quasi histrio aliis atque aliis ornamentis indutus idem in scenam prodiens. Nihil ei prodest nam tenetur ubique furti manifestus. Comparato mihi aliquis hos locos: Demosthenes pag. 20. 19. *εἴ τις ὑμῶν οἴεται βίᾳ καθέξειν αὐτὸν τὰ πράγματα τῷ τὰ χωρία καὶ λιμένας καὶ τὰ τοιαῦτα προειληφέναι, οὐκ ὀρθῶς οἴεται. ὅταν μὲν γὰρ ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συστῇ καὶ πᾶσι ταὐτὰ συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τοῦ πολέμου καὶ συμπονεῖν καὶ φέρειν τὰς συμφορὰς καὶ μένειν ἐθέλουσιν ἄνθρωποι· ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντ' ἀνεχαίτισε* [*καὶ διέλυσε*]. Falsarius pag. 154. 5. *οὐκ ἐρῶ μὲν ὡς οὐ — πολλὰ προείληφεν ἡμῶν χωρία καὶ λιμένας καὶ τοιαῦθ' ἕτερα χρήσιμα πρὸς πόλεμον· ὁρῶ δὲ ὡς ὅταν μὲν ὑπ' εὐνοίας τὰ πράγματα συνέχηται καὶ πᾶσι ταὐτὰ συμφέρῃ τοῖς μετέχουσι τῶν πολέμων μένει τὰ συσταθέντα βεβαίως, ὅταν δὲ ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ πλεονεξίας ἀπάτῃ καὶ βίᾳ κατέχηται, καθάπερ*

ὑπὸ τούτου νῦν, μικρὰ πρόφασις καὶ τὸ τυχὸν πταῖσμα ταχέως ἅπαντα διέσεισε καὶ κατέλυσεν. Addam alterum: Demosthenes pag. 22. 2. ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις καὶ ἀρχὴ ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐςί τις οὐ μικρά, — αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενὴς καὶ πολλῶν κακῶν ἐςὶ μεςή. Falsarius pag. 154. 17. ὅλως μὲν γὰρ ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἐν μὲν προσθήκης μέρει ῥοπὴν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν, αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενής ἐςι καὶ πρὸς τοιοῦτον ὄγκον πραγμάτων εὐκαταφρόνητος. Vide tertium: Demosthenes pag. 23. 27. νῦν μὲν ἐπισκοτεῖ τούτοις τὸ κατορθοῦν· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι τὰ τοιαῦτ' ὀνείδη· εἰ δέ τι πταίσει τότ' ἀκριβῶς αὐτοῦ ταῦτ' ἐξετασθήσεται. — ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν (male S om. ἡμῶν) ἕως μὲν ἂν ἐρρωμένος ᾖ τις οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαςα σαθρῶν, ἐπὰν δὲ ἀρρώςημα τι συμβῇ πάντα κινεῖται, κἂν ῥῆγμα κἂν ςρέμμα κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων σαθρὸν ᾖ, οὕτω καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν τυράννων, ἕως μὲν ἂν ἔξω πολεμῶσιν ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐςίν.

Falsarius pag. 155. 22. νῦν μὲν τὸ κατορθοῦν αὐτὸν ἐπισκοτεῖ πᾶσι τοῖς τοιούτοις· αἱ γὰρ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰς ἁμαρτίας τῶν ἀνθρώπων εἰσίν· εἰ δέ τι πταίσει τότ' ἀκριβῶς διακαλυφθήσεται ταῦτα πάντα· συμβαίνει γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν· ὅταν μὲν ἐρρωμένος ᾖ τις οὐδὲν ἐπαισθάνεται τῶν καθ' ἕκαςα σαθρῶν· ἐπὰν δὲ ἀρρωςήσῃ πάντα κινεῖται κἂν ῥῆγμα κἂν ςρέμμα κἂν ἄλλο τι τῶν ὑπαρχόντων ᾖ μὴ τελέως ὑγιαῖνον· ΟΥΤΩ καὶ τῶν βασιλειῶν καὶ πασῶν τῶν δυναςειῶν, ἕως μὲν ἂν ἐν τοῖς πολέμοις κατορθῶσιν ἀφανῆ τὰ κακὰ τοῖς πολλοῖς ἐςίν κτἑ. Quam sint huiuscemodi loci similes et ad veras lectiones reperiendas et ad fraudes deprehendendas utiles sponte intelligitur. Mendorum originem et progressum tamquam oculis cernimus. Dixerat Demosthenes ἅπαντ' ἀνεχαίτισεν, in libris est ἀνεχαίτισε καὶ κατέλυσεν. Dixerat δειναὶ συγκρύψαι, libri συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι. Sic vetus vitium latens pag. 155. 27. deprehenditur. Editur: συμβαίνει γὰρ ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν· ὅταν μὲν — οὕτω καί, quae vitiosa est compositio. Ex Demosthenis loco apparet legendum esse ὥσπερ ΓΑΡ ἐν τοῖς σώμασιν ἡμῶν ὅταν — ΟΥΤΩ καὶ τῶν βασιλειῶν κτἑ. expuncto συμβαίνει γάρ. Quum in verbis ὥσπερ γάρ periisset vocula γάρ corrector aliquis συμβαίνει γάρ de suo addidit.

Sed nulla in re falsarius melius de Demosthene meruit quam

servanda vera lectione in *Olynthiaca* II. pag. 21. 16. ubi Codices omnes ad unum hanc scripturam exhibent: *ὡς ἅπας μὲν λόγος ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν, μάλιςα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως· ὅσῳ* ΓΑΡ *ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι τοσούτῳ μᾶλλον ἀπιςοῦσι πάντες αὐτῷ.* Quid falsarius noster? pag. 158. 16. eandem sententiam paucis tantum verbis mutatis in usum suum convertit: *ὡς ἅπας μέν ἐςι λόγος μάταιος πράξεων ἄμοιρος γενόμενος, τοσούτῳ δὲ μάλιςα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ὅσῳ δοκοῦμεν αὐτῷ προχειρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων.* Certum est hunc locum ex illo manasse: negari id non potest. Ergo hinc manifesto agnoscitur manus Oratoris correcto levi errore et expuncto emblemate *μάλιςα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως ὅσῳ* ΚΑΙ *ἑτοιμότατ' αὐτῷ δοκοῦμεν χρῆσθαι.* Cf. *Mnemos.* 1875. pag. 424. sq.

Perpetuus Demosthenis imitator Libanius in declamatione nuper primum edita (*Hermes* 1874 pag. 29.) — *περιέσεσθαι τοῦ πάντας μὲν ἐνοχλοῦντος τοὺς εὐδοκιμοῦντας φθόνου, μάλιςα δὲ ὅσῳ καὶ μέγιςα δοκῶ κατορθοῦν ἐμέ.*

ἘΠΙΣΤΟΛΗ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Sequitur *ἐπιςολὴ Φιλίππου*, quam non magis Philippus Macedo scripsit quam aut tu, qui haec legis, aut ego. Rectissime iudicavit Taylorus apud Dindorfium ad h. l. „*Mihi videntur profecto cum epistola Philippi, tum oratio adversaria multis aliis de causis indignae esse ea tempestate atque antiquitate, quas prae se ferunt.* Eadem est Dindorfii sententia assentientis iis „*qui hanc epistolam ab rege non magis scriptam esse crediderint quam quae orationi* de Corona *sunt insertae eiusdem epistolae. Orationis enim color argumentique tractandi ratio sophistae multo similior est quam regi.*"

Apud me quoque nulla est dubitatio quin ex eadem officina et epistola et oratio prodierint. Quod autem commemorat Sophista complura hominum et locorum nomina, quae vulgo ignorantur, facilis est coniectura omnia haec ex Theopompi *Φιλιππικοῖς* esse sumta. Sunt enim haec spuria perantiqua et a Callimacho in tabulas Bibliothecae Alexandrinae redacta (*εἰς τοὺς πίνακας ἀναγραφέντα*) sine ulla suspicione fraudis. Itaque

scripta sunt illis temporibus, quum Theopompi Φιλιππικά essent in omnium manibus.

Nunc epistolam, cuiuscumque est, ordine percurremus si quid forte emendatione vel interpretatione indiget.

Destituimur in ea re optimi et fidelissimi testis auxilio. In Codice S Epistola Philippi non comparet, quae propterea aliquanto mendosior quam reliqua sunt circumfertur.

Pag. 158. 3. ἐπειδὴ πολλάκις μου πρέσβεις ἀποςείλαντος — οὐδεμίαν ἐποιήσασθε ἐπιςροφὴν ᾤμην δεῖν πέμψαι πρὸς ὑμᾶς ὑπὲρ ὧν ἀδικεῖσθαι νομίζω. Desideratur vocabulum unum sententiae prorsus necessarium. Supple ᾤμην δεῖν ʼΕΠΙСΤΟΛΗΝ πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Πέμπειν absolute positum dicitur de legatis, ut et alibi passim et in hac ipsa Epistola pag. 162. 5. οὔτε τὸ χωρίον οὔτε τοὺς φρουροὺς ἀπεδίδοσαν π έ μ ψ α ν τ ο ς ὑπὲρ αὐτῶν ἐμοῦ πολλάκις.

Pag. 158. 6. μὴ θαυμάσητε δὲ τὸ μῆκος τῆς ἐπιςολῆς· πολλῶν γὰρ ὑπαρχόντων ἐγκλημάτων ἀναγκαῖόν ἐςιν ὑπὲρ ἁπάντων δηλῶσαι καθαρῶς. Sophisticum magis quam regium est: μὴ θαυμάσητε τὸ μῆκος τῆς ἐπιςολῆς, et melius talia in fine ponuntur. Incongrua haec sunt in epistola minaci, qua Philippus tot et tantarum iniuriarum impatiens Atheniensibus aperte indicit bellum.

In ὑπαρχόντων pro ὄντων agnoscitur sequior aetas: labente Graecitate nihil interest inter εἶναι, ὑπάρχειν et καθεςάναι, ut supra pag. 153. 21. οἱ κατὰ τὴν ʼΑσίαν σατράπαι καθεςῶτες. Tum repetita syllaba lege: πολλῶν γὰρ ὑπαρχόντων ΤΩΝ ἐγκλημάτων.

Pag. 159. 2. οὐ τοῖς παρανομοῦσιν ἐπετιμήσατε ὅτι τὴν δίκην ἀλλὰ τὸν ἀδικούμενον εἵρξατε δέκα μῆνας. Dindorfius molesta verba ὅτι τὴν δίκην eiecit et adscripsit „*abesse* ab Codd. duobus Augeri." Valeat Augerus cum suis Codicibus, quorum nulla est in Demosthene emendando auctoritas neque ulla habenda ratio, nisi forte alicubi acutam et felicem correctorum veterum coniecturam exhibent. Latet ulcus sed micamus in tenebris.

Sentential fert οὐ τοῖς παρανομοῦσιν ἐπετιμήσατε, (οὐχ) ὅτι δίκην (παρ' αὐτῶν ἐλάβετε), ἀλλὰ κτἑ. Fecialem violare impium est facinus. Itaque personatus Philippus dicere potuit: *vos tanti sceleris auctores non reprehendistis*, NEDUM *poenas de iis sumsistis*, *sed etiam* cet. sed ut in tenebris nihil certi dispicitur.

Pag. 159. 10. Διοπείθης ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν Κρωβύλην μὲν καὶ τὴν Τιρίςασιν ἐξηνδραποδίσατο, τὴν δὲ προσεχῆ Θρᾴκην ἐπόρθησεν. Mirifico errore Reiskius pro Κρωβύλην reponebat Καβύλην ex Demosthene pag. 100. 22. incogitanter oppidulum in media Thracia longe dissitum in sedem alienissimam transferens. Diopithes ex Chersoneso aggreditur oppidula quaedam in proxima Thracia. ἡ Τιρίςασις ubi sita fuerit clare docet Scylacis περίπλους cap. 67. μετὰ δὲ τὴν Χερρόνησον (orientem versus) ἐςὶ Θρᾴκια τείχη τάδε· πρῶτον Λευκὴ ἀκτή, Τειρίςασις, Ἡράκλεια κτἑ. Castella haec sunt (τείχη), non urbes. Itaque manifestum est τὴν Κρωβύλην quoque fuisse castellum ἐν τῇ Προποντίδι inter Λευκὴν ἀκτήν et τὴν Τιρίςασιν. Iterum quaero, unde haec minutissima homo scire potuit nisi ἐκ τῶν Θεοπόμπου Φιλιππικῶν, quem in tali re etiam in tenuissimis diligentissimum fuisse satis ex fragmentis cognoscimus?

Pag. 159. 16. καὶ ταῦτα τῷ δήμῳ ε ὐ δ ο κ ο ῦ ν τ α ἐποίησεν. In libris est εὖ δοκοῦντα. Plebeium ac novicium εὐδοκεῖν Polybio et similibus scriptoribus relinquendum. Quid est igitur legendum? καὶ ταῦτα τῷ δήμῳ CΥΝδοκοῦντα ἐποίησεν. Nihil propemodum interest inter CΥ et ЄΥ. Συνδοκεῖν in tali re notum ac frequens. Perinde est συνδοκοῦντα et συναρέσκοντα ponere. Dicitur Diopithes haec omnia populo assentiente et probante commisisse.

Pag. 159. 20. Μεγαρέων γοῦν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων εἰς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος ὥςε μυςηρίων μὲν εἴργЄΙΝ αὐτούς, ὑπομνήμαΤΑ δὲ τῆς ἀδικίας ἜCΤΗCΑΝ ἀνδριάντα πρὸ τῶν πυλῶν. Rectius εἴργΟΝ ut ἔςησαν, et sic solet noster, ut 160. 8. ὥςε καὶ πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεςάλκατε. et 106. 14. ὥςε πρὸς ἐκεῖνον διαλέγεσθЄ (optime Dobraeus dedit pro διαλέγεσθΑΙ).

Quis credat regem Philippum Atheniensibus hanc historiolam de Anthemocrito tali tempore serio narrasse ut ostenderet impium et sceleratum esse facinus sacrosanctum Fecialem violare aut necare?

Praeterea a Reiskio accipe ὑπόμνημΑ pro ὑπομνήματα. Dindorfius vulgatam retinuit *similia exempla esse* dicens. Si locis depravatis erit credendum, de naturae veritate et simplicitate actum est. Negat sana ratio, libri aiunt; *utri creditis, Quirites?*

Contrario errore peccatum est apud Demosthenem pag. 616. 18. τῶν ἔργων ὧν ὑπόμνημΑ ἦσαν οἱ ςέφανοι. Addita literula scribendum: ὧν ὑπομνήμΑΤ' ἦσαν οἱ ςέφανοι.

Pag. 160. 2. καὶ γὰρ ὅτε φανερῶς διεφερόμεθα λῃςὰς ἐξεπέμπετε, [καὶ] τοὺς πλέοντας ὡς ἡμᾶς ἐπωλεῖτε, τοῖς ἐναντίοις ἐβοηθεῖτε, τὴν χώραν μου κακῶς ἐποιεῖτε. Aut ubique aut nusquam καί interponendum.

Quam ineptum est de longo et molestissimo bello dicere: ὅτε φανερῶς διεφερόμεθα.

Pag. 160. 8. πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεςάλκατε πείσοντας αὐτὸν ἐμοὶ πολεμεῖν. et post pauca: τοσοῦτον ὑμῖν περίεςι τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους ὥςε πρὸς ἐκεῖνον διαλέγεσθε περὶ τῆς ἐπιμαχίας. Verissima haec sunt et a Theopompo sumta.

Ipso Demosthene auctore (in *Phil.* III. pag. 129. 10) anno abhinc tertio legati ad regem Persarum missi sunt. Movit regem legatorum oratio et Satrapis orae maritimae imperavit ut Perinthiis a Philippo obsessis opitularentur.

Sed est vitium in verbis διαλέγεσθε περὶ τῆς ἐπιμαχίας. In libris est περὶ τῆς ἐπισυμμαχίας natum ex ἐπι^{συμ}μαχίας. In uno Codice corrector ἐπιμαχίας emendavit. Recte quidem quisquis est; sed vitiose abundat articulus in περὶ ΤΗC ἐπιμαχίας. Ex ipsa rei natura postquam foedus, societas, pax composita est appellantur αἱ σπονδαί, αἱ συνθῆκαι, ἡ συμμαχία, ἡ ἐπιμαχία, ἡ εἰρήνη, sed dum de pace et de caeteris agitur incerto eventu dicitur διαλέγεσθαι περὶ εἰρήνης, περὶ σπονδῶν, περὶ συμμαχίας. Exemplorum plena sunt omnia. Vitium alit locus Aristophanis in *Lysistr.* 983.

κάρυξ ἐγὼν, ὦ κυρσάνιε, νοὶ τὼ σιώ,
ἔμολον ἀπὸ Σπάρτας περὶ ΤΑΝ *διαλλαγᾶν.*

Non definio sitne *διαλλαγᾶν πέρι* an *ὑπὲρ διαλλαγᾶν* an alio modo scribendum, sed certum est *περὶ τᾶν διαλλαγᾶν* cum rei natura pugnare. Nostro redde *διαλέγεσθε περὶ ἐπιμαχίας.*

Personatus Philippus criminatur Athenienses quod a maioribus degenerassent, quoniam regem Persarum in Graeciam adducerent: *οἱ πατέρες ὑμῶν*, inquit, *τοῖς Πεισιστρατίδαις ἐπετίμων ὡς ἐπάγουσι τὸν Πέρσην ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὑμεῖς δ' οὐκ αἰσχύνεσθε ταῦτα ποιοῦντες ἃ διετελεῖτε τοῖς τυράννοις ἐγκαλοῦντες.* Suaviter, credo, ad haec Athenienses arrisissent mirati hominis stoliditatem nil interesse putantis inter Pisistratidas patriae proditores *τοὺς ἐπάγοντας τὸν Πέρσην ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπὶ δουλείᾳ* et sese *ἐπάγοντας βασιλέα ἐπὶ σωτηρίᾳ ἐπὶ τὸν τῆς Ἑλλάδος ἀλιτήριον.* Haeccine a Philippo bellum indicente scribi potuisse videri!

Pag. 161. 3. *καὶ Σιτάλκου μὲν ἀποθανόντος, ᾧ μετέδοτε τῆς πολιτείας, εὐθὺς ποιήσασθαι πρὸς τὸν ἀποκτείναντα φιλίαν, ὑπὲρ δὲ Κερσοβλέπτου πόλεμον αἱρεῖσθαι πρὸς ἡμᾶς.* De gravissimo errore, quo *Σιτάλκης* et *Κότυς* confunduntur, omnia interpretes optime exposuerunt. Qui Philippum ipsum credunt sic errare potuisse, non facile quidquam incredibile esse putabunt.

Legendum esse *ἄρασθαι* pro *αἱρεῖσθαι* admonuit Dobraeus, sed Editores non audiunt. Est tamen res certissima; *suscipere bellum* Graece dicitur aut *αἴρεσθαι πόλεμον* aut *ἀναιρεῖσθαι* (non *αἱρεῖσθαι*), sed quia *αἱρεῖσθαι* et *αἴρεσθαι* in libris confundi solent circumferuntur etiamnunc manifesto mendosae lectiones, ut h. l. Idem vitium recurrit pag. 178. 25. ubi in S legitur: *πόλεμον πρὸς αὐτὸν αἱρεῖσθαι*, in caeteris rectissime *ἄρασθαι.* *Ἀναιρεῖσθαι τὸν πόλεμον* legitur pag. 11. 2. *ἀνείλοντο τὸν πόλεμον*, et pag. 180. 21. *τὸν πόλεμον ἀνελέσθαι.* Cf. *Var. Lectt.* pag. 212.

Pag. 161. 24. *πῶς οὐκ ἂν εἴην πάντων φαυλότατος εἰ καταλιπὼν τοὺς συμμάχους μᾶλλον ὑμῶν φροντίζοιμι τῶν πάντα μοι τρόπον ἐνοχλούντων [ἢ τῶν βεβαίως μοι φίλων ἀεὶ μενόντων].* Inepte et stulte bis idem dicitur; sed prius necesse est vetus

mendum tollere. Dicit se Cardianis opem tulisse, laborantibus igitur et in periculo versantibus. Itaque εἰ 'ΕΓκαταλιπὼν τοὺς συμμάχους dixerat. *Num me veteres socios destituere oportebat,* inquit, *et vos potiores habere, qui mihi omnibus modis estis molesti?* Sic emblema sponte excidit.

Pag. 162. 17. ὑπομείνας μὲν — μὴ προειμένος δέ, imo vero προέμενος. Ubique videbis προΐεσθαι, προέσθαι et προεῖσθαι inter se misceri, similiterque in participiis προϊέμενος et προέμενος et προειμένος. Quid sit quoque loco verum facile ἐκ τῶν συμφραζομένων colligitur.

Pag. 160. 7. εἰς τοῦτο παρανομίας ἀφῖχθε καὶ δυσμενείας ὥστε καὶ πρὸς τὸν Πέρσην πρέσβεις ἀπεστάλκατε. Offendit Dobraeum haec παρανομία, in qua nulla *lex* erat quae violari posset. Itaque coniecit: εἰς τοῦτο [παρανομίας] ἀφῖχθε [καὶ] δυσμενείας. Sed sequiores Graeculi παρανομεῖν ponebant pro *improbe facere* et παρανομία ab iis dicitur omnis *improbitas.*

Pag. 162. 21. γνοὺς ἐγὼ ταῦτα προὐκαλούμην κτἑ. Connectenda haec sunt de more cum praecedentibus sic: γνοὺς [οὖν] ἐγὼ ταῦτα. In sqq. ἐὰν μὲν ἐμὴ γνωσθῇ et ἐὰν δὲ ὑμετέρα κριθῇ, non est idem γνωσθῆναι et κριθῆναι: illud enim est *si* compertum *fuerit meam esse*, illud: *si fuerit* iudicatum *esse vestram.*

Pag. 163. 24. δοκεῖ παραλογώτατον εἶνΑΙ ΔΙότι κτἑ. Imo vero ὅτι. adhaesit ΔΙ ex praecedente ΑΙ.

Pag. 164. 2. φασὶ γὰρ οἱ τῆς πολιτείας τῆς παρ' ὑμῖν ἔμπειροι τὴν μὲν εἰρήνην πόλεμον αὐτοῖς εἶναι, τὸν δὲ πόλεμον εἰρήνην. Salsum hoc et mordax dictum Sophista sumsit ex Isocratis ad Philippum oratione pag. 96. D. αἰσθάνομαι γάρ σε (Philippum) διαβαλλόμενον ὑπὸ τῶν — τὴν εἰρήνην τὴν τοῖς ἄλλοις κοινὴν πόλεμον τοῖς αὑτῶν ἰδίοις εἶναι νομιζόντων.

Pag. 165. 2. πολλάκις γὰρ ἐμοῦ γράφοντος — ὑπὲρ αὐτῆς (τῆς 'Αμφιπόλεως) ἐγνωκΟΤΕС δικαίως ἔχειν ἡμᾶς, τότε μὲν

ποιησάμενοι τὴν εἰρήνην ἔχοντος ἐμοῦ τὴν πόλιν κᾆτα συμμαχίαν ἐπὶ ταῖς αὐταῖς ὁμολογίαις. Corrigunt ἐγνώκΑΤΕ, sed loci sententia aliud postulat. Non enim disertis verbis Philippi esse Amphipolim Athenienses agnoverant, sed ex certis indiciis et argumentis PATEBAT eos ita sentire: pacem composuerant, deinde et belli societatem iunxerant ea lege ἐφ' ᾧ τε ἔχειν ἑκατέρους ἃ ἔχοιεν, et erat tum Amphipolis in potestate Philippi, unde liquido COLLIGITUR Athenienses in ea sententia esse quam Philippus dicit: quae sententia ut in verbis contineatur supplendum est: ἐγνωκΟΤΕΣ (φαίνεσθε) δικαίως ἔχειν ἡμᾶς.

Pag. 165. 13. ὡς δὲ προϋπαρχόντων καὶ διὰ τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν μᾶλλον ἤδη τοῖς πράγμασιν ἐπιτιθεμένων καὶ καθ' ὅσον ἂν δύνησθε κακοποιούντων, ὑμΑΣ ἀμυνοῦμαι μετὰ τοῦ δικαίου Pronomen in ultima parte inutile et supervacuum in priore parte desideratur quum sit necessarium. Itaque corrigendum: κακοποιούντων ὑμΩΝ, ἀμυνοῦμαι. Opponuntur inter se ὑπάρχειν (Graeculi perperam προϋπάρχειν) et ἀμύνεσθαι sive τιμωρεῖσθαι, ut in noto versiculo:

ὡς οὐχ ὑπάρχων ἀλλὰ τιμωρούμενος.

soletque utrumque verbum absolute sic usurpari.

ΠΕΡΙ ΣΥΝΤΑΞΕΩΣ.

Sequitur oratio περὶ συντάξεως, de qua verissime iudicat F. A. Wolfius apud Dindorfium: „*oratio quae inscribitur* περὶ συντάξεως, *Demosthenis non est*, *sed ex aliis eius*, *maxime Olynth.* III. *et Aristocratea ab aliquo declamatore consutis pannis confecta.*"

Non est oratio *de rep. ordinanda*, sed περὶ τῶν θεωρικῶν πότερα χρὴ στρατιωτικὰ εἶναι ἢ τῷ δήμῳ διανέμεσθαι. Demosthenis sententia cautissime verbis concepta legitur in prima *Olynthiaca* pag. 14. 25. ἐγὼ μὲν γὰρ ἡγοῦμαι στρατιώτας δεῖν κατασκευασθῆναι καὶ μίαν ΣΥΝΤΑΞΙΝ εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Multo etiam acrius de eadem re dixit pag. 38. 17. οὐκ ἔστιν ὅπου μηδὲν ποιοῦσιν ἐγὼ τὰ τῶν ποιησόντων εἶπον ὡς δεῖ νέμειν οὐδ' αὐτοὺς μὲν ἀργεῖν καὶ σχολάζειν καὶ ἀπορεῖν, ὅτι δὲ οἱ τοῦ δεῖνος νικῶσι ξένοι ταῦτα πυνθάνεσθαι. Periculosae plenum opus aleae tum erat haec suadere. Namque

lex erat Eubuli: *ἐάν τις γράψῃ τὰ θεωρικὰ ϛρατιωτικὰ ποιεῖν θάνατος ἢ ζημία.* Itaque verbis cautissime conceptis censuit *μίαν σύνταξιν δεῖν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα,* et aliis verbis *συνταχθῆναι δεῖν τό τε λαμβάνειν καὶ τὸ τὰ δέοντα ποιεῖν.* Hinc impostor noster pag. 168. 21. *Φημὶ δεῖν ὑμᾶς συντετάχθαι καὶ τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαβεῖν καὶ τοῦ ποιεῖν ἃ προσήκει* CΥΝΤΑΞΙΝ *εἶναι.* Viden' esse eadem fere *αὐτολεξεί*, quae in *Olynthiaca* dixit Demosthenes? Itaque quod addit: *διελέχθην δ' ὑμῖν περὶ τούτων καὶ πρότερον*, eodem spectare manifestum est. Minime obscurum est quid sibi velint hae ambages *μίαν σύνταξιν εἶναι τὴν αὐτὴν τοῦ τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα.* Perplexae enim orationis hic sensus est: *οὐ δεῖ λαμβάνειν τοὺς οὐδὲν ποιοῦντας*, itaque malesanis ex aerario largitionibus finem imponi oportere. Militandum esse iunioribus (*τοῖς ἐν ἡλικίᾳ*), senioribus (*τοῖς ὑπὲρ τὸν κατάλογον*) operam aliquam reip. esse praestandam *καὶ πάνθ' ἕξειν καλῶς.* Haec est igitur illa *σύνταξις*, unde fictae orationi nomen est inditum. Percurramus nunc orationis textum mendosiorem multo et insulsis additamentis magis inquinatum, quam sunt reliquae, quae Demosthenis nomen mentiuntur.

Pag. 166. 3. *οὐδέτερόν μοι δοκεῖ τῶν χαλεπῶν εἶναι οὔτ' ἐπιτιμήσαντα τοῖς νέμουσι καὶ διδοῦσι τὰ κοινὰ εὐδοκιμῆσαι παρὰ τοῖς βλάπτεσθαι διὰ τούτων ἡγουμένοις τὴν πόλιν, οὔτε συνειπόντα [καὶ παραινέσαντα ὡς δεῖ λαμβάνειν] χαρίσασθαι τοῖς σφόδρα ἐν χρείᾳ τοῦ λαβεῖν οὖσιν.* Neque *νέμειν* neque *διδόναι* in ea re recte ponuntur et nihil inter utrumque interest. Requiritur lectio ex utroque conflata: *ἐπιτιμήσαντα τοῖς* ΔΙΑ*νέμουσι τὰ κοινά*, unde notissimum nomen largitionum omnium *διανομαί.* Deinde expunge *καὶ παραινέσαντα ὡς δεῖ λαμβάνειν*, primum quia inepte et stulte abundant post *συνειπόντα τοῖς διανέμουσι*, deinde quia cum sententia pugnant. Poterat dicere *παραινέσαντα ὡς δεῖ* ΔΙΔΟΝΑΙ: nempe *οἱ λαμβάνειν βουλόμενοι οὐδὲν οἶμαι παραινέσεως ἐδέοντο.* Interpretatus est aliquis quid esset *συνειπόντα*, quasi non sexcenties *συναγορεύειν*, *συνερεῖν*, *συνειπεῖν* eo sensu legeretur: sed incredibile dictu est quam puerilia tractarent illi, qui Constantinopoli monumenta literarum veterum legebant et enarrabant.

Sequitur: *οὐδέτεροι γὰρ [πρὸς] τὸ τῇ πόλει συμφέρον σκοποῦντες οὔτ' ἐπαινοῦσιν οὔτε δυσχεραίνουσι τὸ πρᾶγμα ἀλλ' ὡς ἑκάτεροι χρείας καὶ περιουσίας ἔχουσιν.* Nonne perspicuum est *πρός* esse resecandum? Dicebant *ἀποβλέπειν εἰς* vel *πρός τι*, sed *σκοπεῖν τι.* Saepe *πρός* etiam in S propter compendiolum non intellectum periit, cuius rei infra exempla expromam: nonnumquam contrario errore vitiose abundat.

Pro *περιουσίας* Harpocration in suis libris ΠΑΡ*ουσίας* repperit v. Π α ρ ο υ σ ί α: *ἀντὶ τοῦ π ε ρ ι ο υ σ ί α. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως. — καὶ* Κράτης Θηρίοις·

ἔχοντες εὐπαθῆ βίον

παρουσίαν τε χρημάτων.

Sine controversia libri sui vitio deceptus est: neque enim *παρεῖναι* significat *πλουτεῖν* neque *παρουσία* dici potest pro *περιουσία*. Saepe Harpocrationem vitiosae lectiones in ioculares errores induxerunt. Nemo sine risu leget quae scripsit v. Ἀπρότων et v. Κλιμάζῃ, ubi coniecit *ληϛῶν* et *βλιμάζῃ*, sed vera lectio est Παρνόπων et Κλιμακίζῃ. Παρά et *περί* iam tum in Codd. confundebantur. vid. Harpocrat. v. Περίϛασις. Fefellit idem mendum Aelium Dionysium *ἐν τοῖς* Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν apud Photium v. Π α ρ ο υ σ ί α: *λέγεται οὕτως ἐπὶ τῆς τῶν παρόντων δαψιλείας, ὡς καὶ ἐν τῷ* Πλάτωνος Φάωνι·

ὡς καὶ νῦν ἔχομεν παρουσίας.

καὶ πολύ ἐϛιν ἐπὶ τούτου παρ' αὐτοῖς (male corrigunt Ἀττικοῖς). Nemo umquam eo sensu aut dixit aut dicere potuit *παρουσία*. Plato Comicus dixerat:

ὡς καὶ νῦν ἔχομεν περιουσίας.

pro praesenti copia, ut pseudo-Demosthenes *ὡς ἑκάτεροι χρείας καὶ περιουσίας ἔχομεν.* Ipsius Dionysii errorem esse sequentia demonstrant. Sed ad orationem revertor.

Continuo sequitur: *ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὔτ' ἂν εἰσηγησαίμην οὔτ' ἂν* (sic S) *ἀντείποιμι [ὡς οὐ δεῖ λαμβάνειν]· παραινῶ μέντοι σκοπεῖν καὶ λογίζεσθαι πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ὅτι τἀργύριον μέν ἐϛι τοῦτο. περὶ* (non *ὑπέρ*) *οὗ βουλεύεσθε, μικρόν, τὸ δ' ἔθος μέγα ὃ γίγνεται μετὰ τούτου.* Sine mora dele absurdum emblema *ὡς οὐ δεῖ λαμβάνειν.* Hoc unum deerat ut post *εἰσηγησαίμην* quoque additum esset *ὡς δεῖ λαμβάνειν.*

Pag. 167. 21. *ἵν' εὐπορῆτε καὶ τὰ δέοντα ποιῆτε.* Spernitur optima et verissima scriptura, quam habet S in margine: *ἵν' ἅμα τ' εὐπορῆτε κτἑ.*

Pag. 168. 6. *πολλὰ τῶν πραγμάτων τὴν ὑμετέραν ποθεῖ παρουσίαν καὶ ἄνευ τοῦ πρὸς τοὺς οἰκείους πολέμ*ΟΥ *οἰκείᾳ χρῆσθαι δυνάμει συμφέρ*ΕΙΝ (alii et S correctus *συμφέρ*ΕΙ) *καὶ πρὸς τἄλλα πράγματα ἀναγκαῖόν ἐστιν.* Dindorf. de Wolfii coniectura substituit *πολέμ*ΟΥΣ et quasi nunc omnia essent luce clariora nemo de interpretatione loci verbum unum facit. Primum scribarum errorem animadverte, qui stulte *ἄνευ τοῦ* – *πολέμ*ΟΥ coniunxerunt pro *ἄνευ τοῦ* – *συμφέρειν.* Deinde errare pergentes *συμφέρ*ΕΙ si Musis placet correxerunt. Itaque nunc *πρὸς τοὺς οἰκείους πολέμ*ΟΥΣ legitur. Scire velim quod sit hoc genus belli *οἱ οἰκεῖοι πόλεμοι*, in quibus *proprio* milite (non conducticio) res sit gerenda. Non dubito dicere quod sentio hanc lectionem esse plane absurdam: *ad bella propria proprio milite utendum.* Opponuntur inter se *οἰκεῖος* et *ἀλλότριος*, ut in *οἰκείως* et *ἀλλοτρίως ἔχειν.* Contraria sunt *οἰκεῖος* et *ξενικός*, ut *οἰκείᾳ δυνάμει* et *ξενικῇ χρῆσθαι.* Venit mihi ad haec in mentem lepidae apud Plutarchum historiolae: gloriabatur aliquis se per solos filios suos tragoediam docere posse: habere enim se filium poëtam, filium histrionem, filium musicum, filium scenarum pictorem: *ἔχω γάρ*, inquit, *ποιητὴν οἰκεῖον καὶ ὑποκριτὴν οἰκεῖον καὶ μουσικὸν οἰκεῖον καὶ σκηνογράφον οἰκεῖον.* Cui ridens aliquis: *ἑνὸς ἔτι μόνου σοι προσδεῖ*, inquit. — *τίνος οὖν; θεάτρου οἰκείου.* Nihil sic proficimus ad intelligendum qui tandem sint *πόλεμοι οἰκεῖοι.* Nec mirum, nam numquam in rerum natura fuerunt. Sententia affert lucem: vocabulum unum importune repetitum has turbas dedit. Lege: *ἄνευ τοῦ πρὸς τοὺς πολέμους οἰκείᾳ χρῆσθαι δυνάμει συμφέρειν καὶ πρὸς τἄλλα πράγματα ἀναγκαῖόν ἐστιν.* Opponuntur inter se *οἱ πόλεμοι* et *τἄλλα πράγματα*: *praeterquam quod est e rep. exercitum ex civibus constantem ad bella gerenda habere, etiam ad reliqua negotia publica necessarium id est.* Nunc demum omnia plana sunt et aperta.

Sequitur *εἰ μὲν γὰρ ἡσυχίαν ἔχειν ὑμῖν ἀπέχρη καὶ μηδὲν τῶν Ἑλληνικῶν περιεργάζεσθαι [ὅπως ἔχει] ἄλλος ἂν ἦν λόγος.* Nescio

unde invecta sint verba *ὅπως ἔχει*, sed hoc scio nisi ea deleveris de sententia dicti fore actum. Περιεργάζεσθαι quid sit nemo ignorat et nihil minus est quam *quis sit rerum status* curiose rimari. Erat Atheniensium *περιεργία* aliquanto sociis et Graeciae molestior. Imperitare omnibus et omnibus iura dare (*τὰ δίκαια ὁρίζειν*) postulabant, ut statim Orator addidit.

Pag. 168. 11. *πρωτεύειν μὲν ὑμεῖς ἀξιοῦτε — τὴν δὴ ταῦτα ἐποπτεύσουσαν καὶ φυλάξουσαν δύναμιν οὔτε κατεσκευάσθε οὔτε κατασκευάζεσθε.* Aliquid hic monstri alitur. In libris est:

τὴν δὲ ταῦτα ἐφεδρεύουσαν
ἐφεδρεύσουσαν
ἐφοδεύουσαν
ἐφοδεύσουσαν
ἐποπτεύσουσαν.

In S legitur folio 515. v.

τὴν δὲ ταῦτ' ἐφεδεύουσαν
καὶ φυλάξουσαν δύναμιν

corrector *ρ* addidit ut esset *ἐφεδρεύουσαν* et in margine *γρ. ἐποπτεύουσαν* solemni errore pro *ἐποπτεύϹουσαν*.

Quid est in his veri? *ἐποπτεύειν* a tali re alienissimum est, sed quod est in S a prima manu *ἐφЄδεύουσαν* una literula mutata et praesenti tempore in futurum converso genuinum esse arbitror *ἐφΟδεύσουσαν*. Ἐφοδεύειν proprie dicuntur qui *cum tintinnabulis vigilias circumeunt:* diximus aliquid de eo verbo in *Mnemos.* 1875. pag. 296. et nota res est. Itaque *ἡ ἐφοδεύσουσα δύναμις* copiae sunt, quae socios et amicos omnes ordine circumeunt et sic in officio continent. *Imperare vultis*, inquit, *sed copias quae circumeuntes socios in officio contineant neque paratas habetis neque paratis.*

Sequitur: *ἀλλ' ἐπὶ πολλῆς μὲν ἡσυχίας καὶ ἐρημίας* (sic leg.) *ὑμῶν ὁ Μυτιληναίων δῆμος καταλέλυται, ἐπὶ πολλῆς δὲ [ἡσυχίας] ὁ Ῥοδίων.* Quod in omnibus libris est ἘΡΗ*μίας* de scioli coniectura in *ἠρεμίας* mutatum est. Nollem factum. Ἠρεμεῖν idem est quod *μὴ κινεῖσθαι* proprie, non figurate, ut *ὁ ἵππος ἠρεμεῖ stat immobilis*, quae notio in hunc locum non cadit. Ἐρημία saepe apud Demosthenem dicitur quum *nemo adest qui prohibere*

possit, veluti pag. 54. 10. τὴν ἐρημίαν τῶν κωλυσόντων ὁρῶν. et pag. 36. 2. ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι. et pag. 171. 23. τῆς τῶν ἐναντιωσομένων ἐρημίας ἀπολαύων.

Praeterea cur importune repetitum ἡσυχίας sic inducendum facile intelligitur. Cogitando enim utrumque supplendum in ἐπὶ πολλῆς μέν — ἐπὶ πολλῆς δέ, nempe ἡσυχίας καὶ ἐρημίας, et est ea ellipsis non tantum elegans sed perpetua et necessaria.

Pag. 169. 8. τί οὖν, Φαίη τις ἄν, ταῦτα νῦν λέγΩ; In S τί οὖν ταῦτα νῦν, Φαίη τις ἄν, λέγω; incerta sede volitans emblema vel hinc arguitur. Deinde Φαίη τις ἄν postulabat, credo, λέγΕΙC.

Pag. 169. 13. ἂν μὲν ὑμεῖς νῦν πεισθῆτε τούτων καιρὸν εἶναι [νομίσαντες], ὅταν αὐτῶν εἰς χρείαν ἔλθητε ἕτοιμα ὑπάρξει· ἂν δ' ἀκαιρίαν ἡγησάμενοι παρίδητε, ὅταν δέῃ χρῆσθαι τότ' ἀναγκασθήσεσθε παρασκευάζεσθαι. Manifestum est καιρὸν εἶναι pendere ex πεισθῆτε: itaque participio νομίσαντες nullus locus est relictus. Rectissime igitur in S omissum est et tamen nescio quomodo ab omnibus retinetur.

Pag. 170. 25. καὶ νὴ Δία [γε], ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἕτεροί γε λόγοι παρερρυήκασι πρὸς ὑμᾶς ψευδεῖς καὶ πολλὰ τὴν πολιτείαν βλάπτοντες οἷον ἐν τοῖς δικαστηρίοις ὑμῖν ἐστὶν ἡ σωτηρία. Expungendum est prius γε, non posterius, ut Editores fecerunt. Est enim cadentis Graecitatis καὶ νὴ Δία γε, ut Dindorfius recte admonuit. Praeclare de ea re exposuit Porsonus in *Adversariis* pag. 33. sqq.

Praeterea supplendum οἷον (ὅτι) ἐν τοῖς δικαστηρίοις κτέ. Οἷον est *veluti*, *exempli gratia* et omisso ὅτι verba non constant.

Quid est autem: ἐν τοῖς δικαστηρίοις ὑμῖν ἐστὶν ἡ σωτηρία καὶ δεῖ τῇ ψήφῳ τὴν πολιτείαν ὑμᾶς Φυλάττειν? Perspicuum id quidem est, nempe: „*oportet vos condemnare omnes* τοὺς ὀλιγαρχικοὺς καὶ μισοδήμους. *in eos omnes iudices inexorabiles estote.* et sic post pauca addidit: δεῖ γὰρ ἐν μὲν τοῖς ὅπλοις Φοβερούς, ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις Φιλανθρώπους εἶναι. Nempe *nunc* contra est.

Pag. 171. 10. εἰ δέ τῳ δοκῶ μείζους ἢ κατ' ἐμαυτὸν λέγειν

λόγους αὐτὸ τοῦτο ὀρθῶς αὐτῶν ἔχει. Sic S sine sensu. Alii: ὀρθῶς ἔχει αὐτῷ δοκῶ, aut: ὀρθῶς ἔχειν αὐτῷ δοκῶ. Dittographiam vides, ὀρθῶς ἔχει et ὀρθῶς αὐτῷ δοκῶ, quae coaluerunt in unum. Receperim: εἰ δέ τῳ δοκῶ — ὀρθῶς αὐτῷ δοκῶ. Est operae pretium hos locos comparare pag. 20. 19. εἴ τις οἴεται — οὐκ ὀρθῶς οἴεται. pag. 41. 8. εἴ τις οἴεται — ὀρθῶς μὲν οἴεται. pag. 101. 22. εἰ δέ τῳ δοκεῖ - καὶ μάλ' ὀρθῶς δοκεῖ. pag. 130. 4. εἰ δ' οἴεσθε — οὐκ ὀρθῶς οἴεσθε. pag. 137. 23. εἰ δέ τῳ δοκεῖ — καὶ μάλ' ὀρθῶς δοκεῖ. pag. 192. 17. εἰ μὲν ἐγνώκατε — οὐ καλῶς ἐγνώκατε.

Pag. 171. 15. ὅτι δ' οὐδεὶς — ταῦτα λέγει, τὰς προφάσεις ἐγὼ διέξειμι ὑμῖν. Libri omnes ταύταC λέγει ob sq. τὰς προφάσεις. Sensu vacuum esse non sentiunt quum vicina vicinis male accommodant. Correctores tacent: quam probe putas eos homines Demosthenis sententias intelligere?

Pag. 171. 17. *candidati*, inquit, *qui praeturam petunt*, *nolunt vobis ea dicere*, *quae ego nunc dico*, δοῦλοι τῆς ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι χάριτος περιέρχονται τελεσθῆναι ϛρατηγὸς ἕκαϛος σπουδάζων, οὐκ ἀνδρὸς ἔργον οὐδὲν πρᾶξαι. Perversissimum est τελεσθῆναι ϛρατηγός. Vidi interpretem omnia prisca et nova miscentem qui putaret esse *strategiae initiari mysteriis.* Nugae! Confusas esse suspicor duas olim lectiones hasce: γενέσθαι ϛρατηγός et αἱρεθῆναι ϛρατηγός, quarum haec mihi multo potior videtur. „*Praetor* CREARI *unusquisque cupit*, *non viri officio fungi.*

Pag. 172. 2. πρότερον μὲν κατὰ συμμορίας εἰσεφέρετε, νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν καὶ ϛρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι μεθ' ἑκατέρων τριακόσιοι· οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δ' ὡς ἐκείνους. Hunc locum impostor furatus est ex *Olynthiaca* II. pag. 26. 21. πρότερον μὲν γὰρ εἰσεφέρετε κατὰ συμμορίας (admonet auris transponenda esse ut pag. 172. κατὰ συμμορίας εἰσεφέρετε), νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων καὶ ϛρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ καὶ οἱ βοησόμενοι τριακόσιοι· οἱ δ' ἄλλοι προσνενέμησθε οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους. Nunc mihi diligenter considera ea

quae continuo sequuntur, unde locus in vicinia lucem accipiet: *δεῖ δὴ ταῦτα ἐπαινέντας καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν γενομένους κοινὸν καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ βουλεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν ποιῆσαι.*

Quae sequuntur pleraque omnia ex aliis atque aliis Demosthenis locis consarcinata sunt, ut pag. 172. 12. *καίτοι σκέψασθε πῶς ἐπὶ τῶν προγόνων ταῦτ' εἶχεν· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν παραδείγμασι χρησαμένοις ἔξεσθ' ἃ προσήκει πράττειν εἰδέναι.* ex pag. 35. 1. *οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν ἀλλ' οἰκείοις εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι.*

Quae haec excipiunt pag. 172. 14. *ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα κτέ.* descripta sunt ex *Aristocratea* pag. 686. 4. sed ea tantum comparabo, quae aliquem usum criticum habent.

Legitur pag. 172. 20. *μὰ Δί' οὐ χαλκοῦς ἵστασαν — ἀλλ' ὡς* ΟΥΔΕΝ *αὑτῶν κρείττους ὄντας οὕτως ἐτίμων.* Non sensit Sophista se absurda loqui. Quis enim sanus honorem habet *τῷ οὐδὲν ἑαυτοῦ κρείττονι ὄντι*? Nemo hercle. Saniora dabit ipse Demosthenes pag. 686. 10.

Pag. 172. 24. *οὐδὲ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην Μιλτιάδου*, melius pag. 686. 20. *τὴν Μαραθῶνι.* In Attica *Μαραθῶνι* est adverbium nec praepositionem admittit. Miltiades ipse apud Eupolidem ita dicit:

οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην
χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

Pag. 173. 1. legitur in S: *τὰς μὲν δὴ πολιτικὰς δωρεὰς οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς καὶ ἡμεῖς οὐκ ὀρθῶς· τὰς δὲ τῶν ξένων πῶς;* Est vetus lacuna quam corrector nescio quis explevit post *καλῶς* inserendo *ἔνεμον*, et alius *ἐδίδοσαν.* Exciderat unus versus supplendus ex pag. 686. 26.

οὕτως ἐκεῖνοί τε καλῶς
[καὶ λυσιτελούντως ἑαυτοῖς ἐδίδοσαν]
καὶ ἡμεῖς οὐκ ὀρθῶς.

Nunc magnum nostri Sophistae flagitium aperiemus. pag. 173. 3. *ἐκεῖνοι* (inquit) *Μένωνι τῷ Φαρσαλίῳ δώδεκα μὲν τάλαντα ἀργυρίου δόντι πρὸς τὸν ἐπ' Ἠιόνι τῇ πρὸς Ἀμφιπόλει πόλεμον, διακοσίοις δ' ἱππεῦσι πενέσταις ἰδίοις βοηθήσαντι* ΟΥΚ *ἐψηφίσαντο πολιτείαν ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον.* Surripuit haec ex *Aristocratea*

pag. 686. 28. *ἐκεῖνοι μὲν — τριακοσίοις δ' ἱππεῦσι — βοηθήσαντι*, haec omnia *αὐτολεξεί* hinc repetita sunt, sed vide quid addat Orator: *οὐκ ἐψηφίσαντο αὐτὸν ἄν τις ἀποκτείνῃ ἀγώγιμον εἶναι* (quod de Charidemo Aristocrates tulerat), *ἀλλὰ πολιτείαν ἔδοσαν καὶ ταύτην ἱκανὴν ὑπελάμβανον εἶναι τὴν τιμήν.* Necdum satis est: sequitur in *Aristocratea: καὶ πάλιν Περδίκκᾳ — τοὺς ἀναχωροῦντας ἐκ Πλαταιῶν τῶν βαρβάρων διαφθείραντι — οὐκ ἐψηφίσαντο ἀγώγιμον εἶναι ἄν τις ἀποκτείνῃ Περδίκκαν, ᾧ βασιλεὺς* [*ὁ Περσῶν*] *ἐχθρὸς δι' ἡμᾶς ἀπεδέδεικτο, ἀλλὰ πολιτείαν ἔδωκαν μόνον.* Impostor reliqua ad verbum descripsit, sed in fine de suo dedit: *οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον.* Videmus hominem, ut haec in suos usus convertere possit, pervertere omnia et impudentissime mentiri. Si qui forte supersint qui orationum spuriarum fidem et auctoritatem tueri velint, *πολλοῖς ἀντιλέγειν γὰρ ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως*, huiuscemodi locos diligenter expendere velim.

Pergit falsarius pag. 173. 14. *μεγάλην καὶ τιμίαν, οἶμαι, καὶ σεμνὴν τὴν αὐτῶν* ΠΑΤΡΙΔΑ *ἡγούμενοι καὶ πάσης μείζονα εὐεργεσίας. νῦν δὲ — φθόρους ἀνθρώπους — ποιεῖσθε πολίτας.* Non sunt haec recte cogitata: non enim de *patria* sermo est, sed de *iure civitatis. Maiores nostri* (inquit) *civitatem nemini quamvis optime de se merito impertiebantur: nunc homines nequissimos civitate donamus.* Ergo non *πατρίδα* dicere debebat sed *πολιτείαν*, et sic demum intelligi potest *καὶ πάσης* ΜΕΙΖΟΝΑ *εὐεργεσίας.* Optime dicitur: *non est aliud beneficium* CIVITATE *maius.* Substitue PATRIA *maius* et male sana exibit oratio.

Post pauca pag. 173. 22. praeclaram Demosthenis *ῥῆσιν* surripuit ne verbulo quidem mutato ex *Olynthiaca tertia* pag. 37. 10. *ἔστι δ' οὐδέποτε, οἶμαι, μέγα καὶ νεανικὸν φρόνημα λαβεῖν μικρὰ καὶ φαῦλα πράττοντας· ὁποῖ' ἄττα γὰρ ἂν τἀπιτηδεύματα τῶν ἀνθρώπων ᾖ τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸ φρόνημα ἔχειν.*

Sequitur locus pag. 173. 28. in quo insignem scribarum et correctorum fraudem manifestis indiciis deprehensam tenemus. Proponam primum locum integrum ut ab auctoris manu profectus est, deinde singulas fraudes refutabo. Legendum est: *Σκέψασθε δὲ ἅ τις κεφάλαια ἂν ἔχοι εἰπεῖν τῶν τ' ἐκείνοις*

(maioribus nostris) *πεπραγμένων καὶ τῶν ὑμῖν, ἂν ἄρ' ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι.* Quid est *ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι*? Res perspicua est: *ὑμῶν αὐτῶν γενόμενοι* est *vestri iuris facti*, id est non amplius in aliorum potestate, non amplius ex alieno arbitrio pendentes. Factiones tum in rep. dominabantur, ad quas se singuli applicabant et sic populo nulla erat relicta potestas. *ὑμεῖς δ' ὁ δῆμος – ἐν ὑπηρέτου καὶ προσθήκης μέρει γεγένησθε* pag. 37. 2. quae recoquit noster pag. 175. 17. Itaque *ὑμῶν αὐτῶν γένεσθε* significat *vindicate vos in libertatem ac veterem vestram rerum omnium potestatem recuperate*, *ὅτε ὁ δῆμος δεσπότης τῶν πολιτευομένων ἦν καὶ κύριος αὐτὸς ἁπάντων*, quae recantat impostor pag. 175. 13. Sumtum est dicendi genus a manumissione servorum. Priscianus XVII. 17. (apud Meinek. *Fragm. Com.* IV. 447) „Persius:

vindicta postquam meus a praetore recessi.

et Euripides:

ἐγὼ δ' ἐμός εἰμι."

corrige: *ἐγὼ δ' ἐμὸς νῦν εἰμι*, quod in dramate Satyrico dicebat nescio quis ex servitute recens liberatus. Hoc igitur est: *ἂν ἄρα ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι.* Eodem sensu dicitur pag. 171. 25. *ἂν δ' ὑμεῖς δι' ὑμῶν αὐτῶν ἕκαστα πράττητε*, et hinc mordax dictum: *νῦν δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας.* Reliquum est ut ostendam *ὑμῶν αὐτῶν γενέσθαι* ab ipso Demosthene ita esse usurpatum. vide pag. 26. 27. *δεῖ δὴ ταῦτα ἐπανέντας καὶ ὑ μ ῶ ν α ὐ τ ῶ ν ἔτι καὶ νῦν γ ε ν ο μ έ ν ο υ ς κοινὸν καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ βουλεύεσθαι καὶ τὸ πράττειν ποιῆσαι,* quem locum supra ostendimus contingere ea quae Sophista compilavit: ut reliqua illinc sumsit sic etiam hoc: *ἂν ἄρα ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ' ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι.* Recurrit idem dicendi genus pag. 42. 10. *συνελόντι δὲ [ἁπλῶς] ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι — τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε.*

His ita satis firmiter stabilitis inspiciamus Codices. In S legitur — *δύνησθε γενέσθαι κρείττους*, in aliis *δύνησθε γενέσθαι βελτίους.* Paene oculis correctores in opere cernimus: alius *κρείττους* addit, alius *βελτίους*, perverse et praepostere uterque. Κρείττους ἑαυτῶν γίγνεσθαι dicuntur qui *se ipsos superant* et magis quam umquam antea virtute excellunt. Etiam *βελτίους ἑαυτῶν* dicuntur qui aliquantum in virtute profecerunt. Neutrum

horum cadit in hunc locum. Reddemus igitur sciolis sua additamenta et cavebimus ne temere libris etiam optimis credamus. Similis interpolatio in eiusdem loci initio animadvertitur. Emendavimus: *σκέψασθε δὲ ἅ τις κεφάλαια ἂν ἔχοι εἰπεῖν τῶν τ' ἐκείνοις πεπραγμένων κτἑ.* In libris est *ἔχοι τῶν πραγμάτων εἰπεῖν.* Tum in S scribitur *εἰπεῖν ἵν' ἀκούσαντες τῶν τ' ἐκείνοις*, in caeteris *εἰπεῖν περὶ τῶν τ' ἐκείνοις.* Manifesto mendosa et interpolata haec sunt. Dicat testimonium ipse Demosthenes pag. 34. 27. *καίτοι σκέψασθε — ἅ τις ἂν κεφάλαια εἰπεῖν ἔχοι τῶν τ' ἐπὶ τῶν προγόνων ἔργων καὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν.*

Maiores nostri, inquit, *πολλὰ καὶ καλὰ ἔστησαν τρόπαια ἐφ' οἷς ἔτι καὶ νῦν ἡμεῖς φιλοτιμούμεθα. καίτοι νομίζετε ταῦτα αὐτοὺς στῆσαι οὐχ ἵνα θαυμάζωμεν ἡμεῖς θεωροῦντες αὐτὰ, ἀλλ' ἵνα* ΚΑΙ *μιμώμεθα τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρετάς.* Libri omnes praeter S *θαυμάζωμεν μόνον* idque reponendum ob sq. *ἵνα* ΚΑΙ *μιμώμεθα.* Hunc quoque flosculum ex Demosthene decerpsit pag. 201. 2. *χαίρετ' ἀκούοντες ὅταν τις ἐπαινῇ τοὺς προγόνους ὑμῶν καὶ τὰ πεπραγμένα ἐκείνοις διεξίῃ καὶ τὰ τρόπαια λέγῃ. Νομίζετε τοίνυν ταῦτ' ἀναθεῖναι τοὺς προγόνους ὑμῶν οὐχ ἵνα θαυμάζητ' αὐτὰ θεωροῦντες ἀλλ' ἵνα* ΚΑΙ *μιμῆσθε τὰς τῶν ἀναθέντων ἀρετάς*, ubi ex aliis libris *θεωροῦντες* ΜΟΝΟΝ legendum.

Pag. 174. 10. *ἡμεῖς δ' ὅσης ἅπαντες ὁρᾶτε ἐρημίας ἐπειλημμένοι σκέψασθε εἰ παραπλήσια. οὐ πλείω μὲν ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων* ἈΠΟΡΟΥΣ, *ἐξανήλωνται δὲ οἵ τε ἴδιοι πάντες οἶκοι καὶ τὰ κοινὰ τῇ πόλει καὶ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα οὗτοι νῦν ἐν τῇ εἰρήνῃ ἀπολώλασιν.* Partim haec surrepta sunt ex pag. 36. 9. *πλείω δ' ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον, οὓς δ' ἐν τῷ πολέμῳ συμμάχους ἐκτησάμεθα εἰρήνης οὔσης ἀπολωλέκασιν οὗτοι.* Pro *εἰς οὐδὲν δέον* impostor aliud quid substituerat, non hercle *εἰς τοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπόρους*, quo nihil ineptius excogitari potuit. Quis inducere potest in animum Athenienses impendisse (et *frustra* quidem *ἀνήλωται μάτην*) sestertium trecenties sexagies ad sublevandam pauperum in Graecia inopiam. Nugari hoc quidem est. Fertur et altera lectio *ἀποστόλους classes*, quam ego veram esse arbitror

et sic supplendam: ἀνήλωται μάτην εἰς τοὺς (ὑπὲρ) τῶν Ἑλλήνων ἀποςόλους. Athenienses saepe magnas classes ad opem Graecis a Philippo petitis ferendam ingenti sumtu compararant, sed quia fere sero veniebant magnae opes frustra erant consumtae. Audi ipsum Demossthenem pag. 50. 4. καίτοι τί δήποτε νομίζετε — τοὺς ἀποςόλους πάντας ὑμῖν ὑςερίζειν τῶν καιρῶν; et pag. 92. 28. de classe nequidquam missa: συμβαίνει δ' ἡμῖν — ὅσα ἂν δαπανήσωμεν ΜΑΤΗΝ 'ΑΝΗΛΩΚΕΝΑΙ.

Pag. 174. 16. ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μόνον τότ' εἶχε βέλτιον ἢ νῦν, τὰ δ' ἄλλα χεῖρον. Emenda ταῦτα ΜΕΝ pro μόνον, qui frequens in libris error est. Requiritur μέν in huiusmodi concessione et oppositione. *Esto*, concedo *haec olim in meliore statu fuisse*, *sed* —.

Saepe μέν et μόνον confunduntur. Pag. 125. 17. οὐ τοίνυν παρὰ τούτοις μόνΟΝ (sic S. caeteri omnes μόνοις) τὸ ἔθος τοῦτο πάντα κακὰ εἰργάσατο, ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ. Reponenda est Attica compositio, qualis est in καὶ οὐκ ἔγραψα μὲν οὐκ ἐπρέσβευσα δέ, et scribendum παρὰ τούτοις ΜΕΝ.

Pag. 174. 20. κόσμον τῆς πόλεως — τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον κατέλιπον ἐκεῖνοι (maiores nostri) ὥςε μηδενὶ τῶν ἐπιγιγνομένων ὑπερβολὴν λελεῖφθαι. προπύλαια ταῦτα, [ὁ Παρθενών], νεώσοικοι, ςοαί, τἄλλα. Tantum non omnes libri (et boni omnes) omittunt ὁ Παρθενών, quod irrepsit ex alia Demosthenis oratione pag. 617. 18. τὸ τῶν ἀναθημάτων — κάλλος, προπύλαια ταῦτα, ὁ Παρθενών, ςοαί, νεώσοικοι.

Pag. 175. 22. εἴ τις ἀναγνοίη τὰ ψηφίσματα ὑμῶν καὶ τὰς πράξεις ἐφεξῆς διέλθοι οὐδ' ἂν εἷς πιςεύσαι τῶν αὐτῶν εἶναι ταῦτα κἀκεῖνα, deinde duo exempla affert: οἷον ἃ πρὸς τοὺς καταράτους Μεγαρέας ἐψηφίσασθε ἀποτεμνομένους τὴν ὀργάδα, ἐξιέναι, κωλύειν, μὴ ἐπιτρέπειν. et post pauca addit: ἅπαντα καλά — τὰ ἔργα δὲ τὰ ἀπὸ τούτων οὐδαμοῦ. Video haec a docto homine referri ad initium belli Peloponnesiaci, sed facile apparet de re recentissima haec dici, quum factum esset plebiscitum atrox, sed irritum. Hoc ipsum enim hoc exemplo probat ὅτι τὰ μὲν ψηφίσματα καλά, τἄργα δὲ οὐδαμοῦ. Eodem pertinet quod le-

gitur pag. 34. 8. *turpe est quod facitis* (inquit), ἐπὶ μὲν Κορινθίους καὶ Μεγαρέας ἁρπάσαντας τὰ ὅπλα πορεύεσθαι, Φίλιππον δ' ἐᾶν πόλεις Ἑλληνίδας ἀνδραποδίζεσθαι. Turpe esse dicit quod *nunc* cives faciant, non quod maiores *ante saeculum* fecissent. *Adversus Corinthios*, inquit, *et Megarenses fortes estis*, *Philippi iniurias prae metu devoratis.*

Pag. 176. 16. πρὸς δὲ τούτοις οὐδ' ἐςὶν ἐφ' ὑμῖν οὐδ' ἂν ἀποςῆναι τῶν Ἑλληνικῶν βούλησθε. Perturbatus est simplex et naturae loci congruens verborum ordo, qui hic est: οὐδ' ἂν βούλησθε ἀποςῆναι τῶν Ἑλληνικῶν. Poterant percommode verba ἀποςῆναι τῶν Ἑλληνικῶν etiam post ἐφ' ὑμῖν collocari, sed quam nunc sedem obtinent tueri nequeunt.

Quod continuo sequitur: πολλὰ γὰρ ὑμῖν ἐκ παντὸς τοῦ χρόνου πέπρακται eodem sensu dictum est quo Fetialis Argivorum in Euripidis *Supplicibus* dicit ad Theseum vs. 586.

πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας ἥ τε σὴ πόλις.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΣΥΜΜΟΡΙΩΝ.

Pag. 179. 8. εἰ μὲν ἐναργές ΤΙ γένοιτο καὶ σαφές. Ferri non potest τι additum. Quis credat pro δῆλον sive φανερὸν ἐγένετο dici posse δῆλόν τι aut φανερόν τι?

Pag. 179. 8. ἡγοῦμαι γὰρ τοὺς Ἕλληνας εἰ μὲν ἐναργὲς γένοιτο — ὡς βασιλεὺς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖ καὶ συμμαχήσειν καὶ χάριν μεγάλην ἕξειν, — εἰ δ' ἔτι ἀδήλου τούτου καθεςηκότος π ρ ο α π ε χ θ η σ ό μ ε θ α ἡμεῖς δέδια μὴ τούτοις μετ' ἐκείνου πολεμεῖν ἀναγκασθῶμεν. Sine controversia προαπεχθησόμεθα corruptum est. Quid sibi vult in tali re ἀπεχθάνεσθαι vel προαπεχθάνεσθαι? Nihil plane. Suspicor Demosthenem dedisse: προΥΠΑχθησόμεθα. Compara pag. 188. 4. οὔτε φοβεῖσθαί φημι δεῖν πέρα τοῦ μετρίου οὔθ' ὑ π α χ θ ῆ ν α ι προτέρους ἐκφέρειν τὸν πόλεμον. Ὑπάγειν est *in fraudem inducere*, et ὑπάγεσθαι dicuntur, qui aut fraude aliqua aut prava cupiditate ad capiendum consilium temerarium impelluntur. Exspectare iubet Athenienses donec omnibus Regis insidiae pateant monetque ne antea inconsiderate et inconsulto ad arma sumenda impellantur. Fefellit nos Codex S pag. 59.

18. — *Φενακισμοὺς οἷς Ἐπαχθέντες — προεῖσθε Φωκέας*, ubi reliqui omnes servant veram lectionem *Ὑπαχθέντες*.

Pag. 180. 12. *νομίζω τὸν μὲν πόλεμον χαλεπὸν τῇ πόλει, τὸν δ' ἀγῶνα τὸν ἐκ τοῦ πολέμου ῥᾴδιον ἂν συμβάντα.* Quis ita loquitur? Quis verbo *νομίζειν participium* sic addi posse existimat? Nihil est reliquum quam ut rescribatur: *ῥᾴδιον ἂν συμ-βΗΝΑΙ*. Haec ipsa scriptura in Codice S reperitur nisi quod scriba ordinem verborum turbavit; *συμβῆναι ῥᾴδιον ἂν* dedit et oblitus est verum ordinem lineolis, ut solet, indicare.

Pag. 181. 14. *οὐδὲν οὖν ἀλλ' ἢ ῥαψῳδήσουσιν οἱ πρέσβεις περιϊόντες. τότε δὲ, ἂν ἄρα ἃ νῦν οἰόμεθ' ἡμεῖς* ΠΡΑΤΤΗΤΑΙ, *οὐδεὶς δήπου τῶν πάντων Ἑλλήνων τηλικοῦτον ἐφ' αὑτῷ φρονεῖ ὅςις ὁρῶν ὑμῖν χιλίους μὲν ἱππέας, ὁπλίτας δὲ ὅσους ἂν ἐθέλῃ τις, ναῦς δὲ τριακοσίας, οὐχ ἥξει καὶ δεήσεται.* Ad *ῥαψῳδήσουσιν* annotavit Dobraeus: „*sic εἰσήγημα et ποίημα oppon. Isocrat. Epistola* I. 2." Hoc quidem Atticum *ῥαψῳδεῖν* nihil cum poësi commune habet. Festivum et iocosum verbum significat: *nequidquam longam orationem habere* et *multa verba perdere sine ullo fructu*, ut in oratione *κατ' Ἀριςογείτονος* pag. 770. 10. *ἔγωγ' ὑπολαμβάνω — εἰ μέν εἰσιν ὑμῶν οἱ πλείους οἷοι τοὺς πονηροὺς φιλεῖν* [*καὶ σώζειν* del.] *μάτην ἐρραψῳδηκότας ἡμᾶς ἔσεσθαι, εἰ δ' οἷοι μισεῖν δίκην τοῦτον δώσειν.*

In sqq. haerent Interpretes in *πράττηται*. Dobraeus: „*malim, ἃ νῦν οἰόμεθα ἡμεῖς, πράττη*ΤΕ *cum Mss. πράττητ*ΑΙ *inepte Reiskius.*" Relege locum sic scriptum: *ἂν ἄρα ἃ νῦν οἰόμεθ' ἡμεῖς πράττητε*, et multo etiam magis haerebis. Intelligi poterat: *ἂν ἄρα* — ΓΕΝ*ηται*, id est *ἐὰν ἄρα βασιλεὺς τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύων φανερὸς γένηται*, sed quicumque totum locum diligenter consideraverit sentiet ea omnia *ἂν ἄρα — πράττηται* insiticia esse et resecanda. Opponuntur inter se: ΝΥΝ *μὲν καλεῖτε πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς τοὺς Ἕλληνας*, sed perditis operam, nemo vobis obtemperat. ΤΟΤΕ *δὲ οὐδεὶς δήπου τῶν πάντων Ἑλλήνων κτέ.* sed quum haec longiore intervallo diremta essent, exortus est nescio quis qui nobis narraret quid esset *τότε δέ*. Idem sequiorum more *πράττηται* dixit pro *γένηται*.

Apud veteres *λέγειν* et *πράττειν*, *τὰ λεγόμενα* et *τὰ πραττό-*

μενα inter se opposita sunt, ut ἔργα (πράξεις) et λόγοι, ut in *Vespis* 695.

σὺ δὲ χασκάζεις τὴν κωλακρέτην, τὸ δὲ πραττόμενόν σε λέληθεν.

In ultima parte loci vocabulum necessarium periit. Nihil est enim ὁρῶν ὑμῖν χιλίους ἱππέας, *videns vobis mille equites*, imo vero *esse* et ὄντας. Neque tamen hoc loco participium reponendum esse censeo sed in fine sententiae sic: — ναῦς δὲ τριακοσίας ΟΥϹΑϹ οὐχ ἥξει.

Pag. 182. 6. scribendum ex S et Dionysio Halicarn. Tom. VI. pag. 947. ὅσα μὲν πώποθ' ἅπαντες (non ἅπαντες ὑμεῖς) ἠβουλήθητε, et post pauca ἀπεβλέψατε ЄΙϹ (non πρὸς) ἀλλήλους.

Pag. 185. 2. *Sunt*, inquit, *Athenis* divitiae ingentes: ταῦτα δ' οἱ κεκτημένοι τοιοῦτον ἔχουσι νοῦν ὥστ' εἰ πάντες οἱ ἐνταυθὶ λέγοντες φοβοῖεν ὡς ἥξει βασιλεύς, ὡς πάρεστιν, ὡς οὐχ οἷόν τε ταῦτ' ἄλλως ἔχειν, καὶ μετὰ τῶν λεγόντων ἴσοι τὸ πλῆθος τούτοις χρησμῳδοῖεν (optime Reiske χρησμῳδοὶ, nempe φοβοῖεν) οὐ μόνον οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν ἀλλ' οὐδ' ἂν δείξαιεν οὐδ' ἂν ὁμολογήσαιεν κεκτῆσθαι. Ultima pars loci grave vulnus accepit, sed sanabile tamen. Tacent Interpretes quasi omnia plana et perspicua essent. Quis vero dicet quid sit οὐδ' ἂν ΔЄΙξαιεν? Quid multa? Satius est statim tollere mendum. Confunduntur inter se passim δόξειν — δείξειν, ἔδοξα — ἔδειξα, δεδόχθαι — δεδεῖχθαι et sim. Sexcenties id mihi in libris Mss. observatum est etiam apud Demosthenem. Cf. *Var. Lectt.* pag. 125. Iam lux affulget: δόξαιεν Demosthenes dixerat, non δείξαιεν. Eadem opera corrector tenetur fraudis manifestus. Fuerat olim: οὐ μόνον οὐκ ἂν εἰσενέγκαιεν ἀλλ' οὐδ' ἂν δόξαιεν κεκτῆσθαι. Quid notius est quam οὐ δοκεῖν pro *dissimulare?* „*non tantum* (inquit) *tributum non conferrent sed etiam opes suas dissimularent.*" Pauperes esse se fingebant et tributo ferendo non esse. Factum est ut δόξαιεν in δείξαιεν mutaretur: deinde nescio quis addidit de suo οὐδ ἂν ὁμολογήσαιεν.

Pag. 186. 6. οἶδε μὲν γὰρ (rex Persarum) ΔΙΑκοσίαις τριήρεσιν, ὧν ἑκατὸν παρεσχόμεθ' ἡμεῖς, τοὺς προγόνους αὐτοῦ χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς, ἀκούσεται δὲ ΤΡΙακοσίας αὐτοὺς ἡμᾶς νῦν παρε-

σκευασμένους. Libri omnes ad unum exhibent ΤΡΙΑ*κοσίαις τριήρεσιν*, S solus servat id quod Demosthenes dixerat ΔΙΑ*κοσίας*.

Mirifica est eruditorum quorundam ratio, quorum alii pro *ἑκατόν corrigebant διακοσίας*, alii post *ἑκατόν* inserebant *ὀγδοήκοντα*, credo ne rex Persarum historiae imperitior esse putaretur. Apparet eos non esse oratores neque adeo mores et artes oratorias satis cognitas habere. Demosthenes hoc agit ut appareat classem Atheniensium nunc esse *maiorem* quam fuerit classis universae Graeciae, quae Persarum maiores tanta clade afflixerit. Necesse est ut numero minori respondeat maior. Non poterat dicere *τριακοσίαις — τετρακοσίας*, quia satis constabat maximam Atheniensium classem *trecentarum* navium fuisse. Ergo erat reliquum ut *διακοσίαις* diceret, quod obscura doctorum diligentia funditus delevisset, nisi Codex S tulisset opem.

Pag. 186. 17. *ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχον ἀφορμὴν [ἑξακόσια τάλαντα] ἀκούσεται.* Interstrepit sciolus, qui meminerat se legere pag. 183. 5. *τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων.* Summo iure Schaeferus ineptum emblema expunxit. Scire velim ecquis sit qui non sentiat quam sit huiuscemodi additamentum absurdum. Tamen in antiquissimis libris inficetum glossema iam comparebat, idque novo mendo auctum. Audi Harpocrationem: *Ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν φησὶν οὕτως· „ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχειν ἀφορμὴν* ΟΚΤΑ*κισχίλια τάλαντα ἀκούσεται." ἤτοι οὖν γραφικὸν ἁμάρτημά ἐστιν κτέ.* Harpocration, ut tu vides, absurda loquitur, sed non suo vitio. Lacuna vetus has ineptias peperit. Notabo paucis quomodo res restitui possit: *Ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν φησὶν οὕτως· („τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων") λογισμὸν αὐτῶν διδοὺς ποικίλως (ὡς) καὶ Φιλόχορος ἐν δεκάτῳ Ἀτθίδος· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς τοῦ λόγου φησὶν οὕτως· „ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχειν ἀφορμὴν ὀκτακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται."* Nunc demum rectissime additur: *ἤτοι* ΟΥΝ *γραφικὸν ἁμάρτημά ἐστιν κτέ.*

Videmus igitur iam vivo Harpocratione, qui Codicibus Atticianis usus est, et insulsissima additamenta in textum irrepsisse

et scribarum errores (*γραφικὰ ἁμαρτήματα*) perineptos in libris inolevisse. Quam esset in talibus Harpocration infelix coniector supra vidimus.

Pag. 186. 20. *ὑπὲρ ἧς* (*τῆς* 'Αττικῆς) *ὡς μὲν τοὺς ἐπιόντας ἀμυνούμεθα οἱ* Μαραθῶνι *τῶν προγόνων αὐτοῦ μάλιςʼ ἂν εἴδεῖεν.* Succurrunt ad haec quae Aeschylus in monumento suo inscribi iussit:

ἀλκὴν δʼ εὐδόκιμον Μαραθώνιον *ἄλσος ἂν εἴποι*
καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος *ἐπιςάμενος.*

sed *futuri* temporis notio *ὡς ἀμυν*ΟΥ*μεθα* ab hoc loco alienissima est. Requiritur praesens *ἀμυνόμεθα.* Persae qui ad Marathonem depugnaverunt scire non poterant quam fortiter Athenienses *posthac* dimicaturi essent: praesentem virtutem senserant.

Pag. 187. 9. *οὐ μὴν οὐδʼ ἐκείνῳ συμφέρει ξέν*ΟΥC *κρατῆσαι τῶν* Ἑλλήνων. Clamat sententia *ξέν*ΟΙC esse legendum. Dudum admonuit Dobraeus, *τοῖς δʼ οὐδὲν μέλει.*

Acutissime vidit idem pag. 187. 17. *διὰ τὸ μισεῖν αὐτοὺς οὐδʼ ἂν ἀληθὲς οὐδὲν ἡδέως* [*οὐδʼ*] *ἀγαθὸν περὶ αὐτῶν ἀκούσαιτε* deleri oportere importunum *οὐδέ*, quod additum plane oratoris sententiam pessumdedit.

ʽΥΠΕΡ ΤΗC ʽΡΟΔΙΩΝ ʼΕΛΕΥΘΕΡΙΑC.

Pag. 191. 2. *ἐπειδὰν γάρ τι δόξῃ καὶ ψηφισθῇ* ΤΟΤΕ *ἴσον τοῦ πραχθῆναι ἀπέχει ὅσονπερ πρὶν δόξαι.* Vitium est in *τότε*, quia temporis notio in hanc sententiam non cadit. Corrigendum: ΤΟ *ἴσον* — *ὅσονπερ tantumdem.*

Pag. 197. 5. *πρέσβεις ἐλθόντας ἐκ* Λακεδαίμονος — *ἐψηφίσαντο ἐὰν μὴ πρὸ ἡλίου δύντος ἀπαλλάττωνται πολεμίους κρίνειν.* Sententia postulat: *pro hostibus sese habituros:* ergo *κρινεῖν* scriptum oportuit.

Pag. 198. 21. Κῶν *καὶ* Ῥόδον *καὶ ἄλλας ἑτέρας πόλεις.* Sic S. Caeteri *καὶ ἄλλας πόλεις ἑτέρας.* Sed cum bona scribarum pace non esse hanc Graecam orationem confidenter affirmo. Po-

test alterutrum omitti, dici potest ἄλλας τινὰς πόλεις, sed ἄλλας ἑτέρας πόλεις dici non potest.

Scio me haec scribentem pervulgatam eruditorum opinionem pro nihilo ducere videri. Audi Schaeferum ad h. l.: ἄλλας ἑτέρας: *„idioma viri docti exemplis ita confirmarunt nemo ut recte sic dici nunc dubitet."* Unus est vir doctus, sed omnium princeps, qui omnia veterum testimonia collegit, Porsonus (*Tracts* pag. 200). Primum Suidam protulit nescius Aelii Dionysii ἐν τοῖς Ἀττικοῖς Ὀνόμασιν hanc esse observationem v. Ἄλλο ἕτερον ἐκ παραλλήλου λέγουσιν (οἱ Ἀττικοί). Μένανδρος Μέθῃ·

εἶτ' οὐκ εἶχεν οὐ πῦρ, οὐ λίθον,
οὐκ ἄλλ' ὁτιοῦν ἕτερον;

Κράτης Παιδιαῖς·

τοῖς δὲ τραγῳδοῖς ἕτερος σεμνὸς πᾶσιν λόγος ἄλλος ὅδ' ἐςίν.

Eximium hoc testimonium est pereruditi ἀττικιςοῦ, qui ipse Cratetis fabulas et Menandri sedulo lectitaverat, sed vide mihi an ex his Comicorum locis recte colligatur ἐν ἄλλαις ἑτέραις πόλεσιν commode dici potuisse. Interest aliquid inter ἄλλο et ἕτερον, ut inter *aliud* et *diversum*. In Euripidis *Supplicibus* 583.

πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους.

hoc dicit Theseus *multos se alios et diversi generis labores exantlasse.* Sic igitur Menander quoque dixit: *„an igitur non ignem, non lapidem, neque quidquam aliud diversi generis habebat?"* quo se defenderet scilicet. Sic et Cratetis verba accipienda sunt: *„habent etiam aliud diversi generis Tragici omnes quod cum magna gravitate dicant."* Deinde quod Porsonus Aristophanis fragmentum attulit ex Athenaeo pag. 117. c.

ἄλλα δὲ τοιαῦθ' ἕτερα μύρι' ἐκιχλίζετο.

memineris τοιαῦθ' ἕτερα significare ὅμοια καὶ παραπλήσια τούτοις, *alia sexcenta* HUIUSCEMODI. Denique locum Demosthenis unum et unum Platonis expromit corruptum utrumque, ubi ἄλλα ἕτερα pro ἄλλ' ἄττα scriptum est. Restat denique Demosthenis locus, quo de agimus, neque plura quam haec apud Graecos scriptores reperiuntur. Itaque quoniam ἐν ἄλλαις ἑτέραις πόλεσιν *in aliis civitatibus diversi generis* significans ab Oratoris sententia abhorret, reliquum est ut scripturam hanc mendosam esse statuamus et habeamus pro certo ἄλλος ἕτερος, ἄλλο ὁτιοῦν ἕτερον et similia numquam ἐκ παραλλήλου dicta fuisse.

Etiam alibi sic scribae apud Demosthenem peccarunt, vid. pag. 1031. 24. et pag. 1281. 26. ubi pro *ἕτερον ἐγκαλεῖν οὐδὲν ἔχοντες*, S dedit *ἑτέραν τινὰ ἄλλο*, et alius *ἕτερόν τι ἄλλο*, quae merito nemo curavit.

Pag. 198. 23. (*πόλεις*) *ὑπὲρ ὧν πολλοὺς* [*κινδύνους*] *καὶ καλοὺς ἀγῶνας οἱ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους Ἕλληνες ἐποιήσαντο*. Nescio unde molestum et importunum *κινδύνους* natum sit, sed hoc scio sine mora esse expungendum, ut coniungantur *πολλοὺς καὶ καλοὺς ἀγῶνας*. Rectissime enim dicitur *ποιεῖσθαι ἀγῶνα*, sed *κίνδυνον ποιεῖσθαι* nihil est.

Pag. 200. 7. *ἐχρῆν γὰρ — τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν ὑμᾶς περὶ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ τάξεως ἥνπερ περὶ τῆς ἐν ταῖς ϛρατείαις ἔχετε. τίς οὖν ἐϛὶν αὕτη; ὑμεῖς τὸν* ΛЄΙ*ποντα τὴν ὑπὸ τοῦ ϛρατηγοῦ τάξιν ταχθεῖσαν ἄτιμον οἴεσθε προσήκειν εἶναι καὶ μηδενὸς τῶν κοινῶν μετέχειν.* ΧΡΗ *τοίνυν καὶ τοὺς τὴν ὑπὸ τῶν προγόνων τάξιν ἐν τῇ πολιτείᾳ* ΛЄΙ*ποντας καὶ πολιτευομένους ὀλιγαρχικῶς ἀτίμους τοῦ συμβουλεύειν ὑμῖν αὐτοῖς ποιεῖσθαι.* ΝΥΝ *δέ κτἑ.* Facile est ad intelligendum ΛΙ*πόντα τὴν τάξιν* dici debere, ut *ῥίψας τὴν ἀσπίδα, ἀποβαλὼν τὰ ὅπλα* et sim. Dicuntur enim haec de iis qui praesidio *cesserunt*, clypeum *abiecerunt*, arma *amiserunt*, non de eo tempore quo quis praesidio *cedit*, abiicit *clypeum*, arma *amittit*. Haerebant fortasse in sqq. *τοὺς τὴν — τάξιν λείποντας καὶ πολιτευομένους*. Non sentiebant enim ex ipsa rei natura *aoristum* cum *praesente tempore* nunc componi debuisse. Loquitur enim de iis qui *λιπόντες τὴν τάξιν ὀλιγαρχικῶς πολιτεύονται*. Praeterea ipsa argumentationis ratio et oppositum ΝΥΝ *δέ* postulant ut pro ΧΡΗ *τοίνυν* imperfectum 'ЄΧΡΗΝ restituatur.

Quod continuo sequitur: *νῦν δὲ τῶν μὲν συμμάχων τοὺς τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ Φίλον ὑμῖν ὀμωμοκότας νομίζετε εὐνουϛάτους, τῶν δὲ πολιτευομένων οὓς ἴϛε σαφῶς τοὺς τῆς πόλεως ἐχθροὺς ᾑρημένους τούτους πιϛοτάτους ἡγεῖσθε.* Acris ac vehemens sententia lacuna laborat. Periit verbum, unde pendebant accusativi *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ Φίλον*. Olim Wolfius coniecit post *ὑμῖν* excidisse *ἕξειν*. Alio meliore verbo erat utendum Nondum me poenitet supplevisse *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ Φίλον ὑμῖν* ΝΟΜΙЄΙΝ

ὀμωμοκότας. Certum enim in ea re et constans dicendi genus est *τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν καὶ φίλον νομίζειν*. Multa exempla collegimus in *Nov. Lectt.* pag. 519. ad locum Xenophontis in *Anabasi* II. 5. 39. *ὀμόσαντες ἡμῖν τοὺς αὐτοὺς φίλους καὶ ἐχθροὺς νομιεῖν*. In singulari numero dixit Aeschines in *Ctesiph.* § 100. *πρέσβεις οἵτινες δεήσονται τὸν αὐτὸν Ἀθηναίοις φίλον καὶ ἐχθρὸν νομίζειν*.

Pag. 200. 22. *οὐχ ὅ τι τις κατηγορήσει τούτων — χαλεπὸν εὑρεῖν, ἀλλ' ἀφ' ὁποίων λόγων — ἐπανορθώσεταί τις ἃ νῦν οὐκ ὀρθῶς ἔχει [τοῦτ' ἔργον εὑρεῖν]*. Quae auris haec ferre potest? Quis nostrum ita scripsisset? Remove igitur emblema tam inutile quam molestum.

ΥΠΕΡ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΩΝ.

Pag. 202. 10. *εἴ τις αὐτῶν ἀφέλοι τὸ γιγνώσκεσθαι καὶ τὸ τῇ φωνῇ λέγειν Ἀττικῶς, πολλοὺς ἂν οἶμαι τοὺς μὲν Ἀρκάδας, τοὺς δὲ Λάκωνας αὐτῶν εἶναι νομίσαι* Vivo Demosthene nemo Graecorum *ἔλεγεν Ἀττικῶς*. Athenienses *ἔλεγον ἀττικιστί*. Hoc ipsum reponi oportere diligenter ostendi in *Nov. Lectt.* pag. 100. Quamquam res satis manifesta est tamen vix quisquam, opinor, mihi esset assensus, nisi testem veterem produxissem. Collegit nescio quis *Προοίμια* maximam partem ex Demosthene sumta et in Demosthenis Codices recepta. Ducta sunt ex libris pervetustis et complures bonas lectiones sola servant, ut h. l. *τὸ τῇ φωνῇ λέγειν ἀττικ*ΙϹΤΙ pag. 1424.

Pag. 203. 5. *Λακεδαιμονίους δὲ εἰ ποιήσονται τὴν Ἀρκαδίαν ὑφ' ἑαυτοῖς καὶ Μεγάλην πόλιν* ΑΙ*ρήσουσι πάλιν ἰσχυροὺς γενήσεσθαι*. Haec est vulgata lectio *αἱρήσουσι*, pro qua S optime Ἀ*Ν*αιρήσουσι servavit. Perverse enim dicitur: *si Arcadiam subegerint* ET *Megalopolim ceperint*, quoniam nisi capta Megalopoli Arcadia potiri non poterant: sed Arcadia capta Megalopolin *delere* et *solo aequare* volebant, *ἀναιρεῖν καὶ διοικίζειν κατὰ κώμας*, ut olim Mantineam. Audi ipsum pag. 210. 4· *ἐὰν μὲν* Ἀ*Ν*αιρε*θῶσι καὶ διοικισθῶσιν (οἱ Μεγαλοπολῖται) ἰσχυροῖς Λακεδαιμονίοις εὐθὺς ἔστιν εἶναι*. Eadem opera in Argumento orationis sive Li-

banii est sive cuiuscumque repone cum Dindorfio μὴ περιορᾶν ᾿ΑΝαιρεθεῖσαν Μεγάλην πόλιν.

Pag. 204. 14. νῦν μὲν – δόξετε – τὴν εἰρήνην σπουδάζειν εἶναι βεβαίαν ὑπὲρ ἧς [ἐκινδυνεύσατε] καὶ παρετάξασθε. Acute vidit Dobraeus dixisse Demosthenem: ὑπὲρ ἧς ΚΑΙ παρετάξασθε, et peridoneis exemplis hoc dicendi genus illustravit. Nihil interest inter παρατάττεσθαι, κινδυνεύειν et μάχεσθαι: itaque frigidum est et Demosthene indignum haec componere in eo loco ubi nihil est cur quis excandescat et aestu dicendi rapiatur.

Bis vocula νῦν importune inserta est pag. 204. 23 εἰ δὲ τοὺς βοηθήσαντας ἂν ἡμῖν [νῦν] ἐπ᾿ αὐτὸν ἐχθροὺς κτησόμεθα. et pag. 204. 26. τὸ δ᾿ ἐχθροὺς ἡμῖν Λακεδαιμονίους ἔσεσθαι [νῦν] ἐὰν ποιώμεθα συμμάχους τοὺς ᾿Αρκάδας κτέ. Ponitur νῦν in oppositione (νῦν — τότε) sive ea diserte expressa est, sive ex contexta oratione sponte intelligitur. Alterum νῦν Dobraeus expunxit, prius incerta sede per libros volitans perinde delendum.

Pag. 204. 27. — μόνοις οὐδ᾿ εἰπεῖν ἐξεῖναι νομίζω τοῖς πείσασιν ὑμᾶς ὅτ᾿ ἐκινδύνευον Λακεδαιμόνιοι βοηθεῖν [αὐτοῖς]. Languidum et prorsus inutile αὐτοῖς in margine Codicis S appositum tolli oportet. Praeterea eam sedem occupat quam nullo modo huiuscemodi pronomina omni vi destituta apud bonum scriptorem obtinere possunt.

Pag. 205. 2. ἔπεισαν ὑμᾶς πάντων Πελοποννησίων ἐλθόντων ὡς ὑμᾶς καὶ μεθ᾿ ὑμῶν ἀξιούντων ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἰέναι, τούτους (male ex S receptum τοὺς) μὲν μὴ προσδέξασθαι (καὶ διὰ τοῦθ᾿ ὅπερ ἦν ὑπόλοιπον αὐτοῖς ᾿ΕΠΙ Θηβαίους ἦλθον κτέ. Mendosum est ἐπὶ Θηβαίους ἦλθον. Sexcenties ἰέναι ἐπί τινα apud omnes legitur significans semper idem *aggredi*, *adoriri aliquem*, *in aliquem impetum facere*, ut in hac ipsa oratione pag. 204. 3. ταύτην ἂν ἕλωσιν ἴασιν ἐπὶ Μεσσήνην. et in hoc ipso loco ἐπὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἰέναι. Dici potest πρὸς Θηβαίους, παρὰ Θηβαίους, ὡς Θηβαίους, sed ἐπὶ Θηβαίους eo sensu dici non potest.

Pag. 205. 8. οὐδ' ἂν ὑμεῖς ἠθελήσατε δήπου σώζειν αὐτοὺς εἰ τοῦτο προὔλεγον ὑμῖν ὅτι σωθέντες ἐὰν μὴ ποιεῖν ὅ, τι βούλονται (S. βούλωνται) πάλιν αὐτοὺς ἐᾶτε [καὶ ἀδικεῖν], οὐδεμίαν ὑμῖν χάριν ἕξουσι τῆς σωτηρίας. Emenda ποιεῖν ὅ, τι ''AN βούλωνται. Saepissime ἂν incertum qua de causa in Codice S omittitur. In ipso limine offendit scribens ἐπὶ πολλῶν, ὦ ἄνδρες pro ἐπὶ πολλῶν ''AN. Animose et odiose dicitur ὅ, τι ἂν βούλωνται de iis, qui ex sua libidine *facinus quodlibet* perpetrant, itaque miror quo pacto manifestum emblema καὶ ἀδικεῖν acutos Dobraei oculos (nam caeteri non sunt admodum suspicaces aut libris nimium credunt) effugere potuerit. Vertat mihi aliquis locum Demosthenis in linguam suam et sentiet se ea verba retinere non posse. Quod enim semel recte et acriter enunciatum est idem insulse et inficete languidiore verbo repetitum in suis verbis non feret: idque Demosthenem tulisse putemus!

Videmus ἂν male omissum, ostendam et vitiose additum pag. 1041. 21. ποιεῖ ὅ τι ἂν βούληται οὐχ ὅ τι ''AN οἱ νόμοι κελεύωσιν. S κελεύουσιν, optime, at tu dele ἄν, quod non fert sententia, quoniam legum praecepta non sunt indefinita.

Pag. 205. 20. εἰ [συμμάχους ποιησόμεθα 'Αρκάδας ΚΑΙ] ταῦτα πράξομεν, μεταβάλλεσθαι δόξει καὶ οὐδὲν ἔχειν πιστὸν ἡ πόλις. Nunc quidem Dobraeus vigilavit et alienum pannum resecandum esse verbulo monere satis habuit. Et est, credo, res satis manifesta nec multis verbis indiget. Paullo ante dixerat Orator pag. 205. 14. τὸ τοὺς 'Αρκάδας ἡμᾶς συμμάχους ποιήσασθαι, nunc de eadem re dicit: εἰ ταῦτα πράξομεν. Addidit aliquis puerilia haec συμμάχους ποιησόμεθα 'Αρκάδας, quae in alienissimam sedem irrepserunt, quoniam ΚΑΙ ταῦτα πράξομεν sic plane sensu vacuum est. Sed ut in re perspicua parco verbis.

Nonnumquam Codex S nos fallit et pro vera lectione vitiosam exhibet neque Editores satis hoc agunt et caecum ducem sequuntur. Est in omnibus libris pag. 206. 2. haec optima lectio: Φανήσεται τὰ πράγματα διὰ τοὺς 'ΑΕΙ πλεονεκτεῖν βουλομένους μεταβαλλόμενα, οὐχ ἡ πόλις ἡμῶν. Solus S dissentit et ἀεὶ διὰ τοὺς exhibet ordine vitioso, quod male receptum est. Saepe ἀεί sic post articulum collocatum etiam in S mutat sedem.

Iterum fallit S in vicinia pag. 206. 9. *ὀψὲ γὰρ ἂν Φιλάνθρωποι γένοιντο*. Incongruum est *γένοιντο*: ridens enim hoc dicit: *nam sero quidem haec* ESSET NATA *benignitas*, non NASCERETUR. Itaque revocandum quod est in aliis omnibus: *Φιλάνθρωποι γεγονότες εἶεν*.

Postquam enumeravit civitates Graecas, quibus Spartani gratificati essent, ita pergit pag. 206. 12. *ἵν' ἐπειδὰν ἴωσιν ἐπὶ Μεσσήνην αὐτοὶ συστρατεύωνται πάντες [αὐτοῖς] οὗτοι καὶ βοηθῶσι προθύμως*. Resecto *αὐτοῖς* locus est sanus et integer.

Sequitur *ἢ δοκῶσιν ἀδικεῖν περὶ ὧν ἔφασαν ἕκαστοι σφῶν αὐτῶν εἶναι συμψήφους λαβόντες ἐκείνους μὴ τὴν ὁμοίαν αὐτοῖς [χάριν] ἀποδιδόντες*. Est aliquid inter *parem gratiam referre* et *par pari referre*. Illud Graece dicitur *ἀντιχαρίζεσθαι*. hoc *τὴν ὁμοίαν ἀποδιδόναι*, quod quia in utramque partem trahi potest aliud quid quam *χάριν* est cogitando supplendum. Herodotus IV. 119. *ὑμεῖς ἐπεκρατέετε Περσέων καὶ ἐκεῖνοι τὴν ὁμοίην ὑμῖν ἀποδιδοῦσι*. VI. 21. *παθοῦσι δὲ ταῦτα Μιλησίοισι πρὸς Περσέων οὐκ ἀπέδοσαν τὴν ὁμοίην Συβαρῖται*. VI. 62. *τὴν ὁμοίην διδόναι*, et post pauca: *τὴν ὁμοίην ζητέων Φέρεσθαι παρ' ἐκείνου*. Eodem modo dicitur *societatem iungere ἐπ' ἴσῃ τε καὶ ὁμοίῃ*, et frequens in Attica quoque *ἐπ' ἴσης*. Iubebimus igitur sciolum suum *χάριν* sibi habere.

Plane assentior Dobraeo pag. 206. 16. *ἐγὼ δὲ νομίζω τὴν πόλιν καὶ χωρὶς τοῦ καθυφεῖναί τινας Λακεδαιμονίοις ['Αρκάδων] 'Ωρωπὸν ἂν κομίσασθαι*. evidens additamentum expellenti. „*imo de Messeniis agitur*". inquit. Vide et absonam compositionem *τινὰς Λακεδαιμονίοις 'Αρκάδων*.

Non inutile est animadvertere sciolorum emblemata passim meliorum librorum testimoniis damnata. Est luculentum exemplum in vicinia pag. 206. 18. *καὶ μετ' ἐκείνων, ἂν τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλωσι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων*. Annotaverat aliquis in margine *μετ' ἐκείνων* esse *βοηθούντων (ἐκείνων)*. Recte quidem quisquis est, sed quis tandem talia nescit? Nunc in omnibus libris praeter S legitur: *καὶ μετ' ἐκείνων, ἂν τὰ δίκαια ποιεῖν ἐθέλωσι βοηθούντων καὶ μετὰ τῶν ἄλλων*.

Pag. 206. 26. *οὐ γὰρ ἂν ἡγοῦμαι περὶ τούτου μόνον ἡμῖν εἶναι τὸν λόγον πρὸς ἐκείνους. ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι· περὶ πολλῶν δ' ἂν οἶμαι κίνδυνον ἡμῖν γενέσθαι.* Qua usus erat vehemens orator *ἀποσιωπήσει*, eam et scribae et editores prorsus obscurarunt. Scribe: — *ἡμῖν εἶναι τὸν λόγον πρὸς ἐκείνους·* – – – –, tum post breve silentium: *ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι.* ut in oratione *pro Corona.* pag. 226. 18. *ἀλλ' ἐμοὶ μέν* – – – –, *οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν ἀρχόμενος τοῦ λόγου.* Demosthenes igitur quum dixisset: *ἀλλ' ἐάσω τό γ' ἐπελθὸν εἰπεῖν μοι*, et sic gravissimi periculi et discriminis de salute suspicionem in civium animis movisset, verbum amplius non addidit et transiit ad aliud argumentum. Tum pro Demosthene sero nati magistelli sententiam ab eo de industria silentio oppressam de suo supplentes adscripserunt: *περὶ πολλῶν δ' ἂν οἶμαι κίνδυνον ἡμῖν γενέσθαι.* Frustra in his Dobraeus *περὶ πολλοῦ* coniecit: una litura haec omnia deleri oportet multis post Demosthenem saeculis interpolata ab eo, qui ne intellexerat quidem id quod summus orator *ἐναργέστατα* expresserat.

Pag. 207. 2. *βουλομένων δὲ γενέσθαι φίλων [αὐτῶν] ἵνα τοὐναντίον εὖ ποιῶσιν ἡμᾶς βασκαίνειν καὶ σκοπεῖν ἐξ ὅτου τρόπου μὴ γενήσονται.* Pronomen *αὐτῶν*, quod boni scriptores in huiuscemodi loco solent omittere, eo loco positum est ut vel hoc indicio spurium et insiticium esse patefiat.

Sequitur pag. 207. 5. *καὶ μὴ γιγνώσκειν ὅτι ὅσῳ ἂν σπουδαιοτέρους τούτους περὶ Θηβαίους γεγενημένους ἀποδείξωσι τοσούτῳ πλείονος ὀργῆς αὐτοὶ δικαίως ἂν τυγχάνοιεν εἰ τοιούτων συμμάχων τὴν πόλιν [ὅτ' ἐφ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθον ἢ Θηβαίους] ἀπεστέρησαν.* Scio esse quibus non facile persuadeatur praeclaras Demosthenis orationes futilibus futilium hominum annotatiunculis esse deformatas, sed nunc mihi dari velim quantumvis pertinacem vulgatae scripturae defensorem ac vindicem, sed eundem Graece scientem et iudicandi facultate praeditum, et magna me spes tenet fore ut eum in meam sententiam pertraham futili Graeculo deberi verba *ὅτ' ἐφ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθον ἢ Θηβαίους.* Primum mihi animadvertito quam importuno loco sint interposita ut arctissime coniungenda *εἰ τοιούτων συμμάχων τὴν πόλιν ἀπεστέ-*

ρησαν ineptissimum in modum dirimant. Praeterea cogitato ex superiore loco pag. 205. 2. esse repetita, ubi dixerat: *Peloponnesii omnes (Arcades, Argivi, Elidenses) ad societatem vobiscum ineundam venerant, sed reiecti et spreti, quod unum erat reliquum, ad Thebanos se contulerunt.* Denique spectato mihi quam male Graece haec enunciata sint: ἐφ' ὑμᾶς προτέρους ἦλθον ἢ Θηβαίους, quum vellet dicere ὡς ὑμᾶς ἦλθον πρότερον εἶθ' ὅτε οὐδὲν αὐτοῖς προσείχετε πρὸς τοὺς Θηβαίους ἐτράποντο. His igitur omnibus de causis manifestum emblema auctori suo relinquamus.

Vehementer mihi de vitio suspecta sunt quae sequuntur pag. 207. 10. ἀλλ' οἶμαι ταῦτα μέν ἐςι δεύτερον ἀνθρώπων βουλομένων ἑτέρων ποιῆσαι τούτους συμμάχους. Primum δεύτερον quid sit non exputo. Aiunt esse pro τὸ δεύτερον. Ne sic quidem intelligi potest. Reliqua sic composita sunt ut vix semel iterumque relectis quasi per transennam dispicias quid tandem dicatur, et hunc ferme ordinem verborum institui debere suspiceris βουλομένων τούτους (οὐχ ἑαυτῶν ἀλλ') ἑτέρων συμμάχους ποιῆσαι. Haec autem tanto opere a Demosthenis stilo diversa sunt, ut etiamsi corrigere nequeas, hoc unum tamen sat scias longe aliud ab Oratore dictum et scriptum olim fuisse.

Pag. 207. 30. Ἡδέως δ' ἂν πυθοίμην τῶν λεγόντων καὶ τοὺς Θηβαίους μισεῖν φασκόντων καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους πότερα ἑκάτεροι μισοῦσιν οὓς δὴ μισοῦσιν ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν ἢ ὑπὲρ μὲν Λακεδαιμονίων Θηβαίους, ὑπὲρ δὲ Θηβαίων Λακεδαιμονίους ἑκάτεροι. Misere prima pars huius loci vexata est sed sententia Oratoris tam perspicua est et aperta, ut statim antiqua scriptura pelluceat, quae haec est: ἡδέως δ' ἂν πυθοίμην ΚΑΙ τῶν τοὺς Θηβαίους μισεῖν φασκόντων καὶ τῶν τοὺς Λακεδαιμονίους πότερα ἑκάτεροι μισοῦσιν κτἑ. Eadem fere ratio Schaefero placuit, neque ulla datur optio.

Pag. 208. 18. τὰς μὲν Θεσπιὰς καὶ τὸν Ὀρχομενὸν καὶ τὰς Πλαταιὰς κατοικίζεσθαι φῶμεν δεῖν καὶ συμπράττωμεν αὐτΟΙC καὶ τοὺς ἄλλους ἀξιῶμεν. Nihil esse potest certius quam Demosthenem dixisse συμπράττωμεν αὐτΟΙ καὶ τοὺς ἄλλους ἀξιῶμεν, quam lectionem ex Feliciano Dobraeus protulit. Non laudo

Dindorfium, qui quum plurimas veteres annotationes ad Demosthenem taediosas ac nemini quidquam profuturas recoxerit, bonam partem eorum, quae unus omnium longe praestantissimus Dobraeus bonae frugis plena annotavit, silentio praeteriit, ut h. l. evidentem Dobraei emendationem ne commemorat quidem, sed ex Schaeferi Apparatu apponit: „ἀξιῶμεν] *subaudi* συμπράττειν." quo quid puerilius?

Pag. 208. 23. ἐπὶ τῇ προφάσει τῇ Πλαταιῶν καὶ Θεσπιῶν. Codex S τῆι πλατεων καὶ θεσπιων, in caeteris plerisque πλαταιέων et θεσπιέων scribitur. Plurimae formae veteres Atticae in S quoque ad Graeculorum συνήθειαν deformatae leguntur. Nomina in -εύς praecedente vocula aut diphthongo -αεύς, -αιεύς, -ιεύς, -οεύς in Attica *perpetuo* contrahebantur. Dicebant Πλαταιῆς, Πλαταιῶν et Πλαταιᾶς, Στειριῶς, Στειριᾶ, Λευκονοῶς, Λευκονοᾶ, Κυδαθηναιῶς, Κυδαθηναιᾶ similiterque in similibus omnibus. Fere semper Codices exhibent formas Graeculorum resolutas. Deprehenditur fraus multis modis: aut enim vetusta scripturae menda intus servant formas veteres, aut confundunt scribae Πλαταιαί et Πλαταιεύς, Θεσπιαί et Θεσπιεύς. ut h. l. ἐπὶ προφάσει τῇ ΠΛΑΤΑΙΩΝ καὶ ΘЄCΠΙΩΝ *urbium* nomina sunt, non *civium*. Tamen Πλαταιέων et Θεσπιέων substituerunt. Quam nihil scribae cogitent ostendit πλατεων. In his omnibus correctores omnes, veteres ac novi, dormiunt. Harpocration v. Π α ι α ν ι ε ῖ ς: „ — Δημομέλη τὸν Παιανιέα." Δίδυμος γραπτέον εἶναί φησι Παιανέα χωρὶς τοῦ I. Absurdum vitium Dindorfio imposuit. Lege Παιανιᾶ χωρὶς τοῦ Є. Etiam hodie ubique vitiose Παιανιέα et similia omnia scribi solent, credo, *propter fidem veterum membranarum*, quae in his tantum non ubique vitiatae sunt.

Pag. 209. 6. οἱ δέ φασι μὲν αὐτοῖς οὐκ εἶναι ςήλας ἀλλὰ τὸ συμφέρον εἶναι τὸ ποιοῦν τὴν φιλίαν. Pessime mulcatus locus est ut absurda loqui Demosthenes videatur. Non poterant negare Megalopolitani esse apud se ςήλας de more positas, in quas leges foederis incisae essent: idque et per se perspicuum est et confirmat Demosthenes statim dicens de iisdem: φημὶ δεῖν τούτους ἀξιοῦν καθαιρεῖν τὰς ςήλας, id est Thebanis foedus et socie-

tatem renunciare. Sed quamquam verba corrupta sunt sententia tamen facile apparet, quam primus perspexit Dobraeus: „*olim correxi* (inquit), φασὶν οὐ ϛήλας ἀλλὰ — *deleto scholio.*" Assentitur Dindorfius neque ego dissentio, nisi quod articulum additum oportere arbitror. Dixerat Orator: δεῖν ΤΑϹ ϛήλας καθελεῖν αὐτοὺς τὰς πρὸς Θηβαίους. Itaque pergit dicere: οἱ δέ φασιν οὐ ΤΑϹ ϛήλας ἀλλὰ ΤΟ συμφέρον εἶναι τὸ ποιοῦν τὴν φιλίαν.

Pag. 209. 19. εἰ μὴ ἐθελήσουσιν ἄγειν εἰρήνην οἱ Λακεδαιμόνιοι δῆλοι δήπου πᾶσιν ἔσονται οὐχ ἵνα Θεσπιαὶ κατοικισθῶσι [μόνον] ποιούμενοι τὴν σπουδὴν, ἀλλ' ἵνα τοῦ πολέμου περιεϛηκότος ΘηβαίΟΙϹ τὴν Πελοπόννησον ὑφ' ἑαυτοῖς ποιήσωνται. Additum μόνον sententiam loci plane pervertit: eo *praetextu* Lacedaemonii utebantur: Thespias instaurari nil morabantur, sed Peloponneso potiri cupiebant. Praeterea corrigendum: περιεϛηκότος ΘηβαίΟΥϹ, nempe περιεϛάναι sive proprie sive figurate significat *ab omni parte* cingere, circumdare, urgere, imminere *accusativum* postulat.

Pag. 210. 4. ἐὰν μὲν ἀναιρεθῶσιν — ἐὰν δὲ σωθῶσιν ἌΡΑ, et similiter post pauca: ἂν μὲν καταπολεμηθῶσιν οἱ Θηβαῖοι — ἂν δ' ἀνενέγκωσιν ἌΡΑ, et iterum ἂν ἌΡΑ σωθῶσιν. operae pretium est videre quam notionem appositum ἄρα sententiae addat. Nempe adiectum ἄρα indicat rem perincertam et parum probabilem esse videri, ut ἐὰν σωθῶσιν ἄρα significet: si salvi fuerint, *quod ego futurum non arbitror sive quod non est veri simile fore.* Ponamus eos salvos fore *quamquam id non esse expectandum puto.* Propterea addidit: ἐὰν δὲ σωθῶσιν ἄρα, ὡς ἤδη τι καὶ παρ' ἐλπίδας ἐξέβη.

In his ipsis latet foedum emblema pag. 210. 15. ἂν δ' ἀνενέγκωσιν ἄρ' οἱ Θηβαῖοι [καὶ σωθῶσιν] ἀλλ' οὖν ἀσθενέϛεροι γ' ἔσονται. Dissentiunt libri: in S est καὶ σωθῶσιν, in caeteris melioribus καὶ σωθῶσι καὶ μὴ πέσωσιν. Omnia haec spuria et insiticia sunt. Quid esset ἀνενέγκωσιν in margine interpretabantur et de more glossemata haec in textum se insinuarunt. Praecedit: ἐὰν δὲ σωθῶσιν ἄρα, sequitur: ἂν ἄρα σωθῶσιν, et variandae orationis causa ἀνενεγκεῖν (*emergere*) eodem sensu quo σωθῆναι positum est. Ecquis igitur serio credit ἂν δ' ἀνενέγκωσι

καὶ σωθῶσιν a bono scriptore dici potuisse? ne a malo quidem, ut ego arbitror.

Pag. 210. 18. *ἡμῖν συμμάχων γεγενημένων τῶνδε καὶ δι' ἡμᾶς σεσωσμένων.* In S diserte scriptum vidi Fol. 527 verso: *δι' ἡμᾶς σεσωμένων* (non *σεσωσμένων*). Esse hanc veterem Atticam formam ostendimus ad Platonis *Critiam* Mnemos. 1875. pag. 190.

Sequitur: *ὥςε πανταχῇ συμφέρει μήτε προέσθαι τοὺς 'Αρκάδας μήτε δι' αὐτοὺς περιγεγονέναι δοκεῖν.* Dobraeus *προεῖσθαι* corrigebat, sed passivum praesens *προΐεσθαι* est melius. Saepe haec inter se misceri supra ostendimus.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟΣ 'ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

Pag. 212. 16. *οἶμαι δ', εἰ ἦσαν κατὰ τὸν νυνὶ χρόνον οἱ Πεισιςρατίδαι καί τις ἐβιάζετο κατάγειν αὐτοὺς ἁρπάσαντας ἂν ὑμᾶς τὰ ὅπλα πάντα κίνδυνον ὑπομεῖναι ἀντὶ τοῦ ΠΑΡΑδέξασθαι.* Quisquis haec scripsit, Hyperides an quis alius, scripserat *ἀντὶ τοῦ ΚΑΤΑδέξασθαι.* Quemadmodum enim *κατάγειν* et *κατιέναι* sexcenties apud omnes *de exulibus* ponuntur, sic civitas quae exules *recipit* certo et proprio usu dicitur eos *ΚΑΤΑδέχεσθαι.* Multa sunt huius usus apud Oratores et alios exempla.

Pag. 213. 17. *διὸ καὶ κατάγειν τὸν 'Αλέξανδρον αὐτούς.* Imo vero *καταΓΑΓεῖν.* Passim haec confusa videbis, etiam in hoc ipso loco pag. 213. 14. *πολεμίῳ χρησόμεθα τῷ καταΓΑΓόντι*, S *κατάγοντι* vitiose, ut vides. cf. et pag. 213. 27.

Mendum sexcenties alibi sublatum pertinaciter haesit pag. 216. 21. *πῶς δεῖ χρῆσθαι τοῖς δεσποτικῶς καὶ ἀσελγῶς διακειμένοις καὶ διὰ τέλους τὰ μὲν ἐπιβουλεύουσι, τὰ δὲ ΠΡΑττουσι καὶ καταγελῶσι τῆς κοινῆς εἰρήνης.* Sine mora corrige: *τὰ δὲ ΠΡΟΣΤάττουσι.* Paullo ante legitur pag. 216. 11. *ἐκ προστάγματος ἄλλους κατήγαγεν*, ubi liber unus *πράγματος* habet, sed correctum.

Pag. 216 28. *κἂν μέν τι ᾖ πρὸς τῶν ἐχθρῶν [κατὰ τῆς πόλεως] ἐν τοῖς ὅρκοις, τοῦτο μὲν ἰσχυρὸν ἀεὶ ποιήσουσιν· ἐὰν δέ τι*

ἡμέτερον ἢ [κατ' ἐκείνων] ἅμα δίκαιον καὶ συμφέρον κτέ. Male ex superiore loco repetitum est κατὰ τῆς πόλεως. Si quid est πρὸς τῶν ἐχθρῶν non attinet dicere id esse κατὰ τῆς πόλεως. Eadem de causa κατ' ἐκείνων delendum.

Pag. 217. 4. οὐδεὶς ὑμῖν ἐγκαλέCΕΙ ποτὲ τῶν Ἑλλήνων — ἀλλὰ καὶ χάριν ἕξουσιν. Athenienses non alia forma futuri utuntur quam contracta καλῶ, συγκαλῶ, ἐπικαλῶ, ἐγκαλῶ, Graeculi contra καλέσω et ἐγκαλέσω et similia dicebant. Obtrudunt igitur antiquis suam συνήθειαν ubi intelligebant καλῶ esse futurum, ut h. l. ἐγκαλεῖ - ἕξουσιν, sed multi loci sunt ubi nisi hoc agas futurum non statim agnoveris. Haec igitur intacta ex illorum manibus elabuntur. vid. pag. 59. 1. δεινὸν εἴ τις ἐγκαλεῖ, futurum est ut pag. 203. 18. δεινὸν εἰ - αἱρησόμεθα, et passim. Scribis nil subolet et ἐγκαλεῖ in tuto est. Evasit προκαλεῖσθε pag. 458. 25. et συντελεῖ pag. 465. 2. et sic alibi plura.

Pag. 219. 20. ᾤοντο ἅμα τε ναυπηγήσεσθαι ἐνταῦθα καὶ πληρώσεσθαι — ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις διειρημένΟΥ μηδὲν τούτων εἰσδέχεσθαι. Quis non mihi concedet olim διειρημένΟΝ scriptum fuisse? Mirum est quam saepe talia imperiti Graeculi temeraverint. Mirum etiam est Editores tam saepe in talibus alias res agere. Unum nunc proferam pag. 941. 20. οὗτοι δ' οἱ μιαρώτατοι ἀνθρώπων ἁπάντων γεγραμμένΟΥ διαρρήδην ἐν τῇ συγγραφῇ Ἀθήναζε πάλιν ἥκειν τὰ χρήματα εἰς Χίον ἐπέτρεψαν καταχθῆναι. Corrig. γεγραμμένΟΝ διαρρήδην, QUUM ESSET *diserte scriptum*. Plura alias.

HIPPOCRATES.

(Tom. III. pag. 11. Ermer.).

Χρὴ δὲ διὰ τρίτης ἐρείδειν τοῖσι νάρθηξι — οὕτω τῇ γνώμῃ ἔχοντα ὡς οἱ νάρθηκες φυλακῆς εἵνεκα τῆς ἐπιδέσιος προσκέΩνται ἀλλ' οὐ τῆς πιέξιος εἵνεκεν ἐπιδέωνται. Leg. οὕτω ΤΗΝ γνώμΗΝ ἔχοντα ὡς — προσκέΟνται — ἐπιΔΕΔΕνται. Namque οὕτω τὴν γνώμην ἔχοντα est οὕτω γιγνώσκοντα, οὕτως ὑπολαμβάνοντα; itaque ὡς = ὅτι indicativum postulat. Ἐπιδέδενται est in libris tantum non omnibus.

DE LACINIIS ANTIQUISSIMI CODICIS STRABONIS NUPER REPERTIS.

Nuperrime prope Romam reperta sunt folia quaedam palimpsesta perantiqui Codicis Straboniani litteris uncialibus exarati, de quo nonnulla retulit GIUSEPPE COZZA monachus Basilianus in libello inscripto *„Dell' antico Codice della Geographia di Strabone scoperto nei Palimsesti della Badia di Grottaferrata."* Pervenit in meas manus libellus quum totus essem in Strabonis lectione et emendatione, et sane magnam mihi movit exspectationem, sed (dicam enim candide et libere quod sentio) magna spe excidi, namque *ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς ἀναπέφηνεν.*

Equidem Editorem GIUSEPPE COZZA bonum virum et bonum monachum esse lubens credo, sed immemorem eum esse video veteris proverbii:

ἕρδοι τις ἣν ἕκαςος εἰδείη τέχνην.

quam quisque norit artem in hac se exerceat.

Plane enim impar et imparatus ad haec studia accessit (ut olim INVERNIZZI illotis manibus Aristophanis Codicem Ravennatem contrectavit), neque tantum Graece non satis peritus est, sed iudicandi de his rebus facultatem nullam habet. In iis quae ex uno alteroque folio Codicis descripsit non tantum nihil fere est quod Straboni prosit, sed menda tam multa et tam inepta insunt ut tali auxilio carere sit melius. Atque haec se in lucem edere scribit *„perchè dal clero d' Italia si concorresse anche con questa singolare novità alla prossima Esposizione Geographica mondiale di Parigi."* Si quid illi credimus: *„questa scoperta dovrà esser salutata come uno dei più nobili acquisti per*

il patrimonio della geografia, dell' archeologia, della letteratura et della storia."

Quid dignum tanto tulit hic promissor hiatu?

Meram hanc esse — dicamne ἀλαζονείαν an εὐήθειαν? — faciam ut suo quisque iudicio constituere possit. Quod autem maxime scire cupias, quot supersint veteris libri folia et quae partes aut particulae Straboniani operis in iis contineantur, de ea re verbum nullum facit, sed brevem locum ex initio libri IX et paginam tripartito divisam ex libro VIII describere satis habuit. Uterque locus praeter lacunam in priore latentem, de qua infra dicemus, satis emendate in optimo Codice Parisino A. scriptus est et fere sine ulla offensione legitur. Itaque non est magno opere mirandum nihil propemodum ex vetusto libro palimpsesto prodiisse, quod aliquem habeat usum aut aliquo nomine sit memorabile, multoque magis mirari oportet Codicem tam antiquum mendis et erroribus tam putidis esse coopertum. Sed, ut ipse iudicare possis, describam duo fragmenta ab Editore ex omnibus delecta. Ordiar ab initio libri IX. Non utar litteris quadratis sive uncialibus nisi γεύματος χάριν aut in scriptura incerta et ambigua, in caeteris sequar eum morem, quo nunc omnes in scribendo uti solemus.

ϹΤΡΑΒΩΝΟϹ

Θ

ΠЄΡΙΩΔЄΥΚΟϹΙΔЄΤΗ̄
ΠЄΛΟΠΟΝΝΗϹΟΝ
ΠΡΩΤΟΝЄΦΑΜЄΝ
ΚΑΙЄΛΑΧΙϹΤΗΝΤΩ̄
ϹΥΝΤЄΘЄΙϹΩΝΤΗΝ
ЄΛΛΑΔΑΚЄΡΡΟΝΗϹΩ̄
ἐφεξῆς ἂν εἴη τὰς
συνεχεῖς ἐπελθεῖν.
ἦν δὲ δευτέρα μὲν
ἡ προστεθεῖσα τῆι
Πελοποννήσωι τὴν
Μεγαρίδα, τριτΗΝ

ΔΗ (ε) ταύτην⁚ προσλαμ
βάνουσιν τὴν Ἀτ
τικὴν καὶ τὴν Βοι
ωτίαν καὶ τῆς Φω
κίδος τι μέρος καὶ
τῶν Ἐπικνημιδί
ων Λοκρῶν ὥςε

ex libro VIII

columna I

ΠΛΕΟΝΑΚΙCΔΕΠ(ολε)
ΜΗCΑΝΔΙ(α τας απο)
CΤΑCΕΙC ΤΩΝ ΜΕCCΗ
νίων. τὴν μὲν οὖν
πρώτην κατάκτη
σιν (αὐτῶν) Φησὶν
Τυρταῖος ἐν τοῖς
ποιήμασιν αὐτῶν
κατὰ τοὺς τῶν πα
τέρων πατέρας γε
νέσθαι. τὴν δὲ δευ
τέραν καθ' ἣν ἑλό
μενοι συμμάχους
Ἀργείους τε καὶ Ἠ
λείους καὶ Πισά(τας)
ἀπέ ςησαν ΤΑC Ἀρκά
δων μὲν Ἀριςοκρά
τη τὸν Ὀρχομεν(ί)ων
βασιλέα παρεχομέ
νων στρατηγόν,
Πισατῶν δε Παντα
λέοντος (α) τὸν Ὀμφα
λίωνος ἡνίκα Φη
σὶν αὐτὸς στρατη
γῆσαι τὸν πόλεμ**
ΟΝ τοῖς Λακεδαιμο
νίοις. καὶ γὰρ εἶναι
Φησιν*) ΤΗΕΛΕΓΕΙΑ

*) (ἐκε)ΙΘΕΝ

ἣν ἐπιγράφουσιν
Εὐνομίαν· Αὐτὸς
>γὰρ Κρονίων καλ
>λιϛεφάνου πόσις
>Ἥρης Ζεὺς Ἡρακλεί
>δαις τὴν ΔΕΔΩΚΕ
>πόλι** ΙΑΜΑΠΡΟ
>λιπόντες Ἐρινεὸν
>ἠν(εμόε)ντα εὐρεῖ
>αν Π(έλο)πο(ς νῆ)σον

col. II

>ΑΦΙΚΕΜΕΘΑΩϹ (τε)
— — ΚΥΡ — — — —
— — — ΙΑ — — — —
— — — — — — — —
ΦΗϹΑΝΤ — — — —
ΤΕΚΑΙΑΦΙΔΝΑΙΟ(ν)
καὶ Καλλισθένει καὶ
ἄλλοις πλείοσιν τοῖς
εἰποῦσιν ἐξ Ἀθηνῶν
ἀφικέσθαι δεηθέν
των Λακεδαιμονί
ων ΠΡΟ ΤΑΤ
Τ ΠΑΡΑΘΗΝΑΙΩ̄
λαβεῖν ἡγεμόνα.
ἐπὶ μὲν οὖν Υ
τοῦ Τυρταίου ὁ δεύ
τερος ὑπῆρξεν πό
λεμος. τρίτον δὲ
καὶ τέταρτον συ
ϛῆναί φασιν (ἐν ὧι)
κατελύθησαν (παντε)?
ΛΕΩϹ οἱ Μεσσή(νιοι).
ὁ δὲ πᾶς παράπλους
ὁ Μεσσηνιακὸς ϛά
διοι ὀκτακ(όσιοί που)
κατακολπίζον(τι).

ἀλλὰ γὰρ (εἰς πλείω)
λό(γον τοῦ μετρίου)
πρό(ϊμεν ἀκολου)
θοῦντες (τῶι πλή)
θει τῶν (ἱστορου)
μένων (περὶ χώρας)
ἐκλελ(ειμμένης)
τῆς πλ(είστης, ὅπου)
γε καὶ (ἡ Λακω)νι(κὴ)
ΛЄΙΠ(ανδρεῖ κρινομέ)
νη (πρὸς) τὴν (πα)
(λαιὰν ε)ὐανδ(ρίαν)

column III

ἔξω γὰρ τῆς Σπάρ
της αἱ λοιπαὶ πολί
(χ)ναι τινές εἰσιν (πε)
(ρὶ τριάκο)ντα τ(ὸν)
ἀ(ρι)θμόν· τὸ δὲ πα
λαι(όν Φασιν ἑκα)
ΤΟΝΠΑ̊ΛΙ * ΑΥΤΗΝ
καλεῖσθαι καὶ τὰ ἑ
κατ(όμβ)αια (διὰ τοῦ)
το (θύεσθ)αι κατ' ἔτος
παρ' (αὐτ)οῖς. ἔστιν
δ' οὖν μετὰ τὸν Μεσ
σηνιακὸν κόλπ(ον)
ὁ Λ(α)κ(ω)νικ(ὸς) μετα
ξὺ Ται(νάρου κα)ὶ Μα
λ(εῶν ἐκκλίνων μι)
(κρὸν ἀπὸ μεσημβ)
(ρίας πρὸς ἕω. διέ)
(χουσιν δὲ σταδί)
(ους ἑκατὸν τριά)
(κοντα αἱ Θυρίδες)
(τοῦ Ταινάρου ἐν)
(τῶι Μεσσηνιακῶι)
(οὖσαι κόλπωι ῥο)

(ώδης κρημνός. τού)
ΤΩΝΔΤΠ(έρκειται)
τὸ Ταΰγετον. (ἔ)
στιν δ' ὄρος μικρ(ὸν)
(ὑ)πὲρ (τῆς) θαλά(ττης)
(ὑψηλόν) τε καὶ ὄρ(θι)
(ον συνάπτον κατὰ)
(τὰ προσάρ)κτια μ(έρη)
τ(αῖς 'Αρκ)αδικ(αῖς)
ὑπωρίαις ὥστε (κα)
(ταλεί)πεσθαι μετ(α)
(ξὺ α)ὐλῶνα καθ' (ὃν ἡ)
(Μ)εσσηνία (σ)υν(ε)
(χὴς ἐ)στι(ν τῆι).

ANNOTATIO.

Ad initium libri noni. vs. 2. Codex: *Πελοποννησονπρωτονεφαμεν.* Kramer. *Πελοπόννησον ἣν πρώτην ἔφαμεν.*

vs. 5. Cod. *συντεθεισων.* Kr. *συντιθεισῶν.*

vs. 6. Cod. *κερρονησων.* Kr. *χερρονήσων.*

vs. 10. Cod. *προστεθεισα.* Kr. *προστιθεῖσα.*

vs. 12. Cod. *τριτηνΔΗ* (correct. *δε*) *ταυτηνπροσλαμβανουσιν.* Kr. *τρίτη δὲ ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα.*

Ad locum ex libro VIII. cap. 10. pag. 362 Casaub.

Columna I.

vs. 7. Cod. *εντοισποιημασιναυτων.* Kr. om. *αυτων.* Fefellit hominem praecedens *κατακτ*HCINAYTΩN.

vs. 16. Cod. pr. manu *καιπισα(τασ)ςησαντασ.* Corrector addidit *απε* ut esset *απεςησαν*, et TAC expunxit. Kr. *καὶ Πισάτας ἀπέςησαν.*

vs. 17. Cod. *αριςοκρατη.* Kr. *'Αριςοκράτην.*

vs. 18. *τονορχομενων* (sic.) Kr. *'Ορχομενοῦ.* Melius est *'Ορχομενίων.*

vs. 22. prima manus dedit *πανταλεοντοσ*, corrector supra *οσ* posuit *α* et OC expunxit.

vs. 25. Cod. *στρατηγησαιτονπολεμ* * * ȮṄ. Male repetitum ON punctis notatum ut delendum.

vs. 27. Cod. *καιγαρειναιφησιν* (*εκειθεν* in marg. add.) *τηελεγεια*. Kr. *καὶ γὰρ εἶναί φησιν ἐκεῖθεν ἐν τῇ ἐλεγείᾳ*.

vs. 33. Cod. *ζευσηρακλειδαιστηνδεδωκε*. Kr. *τήνδε δέδωκε*.

us. 35. Cod. *πολι* * * ΙΑΜΑ*προλιποντες*. Kr. *πόλιν οἷσιν ἅμα προλιπόντες*.

Columna II.

vs. 1. Cod. ΑΦΙΚЄΜЄΘΑΩC
— - ΚΤΡ — — — —
— — Ι Α· — — — —
— — — — — — —
ΦΗCANT — — — —
ΤЄΚΑΙΑΦΙΔΝΑΙΟ(*ν*).

Kr. *ἀφικόμεθα. ὥστ' ἢ ταῦτα ἠκύρωται τὰ ἐλεγεῖα ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον τῷ Φήσαντι Ἀθηναῖόν τε καὶ Ἀφιδναῖον*. Pro *ἠκύρωται τὰ* in optimo libro est *ἠκύρωται ὄντα*, et fugit Editores egregia Porsoni emendatio (in *Advers.* pag. 39.) *ὥστε ταῦτα ἀκυρωτέον τὰ ἐλεγεῖα*. Fuerat ΑΚΤΡΩΤΑΙΟΝ *ε* et *αι* confusis.

Suspicor in antiquo libro hanc olim scripturam fuisse:

ΑΦΙΚΟΜΕΘΑΩΣΤΕ
*ηα*ΚΤΡ*ωτεον την*
*ελεγ*ΙΑΝ *η φιλοχο*
ρωι απιστητεον
ΦΗΣΑΝΤΙ *αθηναιον*

atque hanc ipsam esse Strabonis manum: *ὥστε ἢ ἀκυρωτέον τὴν ἐλεγείαν ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον Φήσαντι Ἀθηναῖόν τε καὶ Ἀφιδναῖον*.

vs. 10. Cod. *δεηθεντωνλακεδαιμονιων*ΠΡΟ** ΤΑΤΤ**παρχθηναιων*. Kr. *δεηθέντων Λακεδαιμονίων κατὰ χρησμὸν ὃς ἐπέταττε παρ' Ἀθηναίων*. Fuerat *προσέταττε* omisso *κατὰ χρησμὸν ὃς*.

vs. 15. Cod. *επιμενουν**** Τ*τουτυρταιου*. Kr. *ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Τυρταίου*. Videtur fuisse: *επιμενουν* ΑΤΤΟΤ*τουτυρταιου*.

vs. 18. Cod. *τριτονδεκαιτεταρτονσυστηναιφασιν*(*ενωι*)*κατελυθησαν*** ΛЄΩC*οιμεσσηνιοι*. Kr. *κατελύθησαν οἱ Μεσσήνιοι*. Editor coniecit (*παντε*)*λέως* et Strabonem induxit Ionice loquentem.

Fuerat *κατελυθησαν*ΤЄΛЄΩC, idque reponendum *κατελύθησαν τελέως*.

vs. 36. ΛЄΙΠ(*ανδρεῖ*) Codex et Kramerus solemni errore pro *λιπανδρεῖ*.

Columna III.

vs. 5. Cod. *τοδεπαλαι* (decem literae perierunt) *τονπαλι* * *αυτηνκαλεισθαι*. Kr *τὸ δὲ παλαιὸν ἑκατόμπολίν Φασιν αὐτὴν καλεῖσθαι*. In Codice fuerat: *τοδεπαλαι(ονΦασινεκα)τονπαλιν*.

vs. 10. Cod. *κατετοσπαραυτοισ*. Kr. *παρ' αὐτοῖς κατ' ἔτος*.

vs. 34. Cod. *υπωριαις*. Kr. *ὑπωρείαις* Passim etiam nunc apud Strabonem I scribitur ubi ЄΙ erat scribendum, et contra, ut supra *ἐλεγ*ΙΑΝ.

Iam tu vides nihil in his inesse quod laeti et grati a vetusto libro accipiamus, nihil quod faciat ad Strabonem emendandum. In libro IX quidquid a vulgatis discrepat vitiosum est sine ulla exceptione: *πρωτονεΦαμεν* pro *ἣν πρώτην ἔΦαμεν*, *συντεθεισων* pro *συντιθεισῶν*, *κερρονησων* pro *χερρονήσων*, *προστεθεισα* pro *προστιθεῖσα*, *τριτηνδῆταυτηνπροσλαμβανουσιν* pro *τρίτη δ' ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα*. Indignae memoratu sunt hae omnes varietates, et sine damno haec pars palimpsesti Codicis olim perire potuisset.

In longiore fragmento libri VIII quid lucri fecimus? Sicubi Codex a vulgata scriptura discedit tantum non omnia menda sunt eaque futilissimi generis et luce indigna. Fueritne in col. II. 2. vera lectio *ἢ ἀκυρωτέον* admodum incertum est, et sine Codicis auxilio Porsonus Strabonis manum repperit. In caeteris nihil est quod suscipere velis praeter hoc UNUM, ut Col. II. 18. legatur *κατελύθησαν τελέως*, ubi caeteri libri *τελέως* omittunt.

I nunc et crede Editori dicenti: „*La discoperta di un antichissimo testo della Geografia di Strabone è di alta importanza, non solo per gli studi classici e filologici ad accertar la purità del testo, ma eziandio per quelli geografici e storici.*"

Ne verbum quidem in his verum est et merae sunt hae indocti hominis hallucinationes, ut in eum conveniat dictum Electrae ad fratrem aegrotantem:

μέν', ὦ ταλαίπωρ', ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις,
ὁρᾷς γὰρ οὐδὲν ὢν δοκεῖς σάφ' εἰδέναι.

Restat ut unum Editoris errorem refellamus et simul gravem Codicum Strabonis omnium etiam Palimpsesti labem patefaciamus. Initio libri IX legitur: *περιωδευκόσι δὲ τὴν Πελοπόννησον, ἣν πρώτην ἔφαμεν καὶ ἐλαχίστην τῶν συντιθεισῶν τὴν Ἑλλάδα χερρονήσων.* Reprehendit Editor Interpretes, qui *ἐλαχίστην* vertunt *minimam.* „*Qui* (inquit) *le versioni dicono il Peloponneso* minimam *delle penisole dell' Ellade. Ma come può dirsi tale, mentre ne è la maggiore?*" Magnam hanc difficultatem pro sua linguae Graecae peritia sic removet: „*L' errore dei traduttori nacque dal prender ἐλάχιστος nel solo significato di* minimo; *e non altresì d'* infimo *e di* estremo; *eppure tal' è il significato anche nel comparativo e nel positivo, come è a vedere in Henrici Stephani Thesaurus Linguae Graecae.*"

Sed sic uno avulso errore non deficit alter. Nempe Peloponnesus sic facta est paeninsularum simul *prima* et *extrema*; quid igitur loci reliquis supererit? Nihil attinet haec serio refutare. Satis perspicue Strabo duobus locis dixerat in *secunda* paeninsula et *primam* contineri et aliam Graeciae partem, agrum Megarensem; in *tertia primam* et *secundam* inesse et novam reliquae Graeciae partem Atticam et Boeotiam et partem Phocidis et Locrorum, qui Epicnemidii appellantur; et ita deinceps. Itaque culpa vacant Interpretes putantes Peloponnesum solam esse *minorem* quam Peloponnesum adiecta Megaride, aut Peloponnesum cum Megaride, Attica, Boeotia, et parte Phocidis et Locrorum. Non poterat tamen Strabo planius et disertius dicere quam sic: VIII. pag. 334. *ἡ τῶν τόπων θέσις — χερρονήσοις μεγάλαις διαπεποικιλμένη, ὧν ἐκ διαδοχῆς* ʽΑΤΕΡΑ ΤΗΝ ʽΕΤΕΡΑΝ *ἔχει. ἔστι δὲ πρώτη μὲν ἡ Πελοπόννησος —, δευτέρα δὲ ἡ* ΚΑΙ ΤΑΥΤΗΝ *ἔχουσα —, τρίτη δ' ἡ* ΚΑΙ ΤΑΥΤΗΝ *περιέχουσα κτέ.* et libro IX. pag. 390. *τὴν Πελοπόννησον, ἣν πρώτην ἔφαμεν καὶ ἐλαχίστην. — ἣν δὲ δευτέρα μὲν ἡ προστιθεῖσα τῇ Πελοποννήσῳ τὴν Μεγαρίδα· τρίτη δ' ἡ* ΠΡΟΣ ΤΑΥΤΗΙ ΠΡΟΣ*λαμβάνουσα τὴν Ἀττικὴν κτέ.* Itaque *ἡ ἐλαχίστη* significat semper et ubique idem, et sic, credo, Peloponnesus erat harum omnium paeninsularum *minima*, ut rectissime Strabo de Pelo-

ponneso scripserit pag. 334. *δεῖ δ' ἀπὸ τῆς ἐλαχίςης ἄρξασθαι, ἐπιφανεςάτης δέ.*

Non erat operae pretium iocularem hunc boni monachi errorem redarguere, nisi eadem opera magna labes initio libri IX deprehendi posset. Strabo quae libro VIII. pag. 334 scripserat de *quatuor* paeninsulis eadem in libro IX repetenda esse existimavit. De *prima* et *minima* absolverat; commemorat *secundam*, addit *tertiam*, de quibus eadem dicit quae supra iam dixerat. Deinde necopinato omissa *quarta*, quae erat omnium maxima, (*τετάρτη δ' ἡ ἀπὸ τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου διὰ τῆς Οἴτης καὶ τῆς Τραχινίας εἰς τὸν Μαλιακὸν κόλπον καθήκοντα ἔχουσα τὸν ἰσθμὸν καὶ τὰς Θερμοπύλας* adiecta paeninsula tertia pag. 334.) creditur scripsisse: *ὥςε τὸν Κρομμυῶνα Μεγαρέων εἶναι καὶ μὴ Κορινθίων.* Nonne, si quis hoc agit, luce clarius est unum minimum folium intercidisse, in quo de *quarta* paeninsula scripserat et deinde de Megaris et agro Megarensi coeperat narrare, quo loco verba: *ὥςε τὸν Κρομμυῶνα Μεγαρέων εἶναι κτέ.* rectissime erant posita, quae nunc tamquam de coelo delapsa inextricabilem difficultatem pariunt. Perierunt in ea lacuna partim *τὰ Μεγαρικά*, et quae nunc supersunt ad *tertiam* paeninsulam pertinent *τὴν πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ καὶ τῇ Μεγαρίδι προσλαμβάνουσαν τὴν Ἀττικὴν καὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τῆς Φωκίδος τι μέρος καὶ τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν.*

Quo melius appareat lacuna et quid in ea perierit intelligatur considera mihi hunc locum in libro IX, pag. 391, ubi Strabo Atticae fines determinat. Indicatis duobus lateribus ita pergit: *τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τὸ προσάρκτιόν ἐςι πλευρόν, ἀπὸ τῆς Ὠρωπίας ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος ἡ Ἀττικὴ ὀρεινὴ πολυώνυμός τις διείργουσα τὴν Βοιωτίαν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, ὥσθ',* ὍΠΕΡ ΕΙΠΟΝ ἘΝ ΤΟΙΣ ΠΡΟΣΘΕΝ, *ἰσθμὸν γενέσθαι τὴν Βοιωτίαν ἀμφιθάλαττον οὖσαν τῆς* ΤΡΙΤΗΣ *χερσονήσου τῆς λεχθείσης ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς* ΤΑ *πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ τήν τε Μεγαρίδα καὶ τὴν Ἀττικήν. — ταύτας οὖν διέξιμεν ἀναλα(βόντες . . . . π)αραλίας, ἀφ' ἧσπερ ἀπελίπομεν.*

Μετὰ ΔΗ Κρομμυῶνα ὑπέρκεινται τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι κτέ. Quo rectius hoc loco utamur prius eximendum est scripturae vitium et supplenda lacuna. Manifestus enim error

inest in verbis: ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς τὰ πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ. Interpres: „*intus coërcet partes* AD PELOPONNESUM *sitas.*" Fideliter vertit Graeca; id ipsum enim significat τὰ ΠΡΟΣ τῇ Πελοποννήσῳ, sed prorsus id alienum est a Strabonis sententia, qui dixerat τὸν ἰσθμὸν τοῦτον in se continere *tertiam* paeninsulam, id est Peloponnesum, Megaridem, Atticam, BOEOTIAM. Quid igitur? Expunge duas literulas et omnia habebunt optime. Deleto articulo τά scribendum: ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ τήν τε Μεγαρίδα καὶ τὴν Ἀττικήν, id est: „PRAETER *Peloponnesum agrum Megarensem quoque et* Atticam." Sic omnis est sublata difficultas.

Superest lacuna, quam nullo negotio certo supplemento sarcire possis optimum ducem, Strabonem ipsum, secutus. Strabo enim quemadmodum pag. 595. scribit: πρότερον δὲ ὑπογραπτέον τοὺς τόπους ἀπὸ τῆς παραλίας ἀρξαμένους ἀφ' ἧσπερ Ἐλίπομεν, sic h. l. dederat: ἀναλα(βόντες ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς π)αραλίας, ἀφ' ἧσπερ ἈΠελίπομεν, quae litterae exactissime lacunae spatium implent. Eadem opera illo loco restitue: ἀφ' ἧσπερ ἈΠελίπομεν, quod est eo sensu necessarium, non ἐλίπομεν.

Nunc locum emendatum diligenter inspiciamus. Quo refertur: ὅπερ εἶπον ἐν τοῖς πρόσθεν? Non ad librum VIII. ubi pag. 334. tertia Chersonesus esse dicitur ἡ καὶ ταύτην (secundam) περιέχουσα, ἧς ἰσθμὸς ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Κρισαίου κόλπου μέχρι Θερμοπυλῶν, sed ne verbo quidem memorat ἰσθμὸν γενέσθαι τὴν Βοιωτίαν ἀμφιθάλαττον οὖσαν Sed dixerat hoc in libri IX initio, quem locum magna lacuna absorbsit [1]).

Quo refertur: ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς παραλίας, ἀφ' ἧσπερ ἀπελίπομεν? Sine controversia ad descriptionem orae maritimae, quae initio libri post enumerationem paeninsularum fuerat instituta et deinde interrupta. Pervenerat in ea descriptione usque ad Κρομμυῶνα: itaque intermissam narrationem sic redorditur: μετὰ ΔΗ Κρομμυῶνα κτέ. Ex hac ipsa deperdita orae maritimae descriptione tenuis particula servata est haec: ὥστε τὸν Κρομμυῶνα Μεγαρέων

1) Non fugit id Casaubonum, qui ad ὅπερ εἶπον ἐν τοῖς πρόσθεν annotavit: *Ubi? Non enim eo loco ubi divisit Graeciam in peninsulas. Nam ibi longe aliter describebatur linea isthmum huius tertiae peninsulae efficiens. Sane si hoc supra dictum fuit* LOCUS HODIE DESIDERATUR".

εἶναι καὶ μὴ Κορινθίων, quae caeteris circa submersis sola emergit. Dixerat de illa aetate qua Crommyon erat in Megarensium ditione, nam postea omnium consensu Corinthiorum dicitur fuisse, quod Strabo ipse confirmat pag. 380. *ἡ δὲ Κρομμυὼν ἐςι κώμη τῆς Κορινθίας*, ΠΡΟΤΕΡΟΝ *δὲ τῆς Μεγαρίδος, ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρομμυωνίαν ὗν.*

Patefacta igitur certis indiciis lacuna videamus ecquid forte sit in palimpsesto Codice auxilii. Nihil prorsus. Diserte scriptum est:

ΤΩΝΕΠΙΚΝΗΜΙΔΙ
ΩΝΛΟΚΡΩΝΩΣΤΕ

et sequebatur ut in vulgatis: *τὸν Κρομμυῶνα Μεγαρέων εἶναι κτἑ.* Nonne igitur

carbones ut aiunt pro thesauro invenimus?

Itaque valere iubemus Palimpsestum *ἐπειπόντες τὸ Εὐριπίδειον·*

Ψευδεῖς ὄνειροι, χαίρετ', οὐδὲν ἦτ' ἄρα.

Δυνατὰ ET *ἀδύνατα* CONFUSA.

Galenus XVIII 2. pag. 338. *ἄχρηςά τε γὰρ ἅμα καὶ δυνατὰ τοὐπίπαν ἐςὶν εὑρίσκεσθαι τὰ κατὰ τὰς ἀμφιβόλους λέξεις εἰρημένα.* Clamante sententia repone *'Αδύνατα.*

FLAVIUS JOSEPHUS.

De bello Iud. II. 20. 1. *πολλοὶ τῶν ἐπιφανῶν 'Ιουδαίων ὥσπερ βαπτιζομένης νεὼς ἀπενήχοντο τῆς πόλεως.* Periit necessaria praepositio. Scrib. *ὥσπερ* 'ΕΚ *βαπτιζομένης νεώς* nota in comparationibus forma.

De bell. Iud. IV. 5. 3. *τὸ μὲν Πιθανὸν τῶν κατηγορουμένων διεχλεύασε* dixerat plane contrarium *τὸ μὲν 'Απίθανον.*

De bell Iud. IV 7. 2 *τὴν χώραν ἐπόρθουν ἅπασαν προσ*ΔΙΑ*φθειρομένων αὐτοῖς καθ' ἡμέραν ἑκασταχόθεν οὐκ ὀλίγων.* expuncta praepositione scribe *προσφθειρομένων*, quod consuetum verbum est in re turpi et flagitiosa, ut et *φθείρεσθαι* et *περιφθείρεσθαι.* Idem verbum reponendum IV 9. 4. *πρὸς τὴν — εὔροιαν τῶν κατορθωμάτων ἐφθείροντο οἱ δυνατοί*, imo vero ΠΡΟΣ*εφθείροντο.*

PAETUS THRASEA.

AD

PLUTARCHI VITAM CATONIS UTICENSIS.

Reperta sunt nuper a GUSTAVO KOENNECKE archivario Marburgensi folia quaedam membranacea Codicis Latini, quae HENRICUS NISSEN in *Indice Lectionum Academiae Marburgensis* edidit in lucem. Narrat Editor rogatum sese cuius scriptoris hae reliquiae esse viderentur non dubitasse respondere „*nobilissimum esse scriptorem, quem Plutarchus in vita Catonis Uticensis enarranda secutus sit.*"

Deinde in fine libelli timide suspicionem iacit horum fragmentorum auctorem esse „PAETUM THRASEAM *virum plane libera republica dignum.*" Hinc fama sparsa est Paeti Thraseae fragmenta prodiisse in lucem, quae quum ad meas quoque aures pervenisset fragmenta haec curiosius inspexi et vidi doctum hominem nubem pro Iunone amplexum.

Satis est haec folia cum Plutarchi vita Catonis componere ut statim intelligas *misellam hanc esse libri Plutarchei interpretationem Latinam aevo medio a clerico nescio quo sermone semibarbaro conscriptam.*

Res est tam manifesta et evidens ut nihil opus sit singula operose excutere et serio redarguere.

Prima fragmenti verba haec sunt:

„* * *et ludos inspicere purpurea veste. verum haec senatus decreta Cato ipse deprecatus Niciam regis servum petiit a senatu manumitti.*"

Plutarchi verba sunt cap. 39. (ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο τῷ Κάτωνι ςρατηγίαν ἐξαίρετον δοθῆναι) καὶ τὰς θέας αὐτὸν ἐν ἐσθῆτι περιπορφύρῳ θεάσασθαι. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Κάτων παρῃτήσατο, Νικίαν δὲ τὸν οἰκονόμον τῶν βασιλικῶν ἐλεύθερον ἔπεισε τὴν βουλὴν ἀφεῖναι.

Postquam satis constabit Latinum esse *ludos* INSPICERE et *ludos spectare* PURPUREA VESTE et *senatus decreta* DEPRECARI et PETIIT *a senatu* NICIAM MANUMITTI, tum demum erit operae pretium inquirere in reliqua. Donec autem haec omnia absurda esse intelligemus et non nisi ab homine plumbeo in Latinis sic scribi potuisse,

ψεῦδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.

Utilius est abiectis his fragmentis locos ex vita Catonis complusculos paullo emendatiores proponere quam in Sintenisii Editione leguntur.

Cap. 2. οἷον εὐτύχημα τῆς Ἰταλίας ὁ Παῖς οὗτός ἐςιν. Recipere debebat Sintenis, ne Pompaedius Silo inepta loquatur, quod ipse coniecit: ὅΤΙ Παῖς οὗτός ἐςιν.

Ibid. τὸ δὲ παιζόμενον ἦν δίκαι καὶ κατηγορίαι καὶ Ἀγωγαὶ τῶν ἁλισκομένων. Leg. Ἀπαγωγαί.

Cap. 3. tempore proscriptionis Cato puer visebat Syllam et vidit κεφαλὰς ἐπιφανῶν ἀνδρῶν λεγομένων ἘΚκομιζομένας, imo vero ΕΙΣκομιζομένας.

Cap. 6. μάλιςα προσίεΤΟ πιεῖν. Scrib. προσίετο ΤΟ πιεῖν.

Cap. 8. ὁ δὲ Γέλλιος ἀριςείΑΣ καὶ τιμὰς αὐτῷ διαπρεπεῖς ἔγραψεν. L. ἀριςεῖΑ, *praemia militaria.*

Cap. 9. ἄγε ὅπως — τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδώσΗΙΣ. Dicebant ἐμπεδώσεις.

Ibid. εἵποντο δ' αὐτῷ — φίλοι τέσσαρες. [ὧν ὀχουμένων ἵπποις αὐτὸς ἈΕΙ περιπατῶν ἑκάςῳ παρέβαλλεν ἐν μέρει προσδιαλεγόμε-

νος]. Expunge emblema male repetitum ex cap. 5. ubi pro absurdo *ἀεί* legitur sanum *πολλάκις*.

Cap. 10. *οὐδὲν ᾤετο πέμπων καὶ γράφων περαίνειν*. Tralaticius error pro *περΑνεῖν*.

Lacunula est cap. 16. *κατ' οἶκον Ἀθηνοδώρῳ * ἢ κατ' ἀγορὰν τοῖς φίλοις παριστάμενος*. Supple *Ἀθηνοδώρῳ* (*συνών*).

Cap. 19. *ὥστε ῥήτορα μ*ЄN *δίκῃ τινὶ κτέ*. Suppl. *'*ЄN *δίκῃ τινί*, *in iudicio quodam*.

Cap. 25. leg. *μνησθέντι μοι τῶν γυναικῶν*. in libris est *μοι* TO *τῶν γυναικῶν*.

Cap. 28. *τὸν Κάτωνα — οὐ περιεῖδε Μουρήνας ὁ τὴν δίκην φυγὼν ὑπ' αὐτοῦ* [*καὶ κατηγορηθείς*], *ἀλλά κτέ*. puerile additamentum non est a Plutarchi manu. Tolles hiatum ex Cod. c. *τὴν δίκην ὑπ' αὐτοῦ φυγών*.

Cap. 32 *ὤμ*NTC*αν οὖν ἅπαντες ἐξ ἀνάγκης*. Sententia postulat *ὤμ*OCAN *iurarunt* in legem, non *iurabant*.

Cap. 40. -*ψηφισαμέν*OT · *παρανόμως μὲν οὖν δήμαρχον αἱρεθῆναι τὸν Κλώδιον*. Corrigunt *μὲν οὖ*, at repetita syllaba legendum: OT *παρανόμως μὲν οὖν κτέ*.

Cap. 41. *καὶ πρῶτος μὲν ὁ προφαίνων* 'ЄΠΙCTAC *τῷ Δομιτίῳ πληγεὶς καὶ πεσὼν ἀπέθανεν*. Scrib. *ὁ προφαίνων* ΠΑΙC *τῷ Δομιτίῳ*. *puer praelucens*, ut apud Sueton. Aug. cap. 29. Eodem vocabulo in re eadem utitur Dio Cassius 39. 31. *ὁ παῖς ὁ τὸν λύχνον προφέρων ἐσφάγη*.

Cap. 42. *διὰ τοῦ ψηφίσματος τὸ* [*διδόναι δίκας*] *ἀνυπεύθυνον κατασκευάσαντες*. expuncto emblemate locus est integerrimus. Adscripserat ad *τὸ ἀνυπεύθυνον* olim aliquis *τὸ μὴ διδόναι δίκας*.

Cap. 46. *οἱ δὲ ἥδοντο τοῦ Κάτωνος τὸ αὐστηρὸν — ὁρῶντες*

ἡσυχῇ μεταβάλλον εἰς διάχυσιν. Noluit Editor recipere certam emendationem ἥδοντο pro ἠδοῦντο. Non minus certum est cap. 17. Plutarchum scripsisse: ὥστε τὸν δῆμον ἥδεσθαι (non αἰδεῖσθαι) τοὺς οἰομένους ἀποστερήσειν ἐκτίνοντας ὁρῶντα.

Cap. 50. ἐν δὲ ταῖς ὑπατικαῖς ψήφοις μηδεμιᾶς κακουργίας γενομένης ἔγνω ΚΑΙ τῷ δήμῳ προσκεκρουκώς. Scrib. ἔγνωΚΕ τῷ δήμῳ προσκεκρουκώς.

Cap. 53. Ἀσίνιον μὲν οὖν ἔφη δυνατὸς εἶναι Σικελίας ἐκβαλεῖν, ἄλλης δὲ μείζονος ἐπερχομένης δυνάμεως οὐ βούλεσθαι τὴν νῆσον ἐμπολεμῶν ἀπολέσθαι. Rectissime pro ἐν πολέμῳ Sintenis emendavit ἐμπολεμῶν, sed nihil proderit donec pro ἀπολέσΘαι reposueris ἀπολέCαι. Scribebatur ЄΜΠΟΛΕΜΩ̄, ut mox ἐν ἀγῶνι ΧЄΙΡΩ̄, ubi editur ἐν ἀγῶνι χείρω. Sintenis repperit χειρῶν, sed non recepit.

Cap. 55. πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν ἀπεΡΡΙΦησαν ἐν Δυρραχίῳ μετὰ Κάτωνος. O absurdam lectionem pro ἀπελείφθησαν!

Ibid. γενομένης δὲ τῆς περὶ Φάρσαλον ἥττης οὕτως ἜСΤΗ ΤΟΙC λογισμοῖς ὁ Κάτων. Emenda: οὕτως ἘΧΡΗΤΟ τοῖς λογισμοῖς. Admodum familiaris haec Plutarcho locutio est. Utitur et alibi passim et in hac vita cap. 59 et 68.

Ibid. ἐν δὲ Λιβύῃ διαγαγὼν τοῦ χειμῶνος ἐξήΓΑΓЄ τὸ στράτευμα. Optima est Emperii emendatio ἐξήΤΑCЄ. Quid lateat in διαγαγὼν τοῦ χειμῶνος frustra quaero.

Cap. 57. οὐκ ἔφη καταλύειν τοὺς νόμους περὶ ὧν τῷ καταλύοντι πολεμοῦσιν. Stephanus καταλύCειν recte: deinde ὙΠЄΡ ὧν scribendum.

Cap. 59. πολλῶν δ' αὐτοῖς εἰς σωτηρίαν καὶ ἀσφάλειαν ὑποκειμένων καὶ μεγίστου πρὸς ἄνδρα πολεμεῖν ἐπὶ πολλὰ τοῖς καιροῖς ἀνθελκόμενον. iterata syllaba legendum: καὶ μεγίστου ΤΟΥ πρὸς ἄνδρα πολεμεῖν κτέ.

Cap. 61. *τῶν σωμάτων τὰ μανὰ δέχεται ῥᾳδίως τὴν θερμότητα καὶ πάλιν μεθίησι τοῦ πυρὸς ἀπαχθέντος.* L. *ἀπα*Ρ*θέντος*, ut in noto dicto: *πᾶσα γυνὴ τοῦ λύχνου ἀρθέντος ἡ αὐτή ἐστιν.*

Cap. 64. *ἑαυτὸν ἐγνωκὼς ἀνελεῖν — ὠδῖνας εἶχεν ὑπὲρ ἄλλων ὅπως εἰς ἀσφαλὲς καταστήσας ἅπαντας ἀπαλλάξ*ΑΙΤΟ *τοῦ ζῆν.* Barbarum est *ἀπαλλάξασθαι* pro *ἀπαλλαγῆναι.* Emenda *ἀπαλλάξ*ΕΤΑΙ, ut cap. 2. *ἔπραττον οἱ σύμμαχοι ὅπως μεθέξ*ΟΥΣΙ *τῆς πολιτείας*, et sic passim.

Cap. 66. *ὑψηλός ἐστι καὶ ἄτρεπτος καὶ μένειν φησὶ καὶ πράττειν ὅ τι ἂν σὺ πράττῃς.* Imo vero: *καὶ μενεῖν φησὶ καὶ πράξειν.*

Cap. 67. [*οὐ γὰρ κατεκλίθη πλὴν καθεύδων*] expunge inepte assuta ex cap. 56.

Cap 69. *ἢ που καὶ ὑμῖν δέδοκται βίᾳ κατέχειν ἄνδρα τοσοῦτον ἡλικίας ἐν τῷ βίῳ;* Nihil est *τοσοῦτον ἡλικίας*. Leg. *ἄνδρα* *Τηλικοῦτον ἐν τῷ βίῳ;*

Ibid. *καίτοι βεβούλευμαι μὲν οὐδὲν* ''ΕΓΩΓΕ *περὶ ἐμαυτοῦ· δεῖ δέ με βουλευσάμενον εἶναι κύριον οἷς ἔγνωκα χρῆσθαι.* L *οὐδέν* ΠΩ *περὶ ἐμαυτοῦ.*

Cap. 73. fin. *Στατύλλιος δὲ φήσας μιμεῖσθαι* (alii libri *μιμήσασθαι*) *Κάτωνα — ἐν Φιλίπποις ἀπέθανεν.* Leg. *Στατύλλιος δ'* 'Ο *φήσας μιμήσΕσθαι Κάτωνα.*

ANYTE

in *Anthol. Palat.* VII. 208. 4.

ἐπὶ δ' 'ΑΡΓ*αλέαν βῶλον ἔδευσε φόνῳ.*

quid est *ἀργαλέα βῶλος*? nihil, opinor. Leg. ΑΥ*αλέαν* *aridam.*

AD STRABONEM.

Strabonis Geographica recensuit Gustavus Kramerus. Berolini. 1844—1852.

Στράβωνος Γεωγραφικά. curantibus C. Müllero et F. Dübnero Parisiis 1853.

Vindiciae Strabonianae. Scripsit Augustus Meineke. Berolini. 1852.

Madvigii *Adversaria Critica.* Hauniae. 1871. I. pag. 520 sqq.

Εἰ δὲ πολλῶν πολλὰ προειπόντων ἐπιχειροῦμεν καὶ αὐτοὶ λέγειν περὶ τῶν αὐτῶν οὔπω μεμπτέον. ὑπολαμβάνομεν δ' ἄλλων ἄλλο τι κατορθωσάντων πολὺ μέρος ἔτι τοῦ ἔργου λείπεσθαι, οἷς ἂν καὶ μικρόν τι προσβαλεῖν δυνηθῶμεν ἱκανὴν δεῖ τίθεσθαι πρόφασιν τῆς ἐπιχειρήσεως.

STRABO.

STRABO pag. 2. Casauboni: (Ὅμηρος) *οὐ μόνον* [*ἐν*] *τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται —, ἀλλὰ σχεδόν τι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ τὸν πολιτικόν.* In his vocabulum vitiose abundat et contra alterum necessarium periit. Dele *ἐν* et supple *τῇ* ΤΩΝ *κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ.* Neque enim *ὑπερβάλλεσθαι ἔν τινι* dicitur, neque *ἔμπειρος κατά τι* pro *τινος*, et tritum est *τὰ κατὰ τὸν βίον.*

Pag. 2. *κατὰ σύμπασαν τὴν οἰκουμένην* [*γῆν τε καὶ θάλατταν*]. Interpolatus locus est ex pag 9. *χώρα γὰρ τῶν πράξεων ἐστὶ γῆ καὶ* (*ἡ* del.) *θάλαττα*, — *ἥνπερ ἰδίως καλοῦμεν οἰκουμένην.*

Rectissime Meinekius deleri iubet pag. 2. Homeri versiculos importune insertos inter: *ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ ἄστρα* et *καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ Ὠκεανοῦ λέγει*, sed non vidit ut haec

recte coeant duabus literulis repetitis scribendum esse: καὶ τοὺς ἀστέρας ΔΕ ΛΕλουμένους κτέ. Similiter pag. 3. καὶ αἱ τῶν μακάρων ΔΕ νῆσοι κτέ. pag. 20. καὶ οἱ πρῶτοι ΔΕ ἱστορικοὶ καὶ φυσικοὶ μυθογράφοι, et sic alibi passim.

Pag. 2. καὶ οἱ Φοίνικες ὕστερον οἵπερ καὶ κατέσχον τὴν πλείστην ἀρχήν· μετὰ δὲ ταῦτα Ῥωμαῖοι. Male componitur ἡ πλείστη ἀρχή et sensu vacuum est. Requiro: κατέσχον ἐπὶ πλεῖστον THN ἀρχήν, *qui* diutissime *his regionibus* (Hispaniis) *imperitarunt.* Nunc recte additur: *et* deinde *Romani.*

Pag. 3. οὐδὲ Κράτης οὖν ὀρθῶς γράφει —, βελτίΩΝ δ' Ἡράκλειτος καὶ ὉμηρικώτερΟC ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ τὴν ἄρκτον ὀνομάζων „ἠοῦς καὶ ἑσπέρας τέρματα ἡ ἄρκτος." Non quaeritur uter sit eorum *melior*, sed uter *melius* dixerit. Itaque legendum βέλτιΟΝ et ὉμηρικώτερΟΝ. Ipsi Heraclito redde suum ἑσπέρΗC.

Pag. 4. Casauboni: διὰ δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα (Ὅμηρος δηλοῖ), εἰς ὃν καὶ ἐξ οὗ τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται, adde: ποιεῖται (ὁ ἥλιος). Scribitur ἥλιος nota tachygraphica, quam scribae sequioris aetatis non intelligebant cf. pag. 2. fin. ἐντεῦθεν (ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ) γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον κα δυόμενον εἰς τοῦτον.

Pag. 4 τοῖς γὰρ πέρασι συνήθη λέγει τὸν Ὠκεανόν. Optime Madvig. συνῆΦΘΑΙ, apte componens pag. 8. μετεωρολογικῇ τινι πραγματείᾳ καὶ γεωμετρικῇ συνῆφθαι τὸ τῆς γεωγραφίας εἶδος.

Pag. 4. Homerus de Oceano dixerat:

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

annotat Strabo: καὶ γὰρ εἰ μὴ τρὶς ἀλλὰ δίς, τάχα τῆς ἱστορίας παραπεσόντος ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης. Quid dixerit perspicuum est, quomodo dixerit videndum; nam παραπίπτειν τῆς ἱστορίας nihil est. Emenda παραπΑΙCΑΝτος. Polybianum imprimis est παραπαίειν τινός, τῆς ἀληθείας et sim. et facillime ἔπαισε, παρέπαισε, παραπαίσῃ et sim. in ἔπΕσε caett. depravantur. Complura huius rei exempla collegimus ad Polybium *Mnemos.* 1862. pag. 24.

Eodem modo erratum est pag. 53. ὁ Πύρχμος — διεκπαισάμενος διὰ τῶν Ταύρου ςενῶν, ubi alii διεκπεσάμενος barbare, unde vetus corrector in Codice B διεκπεσών *emendavit* scilicet. Eadem opera corriges locum pag. 430. διεξέπΕσε ταύτῃ πρὸς θάλατταν ὁ Πηνειός, imo vero διεξέπΑΙσε.

Pag. 7. Ὅμηρος τῆς γεωγραφίας ἦρξεν· φανεροὶ δὲ καὶ [οἱ] ἐπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας. Expunge molestum articulum, quo loci sententia perturbatur. Nempe coniungenda sunt φανεροὶ ἐπακολουθήσαντες, ut sententia sit: φανερὸν δὲ καὶ ὅτι ἄνδρες ἀξιόλογοι αὐτῷ ἐπηκολούθησαν.

Post pauca scribe: τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα πιςΕΥόμενον ἐκείνου εἶναι, pro πιςούμενον.

Strabonis pag. 10. sic scribendus locus est: τὸ μὲν δὴ πλέον (τῆς γεωγραφίας) ΠΕΡΙ τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους καὶ τὰς χρείας ʼΕCΤΙΝ· ΕCΤΙ δὲ καὶ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας καὶ πολιτικῆς τὸ πλέον περὶ τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους. Vulgatur e libris: π ρ ὸ ς τοὺς πολιτικοὺς — χρείας Ἔτι δὲ καὶ κτέ.

Pag 13. κατανοήσας τις ἄΛΛως πως, recte Madvig. ἀΜῶς γέ πως. Recte idem pag. 63. reposuit οἰκήσιμον ἀΜῶς γέ πως pro ἄλλως πως. Pag. 276. τοὺς ὁρῶντας ἄλλως γέ πως τὰ τοιάδε. Verissime Coraës ἀΜῶς γέ πως, sed non est receptum. Similiter pag. 761. ἄλλως πως νέμειν βίον κοινόν idem obtulit ἀμωσγέπως, sed Editor non accepit. Cf. *Var. Lectt.* pag. 255 et 367.

Pag. 14. εἰ δʼ ἀναγκασθησόμεθά που τοῖς αὐτοῖς ἀντιλέγειν, οἷς μάλιςα ἐπακολουθοῦμεν κατʼ Ἄλλα. Multo melius Strabo dixerat καΤΑ ΤΑλλα, *quos* IN CAETERIS OMNIBUS *maxime sequi solemus.* Reliquos iure se contemnere scribit: οὐ γὰρ πρόκειται πρὸς ἅπαντας ἀντιλέγειν, ἀλλὰ τοὺς μὲν πολλοὺς ἐᾶν, οἷς μηδὲ ἀκολουθεῖν ἄξιον, ἐκείνους δὲ διαιτᾶν, οὓς ἐν τοῖς πλείςοις κατωρθωκότας ἴσμεν

Similiter emenda pag. 173. κατʼ ἄλλα δεινοὺς ἀποφαίνων ὁ Ποσειδώνιος τοὺς Φοίνικας ἐνταῦθα μωρίαν — αὐτῶν καταγιγνώσκει, imo vero καΤΑ ΤΑλλα.

STRABO pag. 15. Ἀπελλῆς δὲ αὐτῷ (Eratostheni) πολύς ἐστι καὶ Βίων, ὅν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν τὴν φιλοσοφίαν ἀλλ' ὍΜΩΣ πολλάκις εἰπεῖν ἄν τινα ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο·

οἵην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων (ἐπιγουνίδα φαίνει).

Non intellexit hunc locum Meinekius in *Vindic. Strabon.* pag. 3. „*Eratosthenes* (inquit) *multum tribuebat Bioni, quem philosophiae floridam vestem induisse dictitabat: at fuit etiam ubi ab eo dissentiret et ἀνθινὰ pannis cessisse diceret, οἵην ἐκ ῥακέων!*"
Plane enim contra est: ἀνθινὰ περιβαλεῖν est *meretricio cultu induere* et sic philosophiae dignitatem protervitate et scurrilitate minuere et perdere, sed TAMEN idem mirabatur vigorem Bionis ac robur, ut proci in Ulysse quamquam sene pannis obsito vires ac firmitatem corporis admirabundi conspiciebant.

Melius apparebit res si Homeri versum expleveris, nam dicti acumen est in οἵην — ἐπιγουνίδα φαίνει, quae verba aut scriba omisit aut ipse Eratosthenes utpote omnibus notissima (veluti χρύσεα χαλκείων) lectoribus supplenda reliquit.

De cultu meretricio vid. Athen. pag. 521 B. νόμος ἦν τὰς γυναῖκας μὴ ἀνθινὰ φορεῖν — ἐὰν μή τις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι.

Pag. 15. ἀλλὰ ἐκεῖνα ἘΑσθω. Scribendum et hic et aliis locis ΕΙάσθω. Perpetuo enim in tali re et reliqui omnes et Strabo *perfecto* utuntur, εἰρήσθω, γεγράφθω, ἀνερρίφθω κύβος, δεδόσθω, προσκείσθω, ὑποκείσθω, ἀπηλλάχθω, περιωδεύσθω, προσειλήφθω, et quod plane idem est atque εἰάσθω saepius παρείσθω legitur.

Pag. 16. ὁ δὲ (Ἐρατοσθένης) ἐπήνεγκεν ὅτι ψυχαγωγίας ΜΟΝΟΝ, διδασκαλίας δ' οὔ. Scrib. ψυχαγωγίας ΜΕΝ. Quam saepe in tali re μέν et μόνον confundantur ostendimus ad Demosthenem.

STRABO pag. 17. καὶ οὐχ Ὅμηρος μὲν οὕτω φρονεῖ περὶ τούτων, οὐχὶ δὲ πάντες οἱ πεπαιδευμένοι μάρτυρι χρῶνται τῷ ποιητῇ ὡς ὀρθῶς λέγοντι. Inconcinna haec sunt et male composita. Senties si duas literulas sic duplicaveris ut scribatur: οἱ πεπαιδευμένοι, (οἱ) μάρτυρι χρῶνται. Ponit primum doctos omnes cum Homero consentire, deinde addit argumentum. Frequens

compositio *οὐ — μὲν — οὐ δέ*, ut in *καὶ οὐκ ἔγραψα μὲν οὐκ ἐπρέσβευσα δέ*, etiam apud Strabonem passim legitur vid. Meinek. *Vindic.* pag. 178.

Saepissime crases in STRABONIS libris scribae obscurarunt: nusquam molestius quam pag. 19. *Φιλειδήμων γὰρ ἄνθρωπος* pro *ἅνθρωπος*.

Pag. 19. *οὐ γὰρ ὄχλον γυναικῶν καὶ παντὸς χυδαίου πλήθους ἐπαγαγεῖν λόγῳ δυνατὸν φιλοσόφῳ — πρὸς εὐσέβειαν — ἀλλὰ δεῖ καὶ [διὰ] δεισιδαιμονίας.* Impedita est verborum et compositio et sententia. Omnia erunt expedita si *διά* deleveris *„etiam superstitione opus est"* inquit. Eodem sensu *δεῖν* ponitur pag. 11. *μάλιστα δὲ δοκεῖ — γεωμετρίας τε καὶ ἀστρονομίας δεῖν.* et pag. 200. *μηδὲν δεῖν φρουρᾶς „praesidio nihil esse opus"* et aliis locis.

Pag. 20. *ὁ ποιητὴς ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς· ἐν δ' ἐ τ ί θ ε ι καὶ ψεῦδος.* Recipiendum erat ex Codice A *ἐφρόντιζε*. Tmesis *ἐν δ' ἐτίθει* a Strabonis aetate et usu aliena est, sed per iocum utitur vocabulis Homericis: *ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε*, et sim. Saepius Homeri verba Strabonianis intertexta latent, veluti pag. 376. *καὶ μέχρι νῦν εἰσὶν Ἄ ρ γ ο ς τ ε Σ π ά ρ τ η τ ε.* et pag. 502. *ἀλλὰ τἀγαθὰ ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα Ἅπαντα φύονται*, ubi ex Homero repone *πάντα*.

Post pauca pro *ταῖς ἀληθέσι περιπετείαις προσΕΠΕτίθει μῦθον* lege *προσΕΤΙθει addebat.*

Pag. 23. poëtae (Pindari) locus, qui in proverbium abiit, sic scribendus: *πᾶν ὅ τι* KEN *ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶCCαν ἴῃ κελαδεῖν*, pro *ἄν* et *γλῶτταν.*

Pag. 23. *Δαναὸν μὲν — Ἀτρέα δὲ — μάντεις τε καὶ ἱεροσκοπουμένους ἀποδείκνυσθαι βασιλέας.* Barbarum plane est *ἱεροσκοπουμένους*, at tu supple: *ἱεροσκόπου* Γ ΓΕΝΟ)*μένους*, ut continuo sequitur: *τῶν θεῶν ἕνα ἕκαστον τῶν χρησίμων τινὸς ε ὑ ρ ε τ ὴ ν γ ε ν ό μ ε ν ο ν τιμᾶσθαι.*

Strabo pag. 24. — καὶ τοῖς ἄλλοις συγγραφεῦσιν ὅσοι τὰ περιχώρια λέγουσι τὰ περὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. Redde Straboni suum ὅσοι τἀπιχώρια. Eodem modo Kramerus pag 74. pro τουτὶ τὸ γράμμα emendavit τοὐπίγραμμα. Οἱ τἀπιχώρια συγγράφοντες sunt qui *regionatim* vel *oppidatim* res memorabiles conscribunt, Ἰταλικά, Σικελικά Μεγαρικά, Ἀργολικά et similia, quorum maxima copia vel apud unum Athenaeum reperitur.

Pag. 31. Ἀριστάρχου δὲ τοῦτο μὲν ἐπαινῶμεν, — τὰ δ' ἄλλα ἐπισκοπῶμεν. Lege ἐπαινοῦμεν. Scribae sententia non intellecta exaequanda esse haec opinabantur, et utrobique coniunctivum dederunt.

Pag. 33. Εὐριπίδης ἐν τῷ Φαέθοντι —

Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ ΒΑΛΛΕΙ ΦΛΟΓΙ.

Obtemperatum oportuit Valckenario in *Diatr.* pag. 31. reponenti: χρυσέᾳ ΒΩΛΩΙ ΦΛΕΓΕΙ ex Scholiasta Apollon. Rhod. I 498. Ἀναξαγόρας μύδρον εἶπε τὸν ἥλιον. — διὸ Εὐριπίδης γνώριμος αὐτῷ γεγονὼς χρυσέαν βῶλον τὸν ἥλιον εἶπεν. et ex Schol. Eurip. *Orest.* 596. Ἀναξαγόρας τὸν ἥλιον μύδρον ἔφη — ᾧ ἀκολουθήσας Εὐριπίδης χρυσέαν βῶλον αὐτὸν εἴρηκεν Diogenes Laërtius in Anaxagora II. 10. ὅθεν καὶ Εὐριπίδην μαθητὴν ὄντα αὐτοῦ χρυσέαν βῶλον εἰπεῖν τὸν ἥλιον ἐν τῷ Φαέθοντι. Quam recte dicitur χρυσέα βῶλος, tam perversum est *flammam* appellare *auream*.

Pag. 39. τὴν μὲν Ἰνδικὴν οὐκ οἶδεν Ὅμηρος —, τὴν δ' Ἀραβίαν, ἣν εὐδαίμονα προσαγορεύουσιν οἱ νῦν (οἶδε μὲν), τότε δ' οὐκ ἦν πλουσία Sine mora expelle οἶδε μέν ab Editoribus adiectum de suo. Plane est supervacaneum, quoniam post τὴν Δ' Ἀραβίαν noto usu cogitatione supplendum οἶδεν. Praeterea vitiosam oppositionem inducit in οἶδε ΜΕΝ, τότε Δ' οὐκ ἦν πλουσία.

Pag. 42. ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν τοὺς Ἐρεμβοὺς ἐτυμολογοῦσιν. Haeccine deliramenta doctis hominibus et sanis probari potuisse! Etiam hinc apparet Strabonem germanum Stoicum fuisse; cuius rei et alia quaedam saepius apud eum indicia apparent et disertissimum pag. 15. οἱ δ' ἡμέτεροι καὶ

μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν. Ridemus „*Neptunum a nando*" dictum et „*Venerem quia venit ad omnes*," sed nonne perinde absurdum est Ἐρεμβοὶ *ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν*?

Manifesta dittographia pag. 41. effugit Criticorum aciem in his verbis: *διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς παρ' αὐτοῖς* (Sidoniis) [*εὐτυχίας καὶ*] *εὐτεχνίας*. Ne dici quidem potest *ἡ παρ' αὐτοῖς εὐτυχία* pro *ἡ εὐτυχία αὐτῶν* Caeterum multis exemplis constat *τέχνη* et *τύχη* a scribis alias res agentibus inter se confundi solere.

Pag. 45. *πόθεν ἮΛθε τῷ Ἰάσονι – ἐν μὲν τῇ πατρίδι μηδεμίαν καταλιπεῖν διαδοχήν, Λήμνου δὲ καταστῆσαι κύριον τὸν υἱόν*; Mendosum est *ἦλθε*. Sententia postulat: *unde* Iasoni *in mentem venit —?* Itaque reponendum: *πόθεν* ἘΠῆλθε *τῷ Ἰάσονι*;

Pag. 49. *τοῦ Ξάνθου λέγοντος ἐπὶ Ἀρταξέρξου γενέσθαι μέγαν αὐχμόν.* — *αὐτὸν δὲ* ΕΙΔΕΝΑΙ *πολλαχῇ πρόσω ἀπὸ τῆς θαλάττης λίθον τε κογχυλιώδη καὶ τὰ κτενώδεα καὶ χηραμύδων τυπώματα.* Absurdum est *εἰδέναι* ubi sententia manifesto postulat VIDISSE *se*, et est *ἰδεῖν* in optimo Codice superscriptum, sed Editor argutari maluit, quasi et alibi *εἰδέναι* pro *ἰδεῖν* recte et ordine diceretur, veluti pag. 175. *τῷ ἐν Γαδείροις καὶ ἡμεῖς* ΟΙΔΑΜΕΝ *ὅμοιον ἐν Αἰγύπτῳ*, ubi bonus liber *εἴδομεν* servavit, quod etiam contra omnes libros restitui oportebat. Strabo denique *constanter ἴσμεν* solet dicere, non *οἴδαμεν* Apertius etiam Editor fallitur pag 13. *ὁ μηδὲ εὐθεῖαν γραμμὴν ἢ περιφερῆ μηδὲ κύκλον* ΕΙΔΩΣ, id est *ἐπιστάμενος*, non *ἰδών*.

Pag. 54. *ὥστε εἰ διακόψειε τὸ μεταξὺ χωρίον ἐπικλυσθῆναι ἂν ἅπαντα τὸν περὶ Αἴγιναν τόπον καὶ αὐτὴν Αἴγιναν καὶ* [*αὐτὰς*] *τὰς πλησίον νήσους.* Dele importunum *αὐτάς*. Contra revoca necessarium articulum: *καὶ αὐτὴν* ΤΗΝ *Αἴγιναν.*

Pag. 56. *Ἵππαρχος δ' αἰτιᾶται τί δήποτε οὐχὶ τῇ κατὰ τὰς Στήλας ἐκρύσει μεθισταμένη ἐκεῖσε ἡ καθ' ἡμᾶς θάλαττα συμμεθίστΑ καὶ τὴν σύρρουν αὐτῇ γενομένην τὴν Ἐρυθράν.* Pro *συμμεθίστα* meliores libri *συμμεθιστάναι* servant Frustra corrigunt *συμμεθίστα*, quia manifestum est *praesens* tempus requiri, quod quum senti-

rent veteres correctores alius *συμμεθίστησι* de suo reposuit, alius *συμμεθιστᾷ*. Latebat *συμμεθιστάν*ΕΙ. Sequiores pro *ἱστάναι* aut *ἱστᾶν* dicebant aut *ἱστάνειν*. cf. *Nov. Lectt.* pag. 152. Strabo in multis formis vitiosam aequalium *συνήθειαν* sequitur, ut alio loco ostendemus.

Pag. 58. *Ποσειδῶνος ἀσφαλίου ἱερόν.* Barbarum est *ἀσφάλιος*, ut *μεγάλιος* et *καθάριος*. Graecum est *ἀσφάλ*ΕΙ*ος*, *μεγάλ*ΕΙ*ος*, *καθάρ*ΕΙ*ος*. Aristophanes noto loco:

οἷς Ποσειδῶν ἀσφάλειός ἐστιν ἡ βακτηρία.

Sexcenties apud Kramerum et Müllerum ΕΙ et Ι contra constantem dicendi usum confunduntur.

Misere corruptus et truncatus est locus Strabonis pag. 65. (Eratosthenes) *οὐχ ὁρᾶν φησὶ πῶς ἂν εἰς πράγματ*Α *καταστρέφοι ἡ ζήτησις αὕτη ἀλλὰ μόνον* ΕΡΙΝΔΙΑΙΤΩΝΤΩΝ ΜΑΛΛΟΝ *κατὰ Δημόκριτον εἶναι.* Insanabile ulcus esset nisi aliunde clara lux affulsisset. Nempe iocoso Democriti dicto alii quoque usi quid dixerit homo hilaris et festivus patefacient. Audi primum Plutarchum in *Symposiacis* pag. 614. *τὰς ψυχὰς αἱ μὲν ἐλαφραὶ ζητήσεις ἐμμελῶς καὶ ὠφελίμως κινοῦσιν, ἐριδαντείων δὲ κατὰ Δημόκριτον καὶ ἱμαντελικταίων λόγους ἀφετέον.* Compone cum his verba Clementis Alexandrini pag. 328. *ζητήσεις ἐριστικὰς ἐκπορίζοντες λεξειδίων θηρητῆρες. ζηλωταὶ τεχνυδρίων. ἐριδαντέες καὶ ἱμαντελικτέες, ὡς ὁ Ἀβδηρίτης ἐκεῖνός φησιν.* Dudum intellectum est a Plutarcho scriptum esse: *ἐριδαντέων δὲ κατὰ Δημόκριτον καὶ ἱμαντελικτέων λόγους.* Simul luce clarius est in quem errorem se induerit Clemens qui ex *ἐριδαντέων καὶ ἱμαντελικτέων* pro *ἐριδάνται καὶ ἱμαντελίκται* dormitans substituerit *ἐριδαντέες καὶ ἱμαντελικτέες*, de qua re diximus *ἐν τῷ λογίῳ Ἑρμῇ* pag. 207. sqq. Iam vero hoc quoque luce clarius est apud Strabonem in *ἔριν διαιτώντων* latere *ἐριδαντέων* et totum locum sic in integrum restitui oportere, ut scribatur: *οὐχ ὁρᾶν φησὶ πῶς ἂν εἰς πρᾶγμά* ΤΙ *καταστρέφοι ἡ ζήτησις αὕτη ἀλλὰ μόνον ἐριδαντέων καὶ ἱμαντελικτέων κατὰ Δημόκριτον εἶναι* Pro *εἰς πρᾶγμά τι καταστρέφει* in vicinia bis dixit *εἰς πραγματικόν τι καταστρέφειν*. quod est plane idem.

Neque nunc difficile est Strabonis manum reperire in sqq.

πότερον οὖν οἱ πρῶτοι διορίσαντες τὰς τρεῖς (ἠπείρους), ἵνα ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἄρξωμαι, ΔΙΑΙΤΩΝΤΕC τὴν ἔριν μὴ κατὰ Δημόκριτον ἀλλὰ κατ' αὐτόν κτέ. Estne perspicuum olim scriptum fuisse: ἐριδάνται ὄντες μὴ κατὰ Δημόκριτον κτέ.?

Strabo fatetur pag. 66. πολλοὺς καὶ τῶν Ἑλλήνων εἶναι κακοὺς καὶ τῶν βαρβάρων ἀστείους, καθάπερ Ἰνδοὺς καὶ ΑΡΙΑΝΟΥC, ἔτι δὲ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους οὕτω θαυμαστῶς πολιτευομένους. Quam indigni sint hoc honore Ariani Meineke ex ipso Strabone pag. 130 ostendit: χώρα συχνὴ φαύλως οἰκουμένη διὰ λυπρότητα ὑπ' ἀνθρώπων τελέως βαρβάρων· καλοῦσι δ' Ἀριανούς. Itaque *Armenios* substituebat. Res ipsa declarat Αἰγυπτίους nominari debuisse, quos Strabo laudat et alibi passim et pag. 103.

Pag. 70. περὶ ὧν ἝΤΕΡΟΣ τὸν ἕτερον ἐλέγχει, nisi articulum addideris inepte dictum erit. Scribe igitur: Ἅτερος τὸν ἕτερον. Eodem modo et alibi peccatum.

Pag. 73. τὴν Ἀρίαν εὐοινίᾳ ὑπερβάλλειν, ἐν ᾗ γε καὶ εἰς τριγΕΝΕΙαν παραμένειν ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσι τὸν οἶνον. Legendum εἰς τριγΟΝΙαν, sic enim in tali re dici consuetum est, sive de hominibus sermo est, sive de vino. Strabo pag. 179. διὰ τριγονίας ἐκ πολιτῶν γεγονώς. et pag. 190. μέχρι τριγονίας et pag. 516. de hac ipsa regione dicit: εὐοινεῖ δὲ σφόδρα ἡ γῆ· καὶ γὰρ εἰς τριγονίαν παραμένει ἐν ἀπιττώτοις ἄγγεσιν.

Pag. 78. ἡ ἑξῆς ἔφοδος ἐκ μὴ διδομένου λήμματος οὐκ ἂν ἐπεραίνεΤΟ. Leg. ἐπέραινΕ. Certo enim et constanti usu in ea re περαίνειν ponitur et οἱ περαίνοντες λόγοι. Περαίνεσθαι in foeda libidine usurpatur Unde iocum ex ambiguo quaesivit philosophus apud Lucianum XXXVII. 15. νεανίσκου ὡραίου ἐρεσχηλοῦντος αὐτὸν καὶ προτείνοντος ἐρώτημά τι σοφιστικὸν καὶ κελεύοντος εἰπεῖν τοῦ συλλογισμοῦ τὴν λύσιν· ἕν, ἔφη, οἶδα, τέκνον, ὅτι περαίνΕΙ. vid. *Var. Lectt.* pag. 40.

Strabo pag. 80. ἀπὸ — ΠερσεπόλΕΩC καὶ τῶν ὁρίων τῆς Περσίδος. Pro καί reponunt μέχρι, at tu ἕως rescribe, quod cur

perierit vides. cf. pag. 21. *τὰ περὶ τὴν Λυκίαν ἕως Πισιδίας*, et alibi saepius.

Pag. 87. *Φήσας εἰ μὲν παρὰ μικρὰ διαςήματα ὑπῆρχεν ὁ ἔλεγχος συγγνῶναι ἂν* [*ἦν*]. Expunge molestum *ἦν*, quod verborum compositionem vitiat. Dixit *se veniam daturum fuisse.*

Pag. 90. *κελεύει ἡμᾶς τοῖς ἀρχαίοις πίναξι προσέχειν δεομένοις παμπόλλῳ τινὶ μείζονος ἐπανορθώσεως ἢ ὁ Ἐρατοσθένους προσδεῖται.* Imo vero *quam* QUA *Eratosthenis tabula indiget*, *ἢ* ἫC *ὁ Ἐρατοσθένους κτἑ.*

Pag. 96. *διόπερ οὐλότριχας — καὶ προχείλ*ΟΥC *καὶ πλατύρρινας γεννᾶσθαι.* Graphice Mauros describit sed barbarum est *πρόχειλος*. Nihil aliud ex *τὸ χεῖλος* nasci potuit quam *προχειλής*, quamobrem *προχειλεῖς* restituendum. Ex neutris in — OC exeuntibus formatur ingens adiectivorum copia, quae sine ulla exceptione omnia in — *ής* terminantur.

Pag. 101. *ὁ δὲ γνωρίσας οὐχὶ θαυμασ*Τ*ός; ὁ δὲ πιςεύσας οὐ θαυμασ*Ι*ώτερος*; Comparativus demonstrat *θαυμάσ*IOC esse emendandum. *Θαυμάσιος* ironicum est et habet lenem et urbanam derisionem, ut in *ὦ θαυμάσιε.* Hinc intelligimus Strabonem pag. 100. pro *θαυμασ*Τ*ὸς δὴ κατὰ πάντα ἐςὶν ὁ Ποσειδώνιος*, scripsisse *θαυμάσ*Ι*ος.*

Post pauca legitur: *ἀλλ' οὐκ ἐξ*ΟΝ *ἦν ἄνευ προστάγματος ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀνάγεσθαι.* Scrib. *οὐκ ἐξῆν.*

Pag. 102. laudatur Posidonius quod recte demonstravit *τὸ ἐξαίρεσθαι τὴν γῆν ποτὲ καὶ ἱζήματα λαμβάνειν καὶ μεταβολὰς τὰς ἐκ τῶν σεισμῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν παραπλησίων.* Laudatur quod fieri posse dixit ut Platonis insula Atlantis non sit purum putum commentum (*πλάσμα*), *καὶ τοῦτο οἴεται βέλτιον εἶναι λέγειν ἢ διότι ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος.* Tangitur his Aristoteles, ut apparet pag 598. *νεωςὶ γὰρ γεγονέναι φησὶ τὸ τεῖχος (ἢ οὐδ' ἐγένετο, ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισεν, ὡς Ἀριςοτέλης φησίν).* Apertum est ex

his Aristotelem fabulam de Atlantide totam a Platone fictam esse existimare eamque ut alia quaedam Platonis *τερετίσματα* suaviter ridere, et dixisse, quemadmodum Homerus *τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος πλάσας ἠφάνισεν*, sic Platonem Atlantidis insulam *finxisse primum* de nihilo et deinde *fluctibus obruisse.* Utrius sententia sit sanior, Posidonii an Aristotelis, non credo esse valde obscurum.

Sequitur: *εἰκάζει δὲ καὶ τὴν τῶν Κίμβρων καὶ τῶν συγγενῶν ἐξανάστασιν ἐκ τῆς οἰκείας γενέσθαι κατὰ θαλάττης ἔφοδον οὐκ ἀθρόαν συμβᾶσαν.* Qui hunc locum compararunt cum pag. 293. obliti sunt de qua re agatur. Posidonius multis exemplis declaravit saepe fieri aut terrae motu aut similibus quibusdam causis ut terra in altum extollatur, vel considat, vel huiuscemodi magnae mutationes et rerum conversiones fiant. Commemorat Platonis Atlantidem, quam dicit non esse dissimile veri fluctibus submersam et plane obrutam fuisse. Deinde de Cimbris loquitur, nempe ut pateat migrasse eos ex avitis sedibus maris repentino impetu coactos. Quo pacto igitur in hac sententiarum coniunctione scribere potuit id quod docti suspicantur, Cimbros non vim aquarum effugisse, sed latrocinandi causa regiones longe dissitas petivisse. Pugnat id cum Strabonis manifesta sententia. Aliud igitur quaerendum. In libris quod est, lacuna laborat sic fere supplenda:

γενέσθαι κατὰ θα
λάττης ἔφοδον οὐ κ
(ατὰ τὸ εἰωθὸς ἀλλ')
ἀθρόαν συμβᾶσαν.

haec demum cum Strabonis argumentatione bene coeunt et coniectura Posidonii pag. 293 alio spectat, nempe ut ostendat *τοὺς Κίμβρους* et *τοὺς Κιμμερίους τοὺς περὶ τὴν Μαιῶτιν* non esse diversos nomine tantum leviter mutato.

Sed gravissimum omnium vitium obsidet ea quae continuo sequuntur. Ponit *τὸ τῆς οἰκουμένης μῆκος* esse *ἑπτά που μυριάδων σταδίων — ὥστε (φησὶν) ἀπὸ τῆς δύσεως* ЄΤΡΩΙ *πλέων ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἔλθοι ἂν εἰς Ἰνδούς.* Interpretes nil suspicantur mali et bona fide vertunt: *„itaque ab occasu* EURO *spirante*

navigans tantum spatium ad Indos pervenias." Olim sensit vitium Bakius meus *de Posidon.* pag. 91. „*Quis umquam ab occidente* EURO *navigavit? Repone* Ζεφύρῳ." Posidonius ipse id sciebat optime, qui ex Hispania traiiciens in Italiam Euro reflante tres menses in hoc itinere consumsit, ut ipse testatur apud Strabonem pag. 212. Sed Ζεφύρῳ non est vera lectio; plane enim otiosa est et inutilis Zephyri in ea re commemoratio. Aliud quid latet. In libris est εὔρωι πλέων, εὖρος πλέων, εὖρο πλέον. Scripserat Strabo ut in tali re solet: ὥστε ἀπὸ τῆς δύσεως ΕΥΘΥΠΛΟΩΝ (εὐθυπλοῶν) — ἔλθΟΙC (vel ἔλθοι ἄν ΤΙC) εἰς Ἰνδούς. Qui Strabonem lectitarunt meminerunt quam saepe εὐθυπλοίᾳ et εὐθυπλοεῖν in simili argumento dicat, ut pag. 493. διέχει δὲ — εὐθυπλοοῦσι δισχιλίους σταδίους. et pag. 535. ἔστι δὲ τὸ μῆκος — εὐθυπλοούντων ἑξήκοντα σταδίων, et sic nihil difficultatis superest.

STRABO pag. 102. θετικὴν ποιούμενος τὴν ζήτησιν πρὸς οὐδὲν χρησίμΩC. Graeci constanter dicebant πρὸς οὐδὲν χρήσιμΟΝ, et Strabo loquitur ut omnes solebant.

Admirabilis est Madvigii emendatio pag. 110. ἀνατέλλοντα μὲν γὰρ ὁρᾷ ἥλιον —, τίνα δὲ τρόπον οὐκ ἐπισκοπεῖ. — τάχα δ' ἐπισκοποῖ (meliores libri ἐπισκοπεῖ) μὲν ἄν τι, δόξει δ' ἐν τοῖς μαθηματικῶς λεγομένοις. Felici acumine hinc eruit: τάχα δ' ἐπισκοπεῖ μὲν, ἀντιδοξεῖ δὲ τοῖς μαθηματικῶς λεγομένοις. Trita verba sunt ὁμοδοξεῖν et ἀντιδοξεῖν.

Pag. 116. τὴν Βρεττανικὴν ἔχειν δυνάμενοι Ῥωμαῖοι κατεφρόνησαν. — πλέον γὰρ [ἂν] τῶν τελῶν δοκεῖ προσφέρεσθαι νῦν ἢ ὁ φόρος δύνΑΤΑΙ συντελεῖν. Rectissime ἄν expunxerunt, sed non senserunt in vicinia cum sententiae damno ἄν desiderari. Leg. ἢ ὁ φόρος δύνΑΙΤ' ἌΝ συντελεῖν. Idem error in eadem re commissus est pag. 200. τοὐλάχιστον μὲν γὰρ ἑνὸς τάγματος χρῄζοι ἂν (Britannia) καὶ ἱππικοῦ τινὸς ὥστε καὶ φόρους ἀπάγεσθαι παρ' αὐτῶν, εἰς ἴσον δὲ καθίστΑΤΟ ΠΑΝ τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασι. Rectissime Kramer. emendavit καθίστΑΙΤ' ΑΝ τὸ ἀνάλωμα.

STRABO pag. 121. ὅπερ εἶπε Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ Ὄλυνθον (πόλεων), ἅς οὕτως ἠφανίσθαι φησὶν ὥϛε μηδ' εἰ πώποτε ᾠκICθησαν γνῶναι ἄν τινα ἐπελθόντα Mendosum est ᾠκίσθησαν. Demosthenes pag. 117. 20. δύο καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ Θρᾴκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρηκεν (ὁ Φίλιππος) ὥϛε μηδ' εἰ πώποτ' ᾠκΗθησαν προσελθόντ' εἶναι ῥᾴδιον εἰπεῖν. Saepius ut in aliorum libris sic et apud Strabonem H et IC confunduntur. vid. Meinek. *Vindic.* pag. 60. ubi recte νυμφοϛολΗθείσας emendavit pro νυμφοϛολICθείσας.

STRABO pag. 135. τὰ δ' ἐπέκεινα — οὐκέτι χρήσιμα τῷ γεωγράφῳ ἐϛίν. ὁ δὲ βουλόμενος καὶ ταῦτα μαθεῖν καὶ ὅσα ἄλλα τῶν οὐρανίων Ἵππαρχος μὲν εἴρηκεν, ἡμεῖς δὲ παραλείπομεν διὰ τὸ ΤΡΑΝΟΤЄΡΑ εἶναι τῆς νῦν προκειμένης πραγματείας, παρ' ἐκείνου λαμβανέτω. Cur se Strabo astronomica haec omittere scribit? An διὰ τὸ τρανότερα εἶναι, vel ἀτρανότερα aut ἀμαυρότερα, ut Madvigio videtur *Advers. Crit.* pag. 531? Nihil minus, sed quia ad rem suam nihil faciebant: οὐκέτι χρήσιμα τῷ γεωγράφῳ ἐϛίν. et post pauca: οὐδὲν ὄντας πρὸς τὴν γεωγραφίαν. Itaque corrigendum: διὰ τὸ ʼΑΛΛΟΤΡΙΑ εἶναι, *quia sunt a proposito meo* ALIENA.

Recurrit idem mendum in vicinis: ΤΡΑΝΟΤЄΡΑ δ' ἐϛὶ καὶ τὰ περὶ τῶν περισκίων καὶ ἀμφισκίων καὶ ἑτεροσκίων, ἅ φησι Ποσειδώνιος, ὍΜΩC γε καὶ τούτων τό γε τοσοῦτον ἐπιμνηϛέον. Haec quoque a Strabonis consilio *abhorrebant:* ʼΑλλότρια δ' ἐϛὶν — ὅμως γε κτέ.

Scriba alias res agens facile potuit ΤΟΑΛΛΟΤΡΙΑ et ΤΡΑΝΟΤЄΡΑ inter se permutare.

Pag. 137. ἔχει δὲ ϛαδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος. Ut constanter σχεδόν τι Strabo scribit, sic et ὁμοῦ τι ubi *fere, propemodum* postulat sententia. Saepe ὁμοῦ τι in libris recte legitur, saepius τι negligenter ut h. l. omissum est. vid. pag. 190 et 358.

STRABO pag. 138. θύειν δ' οὐκ εἶναι νόμιμον οὐδὲ νύκτωρ ἐπιβΑΙΝЄΙΝ τοῦ τόπου· — ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ θέαν ἥκοντας ἐν κώμῃ πλησίον νυκτερεύειν εἶτ' ἐπιβΑΛΛЄΙΝ ἡμέρας. Absurdum est

ἐπιβάλλειν. sed quid Strabo scripserit vides. Occupavit, ut nunc video, Müllerus emendare *ἐπιβαίνειν ἡμέρας*.

Pag. 139. *σοφώτατοι δ' ἐξετάζονται τῶν Ἰβήρων οὗτοι* (Turdetani) *καὶ γραμματικῇ χρῶνται* (id est *litterarum usum habent* sive *tenent scribendi artem*, *γραμμάτων ἔμπειροί εἰσιν*), *καὶ τῆς παλαιᾶς μνήμης ἔχουσι συγγράμματα καὶ ποιήσεις καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακισχιλίων ἐτῶν, ὥς φασιν.* Meineke: „*quis credat tanta antiquitate Iberos gloriatos esse? at scribendum sine dubio ἑξακισχιλίων ἐΠῶν.*" Apud barbaros quidem in tali re gloriandi nec pudor nec modus est, neque cogitavit Meineke cur *ὥς φασι* sit additum, quibus verbis satis indicat Strabo horum se nihil credere.

In eadem re Graeci non sunt multo saniores quam barbari. Plato in *Timaeo* pag. 23. E. serio videtur credere sacerdotibus quibusdam Aegyptiis magna cum gravitate dicentibus: *παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν ὀκτακισχιλίων ἐτῶν ἀριθμὸς γέγραπται*, et fabulam de insula Atlantide ex tam vetustis literarum monumentis ad Solonis aetatem propagatam et Posidonius et Strabo veram esse credebant. vid. Strabonem pag. 102.

Pag. 140. *τὸ τῆς Φωσφόρου ἱερόν, ἣν καλοῦσι* ΛΟΥΚΕΜ ΔΟΥΒΙΑΝ. Retinuerat non semel, sed bis formam Latinam *λοῦκεμ δουβίαΜ*. Divisim scribe pag. 213 *Νόβουμ Κώμουμ*.

Strabo pag. 142. *τὸ περιττεῦον τῶν καρπῶν ἀπεμπολΕΙται ῥᾳδίως*. Faex Graeculorum dicebat *ἀπεμπολεῖν*, aut etiam peius *ἀπεμπωλεῖν*, de forma *πωλεῖν* cogitantes. Strabo ut omnes veteres *ἀπεμπολᾶται* dixerat.

Pag. 144. de Turdetanorum opibus Strabo: *καὶ κηρὸς δὲ — ἐξάγεται καὶ κόκκος πολλὴ καὶ μίλτος οὐ χείρων τῆς Σινωπικῆς* [*γῆς*]. Dele *γῆς*, nam cogitando supplendum *μίλτου*, ut recte post pauca scribitur: *οὐ χείρων τῆς Ποντικῆς*.

In vicinia quis credat Strabonem scribere potuisse: *ἄφθονος δὲ καὶ βοσκημάτων* ʼΑΦΘΟΝΙΑ *παντοίων*? at tu corrige: *ἄφθονος* — ΦΟΡΑ *παντοίων*. Compara pag. 145. *φορᾶς τῆς βαλάνου γενομένης φορὰν καὶ τῶν θύννων εἶναι*. et pag. 197. de Druidis;

Δρυΐδαι δὲ — δικαιότατοι νομίζονται, — τὰς δὲ φονικὰς δίκας μάλιστα τούτοις ἐπετέτραπτο δικάζειν. ὅταν τε φορὰ τούτων ᾖ φορὰν καὶ τῆς χώρας νομίζουσιν ὑπάρχειν. Mirifico errore Meineke φορὰ τούτων ita accepit quasi esset φορὰ τῶν φονικῶν δικῶν. Τούτων est τῶν Δρυΐδῶν, ut apud Demosthenem noto loco φορὰ προδοτῶν.

Praeterea flagitante sententia lege νομίζουσιν ὑπάρξειν.

Deinde quae de *cuniculis* scribit, quos scite γεωρύχους λαγιδέας appellat, componenda sunt cum Polybii et Posidonii testimoniis apud Athenaeum pag. 400 sqq.

In loco de cuniculorum venatione leve vitium adhaesit. Editur: γαλᾶς ἀγρίας φιμώσαντες π α ρ ί α σ ι ν εἰς τὰς ὀπάς. imo vero παριᾶσιν, ne ipsi venatores in cuniculorum subterraneas latebras introiisse dicantur.

Strabo pag. 145. ad Carteiam pisces ingentes capi narrans addit: ἐν δὲ τοῖς ἐξωτέροις τόποις καὶ μείζους ὀγδοήκοντα μνῶν τὴν σμύραιναν καὶ τὸν γόγγρον, ταλαντιαῖον δὲ τὸν πολύποδα. Intelligisne quid sit μείζους ὀγδοήκοντα μνῶν? Non opinor, quia non de *magnitudine* piscium sed de *pondere* sermo est, ut in ταλαντιαῖον δὲ τὸν πολύποδα. Scriptum erat 'ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΜΝΩΝ, quod male divisim scripserunt ὀγδοήκοντα μνῶν quum uno verbo ὀγδοηκοντάμνων scriptum oporteret, ut δίμνως, τρίμνως, δεκάμνως, εἰκοσίμνως. Deinde, ut fit, error errorem peperit et μείζους est a correctore interpolatum.

Pag. 146. οὐχ ἥκιστα [ἀλλὰ καὶ μάλιστα] ἀποδέξαιτ' ἄν τις — τὸ περὶ τὰς μεταλλείας εὐφυές. Sine mora delendum insulsum emblema. Perinde est ac si diceretur: μάλιστα ἀλλὰ καὶ μάλιστα, namque inter μάλιστα et οὐχ ἥκιστα nullum prorsus discrimen est.

Multa eorum quae Strabo h. l. ex Posidonio descripsit, etiam a Diodoro ex eodem descripta sunt omisso nomine libro V et nonnulla indidem Athenaeus expromsit: quibus omnibus inter se comparatis Strabonis oratio hic illic emendatior fieri poterit. Athenaeus scribit pag. 233. E. τὸ μέντοι γε πολὺ τούτου βαθείαις καὶ κακοπάθοις (κακοπαθέσι) μεταλλείαις εὑρίσκεται κατὰ τὸν

Φαληρέα Δημήτριον ἐλπιζούσης τῆς πλεονεξίας ἀνάξειν ἐκ τῶν μυχῶν τῆς γῆς αὐτὸν τὸν Πλούτωνα· χαριεντιζόμενος γοῦν φησὶν ὅτι „πολλάκις καταναλώσαντες τὰ φανερὰ τῶν ἀδήλων ἕνεκα ἃ μὲν ἔμελλον οὐκ ἔλαβον, ἃ δ' εἶχον ἀπέβαλον, αἰνίγματος τρόπον ἀτυχοῦντες." Strabo pag. 147. παρατίθησι (Posidonius) τὸ τοῦ Φαληρέως ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν Ἀττικῶν ἀργυρείων οὕτω συντόνως ὀρύττειν τοὺς ἀνθρώπους ὡς ἂν προσδοκώντων αὐτὸν ἀνάξειν τὸν Πλούτωνα. Haec quidem sana sunt sed vitium conceperunt vicina: ἐκείνοις μὲν (Atheniensibus) αἰνίγματι ἐοικέναι τὴν μεταλλείαν· ὅσα μὲν γὰρ ἀνέλαβον, φησίν, οὐκ ἔλαβον, ὅσα δὲ εἶχον ἀπέβαλον. Sensu cassa haec sunt, sed vera lectio ab Athenaeo sumenda: ὅσα μὲν γὰρ ἜΜΕΛΛΟΝ οὐκ ἔλαβον.

Post pauca scribit Strabo: τὴν δὲ γῆν ταύτην φέρειν τοὺς ποταμούς· τὴν δὲ σκαλίσι τὰς γυναῖκας διαμώσας πλύνειν ἐν ἠθητηρίοις πλεκτοῖς * ἐπὶ κίστην. Boni libri πλεκτοῖς επιπιστην sine sensu, sed nihilo melius est ἐπὶ κίστην, quod docti homines reposuerunt. Posidonius apud Athenaeum l. l. dicit: τὰ ποτάμια τὰ τυχόντα ψήγματα χρυσοῦ καταφέρει καὶ ταῦτα γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀσθενεῖς τὰ σώματα σὺν ταῖς ἄμμοις ὑποψήχοντες διιστᾶσι καὶ πλύναντες ἄγουσιν ἐπὶ τὴν χώνην. Itaque Straboni redde: πλύνειν ἐν ἠθητηρίοις πλεκτοῖς (εἶτα ἄγειν) ἐπὶ ΤΗΝ ΧΩΝΗΝ.

Quod scribit Strabo ibid. τούτοις δὲ ὑπεράγαν λυσιτελῆ (εἶναι τὴν μεταλλείαν. male Meineke λυσιτελεῖν)· τοῖς μὲν χαλκουργοῖς τέταρτον μέρος ἐξάγουσι τῆς γῆς τὸν χαλκόν, τῶν δὲ ἀργυρευόντων τῶν ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν τάλαντον ἐξαίρουσιν, apud Diodorum sic scribitur V. 36 οἱ μὲν ἐργαζόμενοι τὰ χαλκουργεῖα τὸ τέταρτον μέρος χαλκοῦ καθαροῦ ἐκ τῆς ὀρυττομένης γῆς λαμβάνουσι, τῶν δ' ἀργυρευόντων τινὲς ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις Εὐβοϊκὸν ἐξαίρουσι τάλαντον. unde Straboni reddidit Meineke: τῶν δὲ ἀργυρευόντων τισὶν ἰδιωτῶν.

Mendosa est in proximis Strabonis oratio haec: καὶ πρὸς τοὺς ἐν αὐταῖς ἀπαντῶντας ποταμοὺς πολλάκις τοῖς Αἰγυπτίοις ἀναντλούντων κοχλίαις. De eadem re Diodorus V. 37. ἐνίοτε δὲ καὶ κατὰ βάθος ἐμπίπτουσι ποταμοῖς ῥέουσιν ὑπὸ τὴν γῆν. — ἀπαρύτουσι γὰρ τὰς ῥύσεις τῶν ὑδάτων τοῖς Αἰγυπτιακοῖς λεγομένοις κοχλίαις, οὓς Ἀρχιμήδης ὁ Συρακόσιος εὗρεν ὅτε παρέβαλεν εἰς Αἴγυπτον. Nisi complura apud Strabonem exciderunt restitui

poterit sententia si *πρός* expunxeris, ut coniungantur *καὶ τοὺς ποταμοὺς — ἀναντλούντων.*

Apud Strabonem pag. 149. egregie Madvigius *Adv. Crit.* pag. 532. in loco conclamato insperatam lucem nobis attulit supplendo lacunam in hunc modum: — *τῶν ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου περιγενομένων.* (*Τῶν γὰρ Τρωϊκῶν χρονίων γενομένων*) *καὶ ἐπ' ἴσης κακωσάντων τούς τε πολεμηθέντας καὶ τοὺς ἑλόντας τὴν Τροίαν — συνέβη τοῖς τε περιλειφθεῖσι* — ΚΑΤΑ *λῃστείας τρέπεσθαι καὶ τοῖς Ἕλλησιν.*

Pag. 150. *συνέβη τοῖς περιλειφθεῖσιν ἀπελθοῦσιν ἐκ τῶν κινδύνων* ΚΑΤΑ *λῃστείας τρέπεσθαι.* Mendosum est *κατά.* Usitatum est et caeteris et Straboni dicere ΠΡΟϹ vel 'ЄΠΙ *λῃστείας τρέπεσθαι*, ut pag. 193. *ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι.* pag. 180. *τετραμμένων ἤδη πρὸς πολιτείας καὶ γεωργίας.* et sic alibi passim.

Pag. 155. *αἱ γυναῖκες δὲ ἐν — ἀνθιναῖς ἐ σ θ ή σ ε σ ι διάγουσιν.* Tralaticium in libris mendum hoc est ut 'ЄϹΘΗϹΙ convertatur in formam *barbaram ἐσθήσεσι.* ut in Lucae *Euang.* XXIV. 4. et alibi passim.

Pag. 158. *καὶ λιμένι καὶ λίμνῃ κεκόσμηται* (Carthago nova) *καὶ τοῖς* [*τῶν ἀργυρίων*] *μετάλλοις, περὶ ὧν προειρήκαμεν.* Graecum est *τὰ ἀργυρεῖα, τὰ χρυσεῖα argentifodinae, aurifodinae* et sim., sed nemo *τὰ τῶν ἀργυρείων μέταλλα* umquam dixit vel dicere potuit. *'Αργύρου* et *χρυσοῦ μέταλλα* recte dicitur, sed *ἀργυρείων μέταλλα* absurdum est. Itaque dele ineptum emblema et nihil desiderabis in verbis: *τοῖς μετάλλοις, περὶ ὧν εἰρήκαμεν.*

Pag. 162. *τὸ δὲ τελευταῖον οἱ Νομαντῖνοι πολιορκούμενοι* Δ*Ιεκαρτέρησαν πλὴν ὀλίγων τῶν ἐνδόντων τὸ τεῖχος.* Sine controversia mendosum est *διεκαρτέρησαν* Itaque Meineke 'ΑΠ*εκαρτέρησαν* reponebat; sed *ἀποκαρτερεῖν* certo et constanti et frequentissimo usu de iis dicitur qui *sua sponte cibo abstinent* et *vita inedia finiunt.* Historia Numantinorum postulat ut rescribatur: *οἱ Νομαντῖνοι — λ ι μ ῷ δ ι ε φ θ ά ρ η σ α ν,* et sic demum intelligitur *πλὴν ὀλίγων.*

Scribit Strabo de Celtiberes pag. 163. *ἄγριοι οἱ κατὰ κώμας οἰκοῦντες — αἱ δὲ πόλεις ἡ μ ε ρ ο ῦ σ ι ν οὐδ' αὗται* (leg. *αὐταὶ*) *ῥᾳδίως*. Frustra Madv. *Adv.* 534. coniicit *εὐημεροῦσιν*. Ἡ*μεροῦσιν* enim non accipitur pro *ἡμεροῦνται* sed pro *ἡμέρους ποιοῦσιν*. De feritate morum Strabo loquitur: „*rustici* (inquit) *sunt agrestes et urbes nec ipsae emolliunt mores.*" Praeterea *εὐημερεῖν* de oppido non dicitur. Homines *εὐημεροῦσι* qui *populo placent*, oratores, poëtae, histriones.

Passivum *ἡμεροῦσθαι* legitur pag. 126. *καὶ τὰ φαύλως οἰκούμενα καὶ λῃστρικῶς ἡμεροῦται.*

Pag. 166. *ἡ δὲ λοιπὴ* (Ἰβηρία) *Καίσαρός ἐστι· πέμπονται δ'* Ἀπ' *αὐτοῦ δύο πρεσβευταί.* Pessime sic editur pro Ὑπ' *αὐτοῦ*. Passim sic in Strabone peccatur, et nonnumquam contra. Vid. pag. 182. *γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος* Ἀπὸ *τῆς ἐμπνοῆς*. pag. 244. *φθειρομένους* Ἀπὸ *τῶν ἀναφερομένων ἀέρων* pag. 248. Ἀπὸ *δὲ τοῦ ἤχου τοὺς ἐν τῇ ἠπείρῳ φεύγειν.* Contra pag. 271. *ὠνομάσθαι δ'* Ὑπὸ *Ἀμφιλόχου* male pro *ἀπό*. Sexcenties alibi sic peccatur.

Pag. 170. *ἐνταῦθα δὲ θύσαντας μὴ γενομένων καλῶν τῶν ἱερΕΙων ἀνακάμψαι πάλιν.* et post pauca: *μὴ γενομένων δὲ πάλιν καλῶν τῶν ἱερΕΙων ἐπανελθεῖν οἴκαδε.* Bis reponendum *ἱερῶν* pro *ἱερείων*. Solemnis haec et perfrequens in libris confusio est. Est tamen aliquid inter *sacra* et *victimas*. cf. *Nov. Lectt.* pag. 477 et 736.

Pag. 175. *πλημμυρεῖν γὰρ ἔσθ' ὅπου* ΤΕ *καὶ χωρὶς ὄμβρων καὶ χιόνων.* Expungi volunt *τε*, at tu scribe *ἔσθ'* ὍΤΕ, *nonnumquam, interdum*, idem quod *ἐνίοτε*. Non est huius loci *alicubi ἔσθ' ὅπου.*

Strabo pag. 176. scribit praeter Aquitanos reliquos Gallos non esse omnes *ὁμογλώττους ἀλλ' ἐνίους μικρὸν παραλλάττοντας ταῖς γλώτταις· καὶ πολιτεία δὲ καὶ οἱ βίοι μικρὸν ἐξηλλαγμένοι εἰσίν.* Scribendum: — *γλώττα*ΙC. ΑΙ *πολιτεῖ*ΑΙ *δὲ καὶ οἱ βίοι.* Molestum *καί* ortum est ex ΙCΑΙ. Requiritur pluralis et articulus abesse non potest.

Strabo pag. 180. de aquis Sextiis scribit: Σέξτιος — κτίσας πόλιν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὑδάτων τῶν θερμῶν. Pro 'ΟΜώνυμον legendum 'ΕΠώνυμον, ut pag. 185. ὁ 'Οξύβιος λιμὴν ἐπώνυμος τῶν 'Οξυβίων Λιγύων, et alibi passim. Facillime distinguuntur ὁμώνυμος et ἐπώνυμος vel hoc indicio quod ὁμώνυμος ex rei natura *dativum* postulat, ἐπώνυμος *genitivum*. Quam facile haec confundantur ostendet Meineke *Vindic.* pag. 197. Sic et pag. 544 mendose editur: ὁμώνυμος τῆC Συνῳκικυίας Ἄμαςρις pro τῇ συνῳκικυίᾳ.

Pag. 180. συχνὰ τῶν ἀκροθινίων, ἃ ἔλαβον καταναυμαχοῦντες 'ΑΕΙ τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῆς θαλάττης ἀδίκως. Non est simile veri Massilienses in omnibus proeliis navalibus contra omnes *semper* victores fuisse. Transpone ἀεί in hunc modum: καταναυμαχοῦντες τοὺς 'ΑΕΙ ἀμφισβητοῦντας. Saepe ἀεί post articulum sic collocatum mutat sedem, ut ad Xenophontis *Cyropaediam* et ad Demosthenem ostendimus.

Strabo pag. 181. postquam dixit primum Massiliae, deinde per totam Galliam, studia literarum et eloquentiae florere scribit: σοφιςὰς γοῦν ὑποδέχονται τοὺς μὲν ἰδίᾳ, τοὺς δὲ * πόλεις * κοινῇ μισθούμενοι. Interpretes molestum πόλεις una litura delendum censuerunt, sed unde tandem irrepsisse putemus? Periit praepositionis sigla legendumque: τοὺς δὲ (κατὰ) πόλεις κοινῇ Etiam apud Strabonem ea de causa κατά et πρός aut confunduntur inter se aut pereunt. Κατὰ πόλεις eo sensu et apud alios et apud Strabonem frequens est.

Pag. 182. ἅπασα μὲν οὖν — ἡ χώρα προσήνεμός ἐςι, διαφερόντως δ' εἰς τὸ πεδίον τοῦτο τὸ μελαμβόρειον καταιγίζει πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες. Φασὶ γοῦν σύρεσθαι καὶ κυλινδεῖσθαι τῶν λίθων ἐνίους, καταΚΛᾶσθαι δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῶν ὀχημάτων καὶ γυμνοῦσθαι καὶ ὅπλων καὶ ἐσθῆτος ἀπὸ (leg. ὑπὸ) τῆς ἐμπνοῆς. Alienum est a loci sententia κατακλᾶσθαι *frangi*, *comminui*, requiritur manifesto *deiici*, *praecipitem dari;* itaque καταΣΠᾶσθαι rescribendum.

Eundem auctorem, quem Strabo, sequitur in ea re Diodorus Siculus V. 26. sed nihil est in eo auxilii, ubi scribit: πνεῖν

εἰώθασιν ἄνεμοι τηλικαύτην ἔχοντες σφοδρότητα καὶ δύναμιν κτέ. — καθόλου δὲ καταιγίζοντες λάβρως ἁρπάζουσιν ἀπὸ μὲν τῶν ἀνδρῶν τὰ ὅπλα καὶ τὰς ἐσθῆτας, ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων τοὺς ἀναβάτας. Sed nihil teste opus; κατασπᾶν est in ea re proprium et saepius eo sensu apud Strabonem legitur, ut pag. 520. ἐὰν ὑπ' ὀρνίθων κατασπωμένους ἀπὸ τῆς κλίνης ἴδωσιν.

Apud Strabonem pag. 183 in fragmento Aeschyli ad Herculem Prometheus ita dicit:

ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ.

metrum manifesto corruptum est neque quidquam proficimus coniectura Meinekii in *Vind. Strabon.* pag. 42.

ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά CE Ζεὺς οἰκτερεῖ,

in quo similiter contra certam legem metricam a Porsono indagatam in quinta sede spondeus est. Suspicor dedisse poëtam:

ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' οἰκτερεῖ πατήρ.

Adscripserat ad πατήρ nescio quis ὁ Ζεύς, et hinc vitiosa scriptura orta est quum levis corrector pro οἰκτερεῖ ὁ Ζεύς substituisset: ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ.

Strabo scribit pag. 187. *Nemausus habet ius Latii: itaque qui aediles aut quaestores Nemausi fuissent cives Romani fiebant;* διὰ δὲ τοῦτο οὐδ' ὑπὸ τοῖς πρΟCΤάγμασι τῶν ἐκ τῆς Ῥώμης στρατηγῶν ἐστὶ τὸ ἔθνος τοῦτο. Codices ut solent πράγμασι pro προστάγμασι dederunt. Solemnia verba sunt εἶναι ὑπὸ τοῖς προστάγμασιν, ut εἶναι ὑπὸ ταῖς ῥάβδοις *esse sub iure virgarum* [1]). Memorabilis locus est pag. 184. Ἀντίπολις — κριθεῖσα πρὸς τοὺς Μασσαλιώτας καὶ ἐλευθερωθεῖσα τῶν παρ' ἐκείνων προσταγμάτων. et pag. 197. νυνὶ δὲ προσέχουσι τοῖς τῶν Ῥωμαίων προστάγμασι, *nunc Romanorum imperio parent.*

Sed toto coelo diversum est quod legitur pag. 304. ἀσκήσει καὶ νήψει καὶ τῷ προσέχειν τοῖς ΠΡΑΓΜΑCΙΝ ὀλίγων ἐτῶν μεγάλην ἀρχὴν κατεCτήσατο καὶ τῶν ὁμόρων τοὺς πλείστους ὑπέταξε τοῖς Γέταις, ubi Kramerus non satis hoc agens προστάγμασι

---

1) Diod. Sic. XXXVII. 12. 3. οὐ γάρ εἰμι Ῥωμαῖος ἀλλ' ὅμοιΟC ὑμῶν ὑπὸ ῥάβδοις τεταγμένος, ubi leg. ὁμοίΩC ὑμΙΝ.

dedit. Quid sit *προσέχειν τοῖς πράγμασιν* et quam sit hoc utile illi, qui magno imperio velit potiri, vide apud Demosthenem pag. 41. 6. et 43. 14. Praeterea pro *κατεCτήσατο* iubente loci sententia repone *κατεΚτήσατο.*

Editur apud STRABONEM pag. 188. *τοὺς θησαυροὺς τοὺς εὑρεθέντας παρ' αὐτοῖς* (Tectosagis) *ὑπὸ ΣΚΙπίωνος τοῦ ϛρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐν πόλει Τολώσῃ*, et post pauca: *προσαψάμενον δ' αὐτῶν τὸν ΣΚΙπίωνα διὰ τοῦτο ἐν δυστυχήμασι καταϛρέψαι τὸν βίον.* Notissimum est aurum Tolosanum *„quod causa excidii Caepioni exercituique eius postea fuit"* Iustin. 32. 3. cf. Gell. N. A. 3. 9. Notissima Q. Servilii Caepionis clades et calamitas. Itaque nulla est dubitatio quin Strabo scripserit *Καιπίωνος* et *Καιπίωνα.* Cur igitur non est receptum? quia *„contra Codices consentientes nomen illud inferre non licet"* respondet Kramerus. Ain' vero? Nonne omnes quibus utimur Strabonis Codices ex uno fluxerunt eoque mendosissimo et mutilo? Nonne ingens est locorum numerus apud Strabonem ubi *certam* librorum omnium labem *certa* emendatione sanatam videmus? Quae est igitur haec malesana religio? Accedit quod pervulgata haec nominum confusio est. Plutarchus in *Lucullo* cap. 27. *ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἡ μετὰ Σκηπίωνος ἀπώλετο ϛρατιὰ συμβαλοῦσα Κίμβροις*, recte correxerunt *μετὰ Καιπίωνος.* et sic multis aliis locis. vide Sintenis. ad Plutarchi *Caton. min.* cap. 1.

Simili errore pag. 140 in libris est *Καπίωνος πύργος*, ubi vera forma sine ulla librorum reverentia olim revocata est.

Pag. 189. *τινὰ τῶν φορτίων πεζεύεται ταῖς ἁρμαμάξαις.* Strabo pro *ἅμαξαι* solet *ἁρμάμαξαι* dicere etiam de *plaustris*, quibus aut vinum aut aliae merces omne genus asportantur, ut pag. 214. *οἶνον ἐπὶ ξυλίνων πίθων ἁρμαμάξαις ἀναθέντες.* et pag. 291. *ταῖς ἁρμαμάξαις ἐπάραντες.* et pag. 207. *τὰ φορτία κομίζουσιν ἁρμαμάξαις.* Etiam de curribus, in quibus *οἱ νομάδες* habitant, ut pag. 294. *τοῖς γέρροις* (*cratibus*) *τῶν ἁρμαμαξῶν.* De plaustris etiam pag. 314 *εἰς ἣν αἱ ἁρμάμαξαι κατάγονται.* Caeteri scriptores *ἁμάξας* appellant, ut Diodorus Siculus V. 26. *ἁμάξαις κομίζοντες τὸν οἶνον.* Ergo vitiose apud Strabonem editur pag. 307. *ἐν ταῖς Ἁμάξαις ἐν αἷς διαιτῶνται*, pro Ἁ**ΡΜ***αμάξαις.*

Pag. 194. *τούτων δὲ (τῶν ἐθνῶν) ἐπιφανέςατόν ἐςι τὸ τῶν Ἀρουέρνων καὶ τὸ τῶν Καρνούτων, δι' ὧν ἀμφοῖν ἐνεχθεὶς ὁ Λείγηρ εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἔξ*ΕΙCΙ. Flumen in mare non *ἐξέρχεται*, sed *ἐξίησι*, quod repone.

Praeterea scribe *ὁ Λίγηρ*, nam prima brevis est. Ubique apud Strabonem Ι et ΕΙ confunduntur, ut in *Λεῖρις*, *Σεῖρις*, *Ὄσειρις*, *Ταπόσειρις*, et contra.

Pag. 198. *τὸ ἀπὸ τῆς μάχης ἀπιόντας τὰς κεφαλὰς τῶν πολεμίων ἐξάπτειν ἐκ τῶν αὐχένων τῶν ἵππων, κομίσαντας δὲ προσπατταλεύειν * τὴν θέαν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην πολλάκις.* Transpone in hunc modum: *προσπατταλεύειν τοῖς προπυλαίοις. Φησὶ γοῦν Ποσειδώνιος αὐτὸς ἰδεῖν ταύτην τὴν θέαν πολλάκις.* Eadem narrat Diodorus V. 29. *τῶν δὲ πεσόντων πολεμίων τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦντες περιάπτουσι τοῖς αὐχέσι τῶν ἵππων — καὶ τὰ ἀκροθίνια ταῦτα ταῖς οἰκίαις προσηλοῦσιν ὥσπερ ἐν κυνηγίαις τισὶ κεχειρωμένοι θηρία.* Sine controversia haec et complura alia in libro V a Posidonio sumsit.

Pag. 199. *καὶ τοῦτο δὲ τῶν θρυλουμένων ἐςὶν ὅτι πάντες Κελτοὶ* ΦΙΛΟΝΕΙΚΟΙΤΕ *εἰσὶ καὶ οὐ νομίζεται παρ' αὐτοῖς αἰσχρὸν τὸ τῆς ἀκμῆς ἀφειδεῖν τοὺς νέους.* Diu et multum me hic locus frustra torsit, nam quid dixerit Strabo satis perspicuum est, quo modo id dixerit e vocabulo corrupto elicere non possum. Locus ex Posidonii *Historiis* sumtus est. Praeter Strabonem duo alii scriptores eodem testimonio usi sunt sine nomine auctoris. Audi primum Athenaeum pag. 603. A. *Κελτοὶ δὲ τῶν βαρβάρων καίτοι καλλίςας ἔχοντες γυναῖκας παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν ὡς πολλάκις ἐνίους ἐπὶ ταῖς δοραῖς μετὰ δύο ἐρωμένων ἀναπαύεσθαι.* Audi nunc Diodorum V. 32. *γυναῖκας δ' ἔχοντες εὐειδεῖς ἥκιςα ταύταις προσέχουσιν ἀλλὰ πρὸς τὰς τῶν ἀρρένων ἐπιπλοκὰς ἐκτόπως λυσσῶσιν. εἰώθασι δὲ ἐπὶ δοραῖς θηρίων χαμαὶ καθεύδοντες ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν παρακοίτοις συγκυλίεσθαι. τὸ δὲ πάντων παραδοξότατον τῆς ἰδίας εὐσχημοσύνης ἀφροντιςοῦντες τὴν τοῦ σώματος ὥραν εὐκόπως ἑτέροις προΐενται καὶ τοῦτο αἰσχρὸν οὐχ ἡγοῦνται, ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν τις αὐτῶν χαριζομένων μὴ προσδέξηται τὴν διδομένην χάριν ἄτιμον ἡγοῦνται.* Vides ea quae Posidonius eleganti simplicitate enunciasset ab inepto scriptore

Diodoro turgida oratione depravari; παιδικοῖς μᾶλλον χαίρουσιν ille dixit, at Diodorus: πρὸς τὰς τῶν ἀρρένων ἐπιπλοκὰς ἐκτόπως λυσσῶσιν, et similiter in reliquis. De Strabonis sententia igitur nulla esse potest dubitatio; si dixisset τῆς ὥρας (pro τῆς ἀκμῆς) ἀφειδεῖν nemini fuisset obscurum. Quid latet ergo in Φιλονεικοιτε? Frustra equidem quaesivi, quaerat alius, nam quod Meineke coniecit *Vind.* pag. 45. ἡδονικοί nemini placiturum opinor.

Addo de eodem (nam vere θρυλούμενον est) testimonium Aristotelis *Polit.* II. 8. sic fere dicentis: οὐ γυναικοκρατοῦνται οἱ Κελτοὶ ἀλλὰ φανερῶς (προ)τετιμήκασι τὴν πρὸς τοὺς ἄρρενας συνουσίαν.

Pag. 203. κατέλυσαν ἅπαντας καὶ διέταξαν αὐτοὶ τὰς πολιτείας ἐπιςήσαντες ΦόΒον. Spernitur bona correctio in Aldinam recepta ἐπιςήσαντες ΦόΡον. Dici non potest ἐφιςάναι φόβον pro ἐμβάλλειν, sed φόρον ἐφιςάναι optime habet, ut pag. 821. ἀφῆκεν αὐτοῖς καὶ τοὺς φόρους, οὓς ἐπέςησεν.

Pag. 206 insere articulum: πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάρρων ὑπὸ δόρυ καταςρεψάμενος αὐτοὺς ςρατηγός. Restitue naturae ordinem sic: ἐπώλησεν ὑπὸ δόρυ Τερέντιος Οὐάρρων Ὁ καταςρεψάμενος αὐτοὺς ςρατηγός.

Pag. 206. τῆς δὲ πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας τῶν λῃςῶν τούτων χαλεπότητος λέγεταί τι τοιοῦτον. Unde pendet τῆς χαλεπότητος? Non facile dixeris, nam periit vocabulum ex quo olim pendebat. Supple: ϹΗΜΕΙΟΝ δὲ τῆς — χαλεπότητος.

Pag. 212. οἱ τὴν Ῥωμαίων ποτὲ ἐξ ἐφόδου καταλαβόντες Σένονες. Emendant: τὴν Ῥωμαίων ΠΟΛΙΝ pro ποτέ. Sed nemo sic loquitur, quemadmodum Latine non dicitur *urbs Romanorum*, sed *urbs Roma*. Itaque scribe τὴν ῬώμΗΝ ποτέ. ut pag. 220. τοὺς ἑλόντας τὴν Ῥώμην Γαλάτας κατεπολέμησαν.

Pag. 214. θησαυρὸς γοῦν ἐν Δελφοῖς ΣπινΙτῶν δείκνυται. Vera lectio est ΣπινΗτῶν, ut apud Plinium: *ostium* (Padi) *Spineticum*. cf. pag. 421. Ut Αἴγινα Αἰγινήτης, sic Σπῖνα Σπινήτης dicitur, et ut Αἰγινητικός sic Σπινητικός.

Pag. 215. revoca librorum scripturam *Φασὶ δέ τινα τῶν πάνυ γνωριζομένΩΝ ὡς εἴη Φιλέγγυος* pro *γνωριζόμενον*, quae est infelix Krameri coniectura.

Turpe vitium haesit pag. 217. *πληροῦσι πέραΝ τοῦ μετρίου* pro *πέρΑ* *supra modum*. Sic et pag. 28 lege *πέρΑ τῶν Παιονικῶν ὀρῶν* pro *πέρΑΝ*.

Pag. 218. *τοῦ δ' οἴνου τὸ πλῆθος* (in Gallia cis Alpina) *μηνύουσιν οἱ πίθοι· ξύλινοι γὰρ μείζους οἴκΩΝ εἰσίν*. Adde literulam ut fiat *μείζους οἰκΙῶν*. Dolia sane erant ingentia, sed aedes Gallorum neque magnas admodum neque altas fuisse facile hinc intelligas.

Strabo pag. 220. (Romani) *τοὺς μὴ μετέχοντας τῆς ἰσοΝΟΜίας εἰς τὰς δέλτους ἐξώριζον τῶν Καιρετανῶν*. imo vero *τῆς ἰσοΠΟΛΙΤείας*, ut pag. 210. *ἀφ' οὗ μετέδοσαν Ῥωμαῖοι τοῖς Ἰταλιώταις τὴν ἰσοπολιτείαν*, et alibi saepius. Perinde est autem apud scriptores huius aetatis *πολιτείαν* et *ἰσοπολιτείαν* dicere. Veteres constanter *πολιτείαν* appellant.

Strabo pag. 220. *Ἄγυλλα γὰρ ὠνομάζετο τὸ πρότερον ἡ νῦν Καιρέα*. leg. *ἡ νῦν Καῖρε*, „*quae nunc* Caere."
Post pauca: *δεξάμενοι τὸν οἰωνὸν οἱ Τυρρηνοὶ ΤΟΥΤΟΝ ἁλοῦσαν τὴν πόλιν μετωνόμασαν*. Haerent in *τοῦτον*, at tu rescribas *τοῦτο hoc nomine.*

De mancipiis ex Corsica Romam adductis scribit Strabo pag. 224. *ἢ γὰρ οὐχ ὑπομένουσι ζῆν ἢ ζῶντες ἀπΑθείᾳ καὶ ἀναισθησίᾳ τοὺς ὠνησαμένους ἐπιτρίβουσιν*. Philosophorum est *ἡ ἀπάθεια*. Hemsterhusius in annot. Ms. „*ἀπειθίᾳ legit Eustath. ad Dion. Perieg. vs.* 458. *vid. I. Fr. Gronov. de Pec. Vet.* IV. *pag.* 324." Vera forma est *ἀπειθείᾳ*, idque sine mora restituendum.

Pag. 228. *τεκμήριον ἄν τις ποιήσαιτο ἀνδρείας καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, ἈΦ' ἧς ἀντέσχον μέχρι πρὸς τὸν παρόντα χρόνον*. Kramerus: „*ἀφ' qui ferri possit non intelligo.*" Facile credo, sed Strabo dederat ὙΦ' *ἧς*, ut dicitur *ὑφ' ἡδονῆς, ὑπὸ λυπης, ὑπὸ*

φόβου, ὑπὸ χαρᾶς et similia cum verbo neutro, ut in *Pluto:*
ὡς ἥδομαι καὶ τέρπομαι καὶ βούλομαι χορεῦσαι
ὑφ' ἡδονῆς.

Strabo pag. 230. *ἀπὸ τριάκοντα ἢ τεσσαράκοντα μικρῷ πλειόνων τῆς Ῥώμης ϛαδίων.* Expungunt *τεσσαράκοντα*, sed veram lectionem esse *ἀπὸ τεσσαράκοντα ἢ μικρῷ πλειόνων* arguunt sequentia: *μεταξὺ γοῦν τοῦ πέμπτου καὶ τοῦ ἕκτου λίθου τῶν τὰ μίλια διασημαινόντων*: nempe *ad quintum lapidem* stadia sunt quadraginta. Tum deleta praepositione legendum, *μί*ΛΙΑ *σημαινόντων*, non ΔΙΑ*σημαινόντων*, quod unde irrepserit vides.
Post pauca: *οἱ ἱερομνήμονες θυσίαν ἐπιτελοῦσιν* —, *ἣν καλοῦσιν Ἀμβαρουίαν*, non sic, credo, appellabant, sed *Ἀμβαρου*ΑΛΙΑ.

Pag. 231. *καταπλαγέντες τὴν ἀρετὴν τοῦ τε Ῥωμύλου καὶ τῶν μετ' ἐκείν*ΟΥ *βασιλέων*, imo vero *μετ' ἐκεῖν*ΟΝ.

Mira narrat Strabo p. 232. de literis Alexandri et Demetrii Poliorcetae ad Romanos datis, quos criminantur praedones Antiates in Graeciam misisse. Negant eos oportere *ἐν μὲν τῇ ἀγορᾷ Διοσκούρων ἱερὸν ἱδρυσαμένους τιμᾶν*, — *εἰς δὲ τὴν Ἑλλάδα πέμπειν τὴν ἐκείνων πατρίδα τοὺς λεηλατήσοντας.* Transpone ΤΟΥΣ *τὴν ἐκείνων πατρίδα*. Non facile credam Demetrium Poliorcetam, nedum Alexandrum, scivisse templum Castoris esse in foro Romano.

Pag. 235. de aedificiis in urbe Roma: — *πρὸς τὰς οἰκοδομίας, ἃς ἀδιαλείπτους ποιοῦσιν αἱ συμπτώσεις καὶ ἐμπρήσεις καὶ μεταπ*Ρ*άσεις.* Optime Madvig. *μεταπ*Λ*άσεις.* Nullam dubitationem relinquunt ea, quae continuo sequuntur: *καὶ γὰρ αἱ μεταπράσεις* (-*π*Λ*άσεις*) *ἑκούσιοί τινες συμπτώσεις εἰσὶ καταβαλλόντων καὶ ἀνοικοδομούντων πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἕτερα ἐξ ἑτέρων.*

Barbaram formam recepit Kramerus pag. 235. ubi *cohortes vigilum*, in quibus Latini Iuniani merebant, appellantur *ϛρατιωτικὸν ἐκ τῶν ἀπελευθερ*ΙΩΤΩΝ. Quam primum revoca *ἀπελευθέρ*ΩΝ.

Pag. 236. τὸ Μαυσώλειον ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς λευκΟλίθου. Leg. λευκοῦ λίθου. Post pauca: καὶ οὗτος λίθου λευκοῦ, et passim de marmoreis.

Pag. 239. ταῖς μὲν ἄλλαις πόλεσι [πλεῖςον] τὸ εὐερκὲς πρὸς ἀγαθοῦ τίθεται, Πραινεςίνοις δὲ συμφορὰ γεγένηται. Dele molestum et sensu vacuum πλεῖςον e dittographia natum.

STRABO pag. 242. κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης καὶ ἐν ὀλίγῳ σιτικῆς τροφῆς. Duarum literularum transpositio dabit veram lectionem, quae haec est: ἐνὶ λόγῳ.

Pag. 245. τοιαῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν ἐμυθολόγουν, νυνὶ δὲ — ἅπαντ' ἐκεῖνα 'Εφάνη μῦθος. Vera lectio est 'ΑΝεφάνη μῦθος. Habet enim hoc verbum certam sedem *in fraude vel errore patefacto*, et *si quem spes aut exspectatio fefellit*, ut in proverbio: ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς ἀναπέφηνεν. Lucianus in Timone cap. 1 ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε καὶ καπνὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. Iocose Plato *de Rep.* pag. 334. A. κλέπτης ἄρα τις ὁ δίκαιος ἀναπέφανται, quod erat imprimis παράδοξον et praeter exspectationem omnium.

Pag. 248. τὸν 'Επωμέα λόφον ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ ΤΙΝαγέντα ὑπὸ σεισμῶν ἀναβαλεῖν πῦρ. Poëticum est τινάσσειν et γῆς τινάκτωρ. Praeterea τιναγῆναι omnino non est Graecum sed τιναχθῆναι. Vera lectio ex ipsis Codicibus sumi potest, nempe 'Ραγέντα.

STRABO pag. 249. Sylla πολλαῖς μάχαις καταλύσας τὴν τῶν 'Ιταλιωτῶν ἐπανάςασιν τούτους (Samnites) σχεδόν τι μόνους συμμένοντας ἑώρα καὶ ὁμοίως 'ΟΜΟροῦντας. Corrige ὁμοίως ΘΑΡροῦντας.

STRABO pag. 251. exercitu Hannibalis Capuae deliciis enervato ὁ 'Αννίβας ἔφη νικῶν κινδυνεύειν ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς γενέσθαι γυναῖκας ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς ςρατιώτας ἀπολαβών. Scrib. γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν expuncto articulo, cui nihil hic loci est. ἄνδρες ὄντες εἶτ' ἐγένοντο γυναῖκες.

Pag. 252. ἐντεῦθεν δ' 'ЄΚπλέοντι τὸν πόντον νῆσος Λευκωσία μικρὸν ἔχουσα πρὸς τὴν ἤπειρον διάπλουν. Recte Kramerus τὸν ΚΟΛΠον, nempe τὸν Ποσειδωνιάτην, sed ἐκπλέοντι inemendatum reliquit. 'Εκπλεῖν cum accusativo componi nequit, at tu corrige ЄΙCπλέοντι τὸν κόλπον. Saepissime in Codd Strabonis ЄΚ et ЄΙC confusa videbis, et εἰσπλεῖν cum accusativo frequens est, ut pag. 84. εἰσπλέοντι τὸν κόλπον. et pag. 126. εἰσπλέοντι τὸν πορθμόν. et pag. 310. εἰσπλέοντι τὸν Βόσπορον, et aliis locis. Nemo in tali re verbo ἐκπλεῖν utitur, sed ex ipsa rei natura εἰσπλέοντι usurpatur.

Pag. 257. μεμφόμενοι τὸν 'Απόλλω καὶ τὴν ῎Αρτεμιν εἰ τοιοῦτΟΥ τυγχάνοιεν ἀνθ' ὧν ἐτιμώρουν αὐτοῖς. Lege 'Απόλλωνα (scribebatur ἀπόλλ͂) et τοιοῦτΩΝ τυγχάνοιεν.

Strabo pag. 259. flagitia Dionysii in virgines Locrenses edita commemorans ita scribit: συναγαγὼν δὲ τὰς ὡραίας παρθένους περιστερὰς ὁλοπτέρους ἐν τοῖς συμποσίοις ἠφίει κἀκείνας ἐκέλευσε ΓΥρεύειν γυμνάς. Recte Meineke *Vind. Strab.* pag. 60. ΘΗρεύειν reposuit, sed quod ΚΟλοπτέρους pro ὁλοπτέρους reponebat fugit eum ratio: non fuisset enim longa venatio si columbis *pinnas incidisset*, quae alis integris circumvolitantes multum laboris et molestiarum miseris puellis exhibebant. *Columbis alas incidere* est τῶν περιστερῶν τὰ ὠκύπτερα κόπτειν, περικόπτειν: quibus opponuntur αἱ ὁλόπτεροι.

Strabo pag. 260. de Zaleuco scribit: τῶν πρότερον τὰς ζημίας τοῖς δικασταῖς ἐπιτρεψάντων ὁρίζειν ἐφ' ἑκάστοις τοῖς ἀδικήμασιν ἐκεῖνος ἐν τοῖς νόμοις διώρισεν ἡγούμενος τὰς ΜЄΝ γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν ΔЄΙΝ δὲ τὰς αὐτάς. Manifestam lacunam recte explevit Meineke *Vind. Strab.* pag. 60. in hunc modum: — περὶ τῶν αὐτῶν, (τὰς δὲ ζημίας) δεῖν εἶναι τὰς αὐτάς. Sed non est satis. Iudices enim in poena aestimanda non *semper* dissentiunt. Itaque sic legendum: τὰς μὲν γνώμας τῶν δικαστῶν οὐχὶ τὰς αὐτὰς εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν 'ΑЄΙ, τὰς δὲ ζημίας κτέ. Scribae oculi ab ΑЄΙ ad sequens ΔЄΙ aberrarunt.

Strabo pag. 262. multas in Italia colonias conditas scribit a Graecis ex bello Troiano reversis, *ὧν αἱ πλείους ὁμώνυμοι τῶν Τρώων ἐγένοντο.* Quam sit absurdum *τῶν Τρώων* ostendit Meineke, qui acute Strabonis sententiam perspexit et reposuit: *ὁμώνυμοι τῶν ποταμῶν ἐγένοντο*, sed in unum levem errorem se induit, quem patefacient hi loci pauci de multis: in vicinia legitur: *Σύβαριν ποταμῷ τῷ πλησίον ὁμώνυμον.* pag. 243. *παραρρεῖ δὲ ὁμώνυμος τῇ πόλει ποταμός.* pag. 447. *ἡ ὁμώνυμος τῇ νήσῳ πόλις.* pag. 408. *ὁμώνυμοι τῷ ποταμῷ τούτων.* Itaque nunc quoque scribendum: *ὁμώνυμοι τοῖς ποταμοῖς ἐγένοντο.*

Misere depravatum legitur pag. 262. oraculum Myscello editum:

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ σέθεν ἄλλο ματεύων
κλάσματα θηρεύεις· ὀρθὸν δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαινεῖν.

quum vera lectio apud alios servata haec sit:

Μύσκελλε βραχύνωτε, παρὲκ ΘΕΟΝ *ἄλλο ματεύων*
*κλ*ΑΥ*ματα θηρεύεις·* ΔΩΡΟΝ *δ' ὅ τι δῷ τις ἐπαίν*ΕΙ.

quae plana et perspicua sunt: *κλαύματα θηρεύεις* est *quaeris infortunium*, et *ἐπαίνει contentus esto.*

Pag. 263. (*ἡ Σύβαρις*) *τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον Ὑπῆρξεν*, inepte pro *Ἐπῆρξεν*, unde *provinciae ἐπαρχίαι* appellantur. Multis locis eodem modo libri Strabonis corrupti sunt. Critici modo verum reponunt, interdum errorem intactum relinquunt. vid. pag. 394 et 407.

Pag. 269. commemorat proverbium in sumtuosos: *λεγόντων πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς ὡς οὐκ ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακοσίων δεκάτη.* Frustra Strabonis manus quaesita est aliis alia infeliciter tentantibus. Fefellit omnes lacuna: *ὡς οὐκ ἂν* *** ΕΙ *γένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακοσίων δεκάτη.* Sententia verborum quae perierunt facile reperitur: „*non satis habituros*" vel „*sumtibus non suffecturos*" aut simile quid *ὡς οὐκ ἂν (ἅλις ἔχοιεν οὐδ') εἰ γένοιτο κτέ.* aut aliud quid in eandem sententiam.

Pag. 273. *καὶ τῶν βαρβαρικῶν δὲ ἐξΗλείφθησαν πολλαὶ (πόλεις), καθάπερ οἱ Καμικοὶ τὸ Κωκάλου βασίλειον.* Lege *ἐξΕλείφ-*

θησαν. Strabo urbes aut regiones ab incolis *desertas* dicere solet ἐκλελεῖφθαι vel ἐκλειφθῆναι. Et ἐκλελεῖφθαι quidem solet integrum servari, aoristus autem non uno loco in ἐξΗλείφθην depravatum vidi. pag. 362. περὶ χώρας ἐκλελειμμένης τῆς πλείςης. Eodem modo peccatum pag. 357. ἐξηλείφθη δὲ καὶ ἀπῆραν οἱ πλείους εἰς Ἐπίδαμνον. et pag. 588. τὸ δὲ μαντεῖον ἐξηλείφθη. Utrobique ἐξΕλείφθη reponendum.

Strabo pag. 275. τὰ μὲν Σελινούντια κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐςιν. Supplent (καὶ τὰ) κατὰ Ἱμέραν. Lenius multo corriges Σελινούντια ΚΑΙ ΤΑ Ἱμέραια.

Pag. 276. [εἰ δὲ ταῦτ' ἐςὶ πιςὰ οὐκ ἀπιςητέον ἴσως τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους μυθολογηθεῖσιν]. Rectissime iudicavit Meineke haec non ab ipso Strabone scribi potuisse, sed ab „*nasutulo*" lectore in margine sui libri adscripta fuisse.

Pag. 278. ὁ τοῦ Διὸς κολοσσὸς χαλκοῦς μέγιςος μετὰ τὸν Ῥοδίων. Libri meliores: τῶν Ῥοδίων. Leg. μετὰ τὸν ῬόδιΟΝ. Sic enim appellatur et ὁ ἐν Ῥόδῳ, ut in inscriptione:

τὸν ἐν Ῥόδῳ κολοσσὸν ἑξάκις δέκα
Χάρης ἐποίει πήχεων ὁ Λίνδιος.

Historia Partheniarum et Phalanthi pag. 278. scribarum erroribus tanto opere obscurata est ut quid tandem sit actum nemo intelligat. Apparebit autem reperta vera lectione. Editur: ὅσοις (leg. ὅσοι) δὲ κατὰ τὴν ςρατείαν παῖδες ἐγένοντο Παρθενίας ἐκάλουν καὶ ἀτίμους ἔκριναν· οἱ δ' οὐκ ἀνασχόμενοι (πολλοὶ δ' ἦσαν) ἐπεβούλευσαν τοῖς τοῦ δήμου. αἰσθόμενοι δ' ὑπέπεμψάν τινας οἳ προσποιήσει Φιλίας ἔμελλον ἐξαγγέλλειν τὸν τρόπον τῆς ἐπιβουλῆς. ΤΟΥΤΩΝ δ' ἦν καὶ Φάλανθος. Haec omnia mendo carent et integerrima sunt. Ergo apparet Phalanthum in eorum numero fuisse, qui subornati a populo *simulata amicitia coniuratorum consilia patefacturi erant.* Quod si firmiter tenebimus emendari poterunt sequentia: Φάλανθος ὥσπερ ἘΔΟΚΕΙ προςάτης ὑπάρχειν αὐτῶν, οὐκ ἠρέσκετο ΔΕ ἁπλῶς τοῖς περὶ τῆς * βουλῆC ὈΝΟΜΑCθεῖσιν. *Phalanthus Partheniarum dux et antesignanus esse* PUTABATUR (inquit), SED *non placebant ei* – SED *non probabat* –

quid igitur? Sententia clamat addi debere: *non placebant ei quae caeteri moliebantur*, vel *non probabat reliquorum consilia.* Quid latet igitur in: *οὐκ ἠρέσκετο – τοῖς περὶ τῆς * βουλῆς* 'ONOMAC-*θεῖσιν*? Recte Coraës *περὶ τῆς* 'ЄΠΙ*βουλῆς*. Sed *νομισθεῖσιν*, quod idem coniecit, aut *ὁμολογηθεῖσιν* vel *ἑτοιμασθεῖσιν*, quod Meinekio in mentem venit, nihilo meliora sunt quam quod vulgatur. Rescribe *τοῖς περὶ τῆς ἐπιβουλῆς* CΥΝΟΜΟ*θεῖσιν*. *Συνομοθῆναι* dicitur ut apud Aristophanem in *Lysistrata:*

τουτὶ τὸ πρᾶγμα πανταχόθεν ξυνομώμοται
ὑπὸ τῶν γυναικῶν.

et *τὰ συνομοθέντα* sunt *consilia coniuratorum.*

Praeterea pro *ἁπλῶς*, quod sensu caret, *ἄλλως* scribendum videtur.

Nunc omnia plana sunt et reliqua nullo negotio emendari possunt. Sequitur: *συνέκειτο μὲν δὴ τοῖς Ὑακινθίοις ἐν τῷ Ἀμυκλαίῳ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος ἡνίκα* (recte Meineke *ἡνίκ' ἂν*) *τὴν κυνῆν περίθηται ὁ Φάλανθος ποιεῖσθαι τὴν ἐπίθεσιν. γνώριμοι δ' ἦσαν ἀπὸ τῆς κόμης οἱ τοῦ δήμου.* Haec omnia sana sunt et integra, sed mendosa sunt quae sequuntur: *ἐξαγγείλαντ*ЄC *δὲ λάθρα τὰ συγκείμενα τῶν περὶ Φάλανθον* [*καὶ*] *τοῦ ἀγῶνος ἐνεστῶτος προελθὼν ὁ κήρυξ εἶπε· μὴ ἂν περιθεῖναι κυνῆν Φάλανθον.* Apertum est rem acu tetigisse Coraën rescribentem: *ἐξαγγειλάν-τ*ΩΝ *δὲ λάθρα τὰ συγκείμενα τῶν περὶ Φάλανθον*, quam certam emendationem Editores reiiciunt quia superiora non intelligebant. Phalanthus enim ipse coniuratorum consilia et constitutum signum clam populo aperuit, *οἱ δὲ αἰσθόμενοι ὡς μεμηνύκασι* (adde *τινες*) *τὴν ἐπιβουλὴν οἱ μὲν διεδίδρασκον, οἱ δ' ἱκέτευον.*

Restant vitia in ultimis: *προελθὼν ὁ κήρυξ εἶπε μὴ* "AN *περιθεῖναι κυνῆν Φάλανθον.* In verbis praeconis *ἂν* additum absurdum est et *περιθεῖναι* pro *περιθέσθαι* poni non potest. Neque de praecone dicitur *λέγειν* sed *ἀναγορεύειν.* Itaque repone AN suo loco et scribe: *ὁ κήρυξ* 'AN*εῖπε μὴ περιθέσθαι κυνῆν Φάλανθον.*

Pag. 280. (*οἱ Λακεδαιμόνιοι*) *ἐπανελθόντες οἴκαδε τοὺς Παρθενίας οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἐτίμων.* — *οἱ* (adde *δὲ*) *συνιστάμενοι μετὰ τῶν Εἱλώτων ἐπεβούλευσαν.* — *τῶν δὲ Εἱλώτων τιν*ЄC *ἐξαγγείλαντ*ЄC *τὸ μὲν ἀντεπιτίθεσθαι χαλεπὸν ἔγνωσαν* (nempe Lacedaemonii), — *τοὺς μέλλοντας δ' αἴρειν τὸ σύσσημον ἐκ τῆς ἀγορᾶς*

ἀπιέναι προσέταξαν. Kramerus bona fide credidit recte habere: *Εἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔγνωσαν.* Appellatur, credo, *nominativus absolutus*, et exempla quaedam proferuntur ex locis vitiosis. Nullus supererit usquam soloecismus si illa probabuntur. Recipiamus igitur *τιν*OC *ἐξαγγείλαντ*OC.

Quis negabit aut quis nescit constructionem verborum saepius mutari in longius protracta oratione aut artificiosius composita, ut alia forma coeperit institui et currente calamo alia exeat, sed *τῶν Εἱλώτων τινὲς ἐξαγγείλαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔγνωσαν* dicere absurdum est.

Quod annotat Meineke cum Ephoro consentire Polyaenum *Strateg.* II. 14. ubi est: — *προσέταξαν τῷ κήρυκι ἀναγορεῦσαι „οἱ τὸν πῖλον αἴρειν μέλλοντες ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἄπιτε."* non est id hercle mirandum, nam Polyaenus sua ex Ephoro fideliter descripserat.

Pag 280. *οἱ δὲ σταλέντες κατελάβον*TO TOYC *Ἀχαιοὺς πολεμοῦντας τοῖς βαρβάροις.* Unice verum est *κατέλαβ*ON. Dicebant sequiores *καταλαβέσθαι* pro *occupare* locum, castellum et sim. sed *κατελαβόμην αὐτοὺς πολεμοῦντας* nemo umquam Graecorum dixit pro *κατέλαβον.*

Strabo pag. 280. de Tarentinis scribit: *οὐδ' ἐκείνοις (τοῖς ξενικοῖς στρατηγοῖς) δ' εὐπειθεῖν ἠδύναντο ἀλλ' εἰς ἔχθραν αὐτοὺς καθίστασαν.* Legendum: *ἀλλ' εἰς ἔχθραν αὐτ*OIC *καθ*Є*στασαν.* Saepe *καθεστάναι* in *καθιστάναι* scribae mutare solent.

Pag. 285. *πολλὰ δ' εἰρηκότων τὰ μέγιστα νῦν ἐπισημαινούμεθα.* manca est sententia amisso vocabulo necessario. Supple *πολλὰ δὲ* ΠΟΛΛΩΝ *εἰρηκότων.* „De *Italia*, inquit, *multi multa* dixerunt". Eadem emendatione eget locus pag. 14. quem in fronte huius scriptionis posuimus: *εἰ δὲ πολλῶν προειπόντων ἐπιχειροῦμεν καὶ αὐτοὶ λέγειν*, imo vero *πολλῶν (πολλὰ) προειπόντων.* In sqq. editur: *πρὸς οἷς ἂν καὶ μικρὸν προσλαβεῖν δυνηθῶμεν*, ubi suadente sententia restituimus: *οἷς ἂν καὶ μικρόν* TI *προσ*ΒΑΛ*εῖν δυνηθῶμεν.*

Pag. 287. editur: *Κελτοὺς τοὺς περὶ τὸν Πάδον ἔπαυσαν τῆς*

πολλῆς καὶ ’ANΕΔΗΝ ἐλευθερίας. Sensu vacuum est ἡ ἀνέδην ἐλευθερία, sed nata est haec lectio ex Editorum errore. In libris est ἄδην, quod sine mora reponendum. Strabo enim saepius Homerico ἄδην utitur pro ἄγαν, et quam Plato appellat noto loco *de Rep.* pag. 564. A. τὴν ῎ΑΓΑΝ ἐλευθερίαν eam Strabo suo more τὴν ῎ΑΔΗΝ ἐλευθερίαν appellavit. Cf. pag. 575. νόσος ἐπιπεσοῦσα ἐκ τῆς ἄδην πλησμονῆς. et pag. 687 διὰ τοὺς ὄμβρους τοὺς ἄδην *propter imbres nimios.*

Strabo pag. 288. ’Αλβανοί τε καὶ ῎Ιβηρες παρουσίας δέονται μόνον τῶν ἡγησομένων καλῶς τε κρατοῦνται, νεωτερίζουσι δὲ διὰ τὰς τῶν ‘Ρωμαίων ’ΑΠασχολίας. Haec Meinekio non satis bene coire videntur. Me quidem in his nihil offendit. *Si adsunt Romani* (inquit) *aequissimo animo imperata faciunt et imperium patiuntur. Sed rebellant Romanis in aliud bellum implicitis.* Satis est duas literas expungere et scribere διὰ τὰς τῶν ‘Ρωμαίων ’Ασχολίας.

Strabo pag. 289. de Istro scribit: τελευτᾷ δ’ εἰς τὸν Πόντον οὐ πολὺ ἄποθεν τῶν τοῦ Τύρα καὶ τοῦ Βορυσθένους ἐκβολῶν ἐκκλίνων ΠΩC πρὸς ἄρκτους. Pro πως Meineke *Vind. Strabon.* p. 82. ‘ΩC reponebat. Multo etiam lenius corriges: ἐκκλίνων TI ὡς πρὸς ἄρκτους. Simili modo scribendum pag. 281. ἐκκείμενος εἰς τὸ πέλαγος κατὰ τὰς χειμερινὰς ἀνατολάς, ἐπιστρέφων δέ TI ‘ΩC ἐπὶ τὸ Λακίνιον, pro ἐπιστρέφων δέ ΠΩC.

Pag. 290. Germani Gallis sunt παραπλήσιοι καὶ μορφαῖς καὶ ἤθεσι καὶ βίοις —, διὸ ΔΙΚΑΙΑ μοι δοκοῦσι ‘Ρωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα. Vitiosum est δίκαια; neque enim δίκαια pro δικαίως dici potest, neque δικαίως sententiae aptum est. Scrib. διὸ ΔΗ ΚΑΙ μοι δοκοῦσι κτέ. *quapropter.* Strabo hoc sensu solet dicere διὸ δὴ καί et ᾗ δὴ καί et ὅθεν δὴ καί, et sim. ut pag. 799. ᾗ δὴ καὶ τῷ ζύθῳ χρῶνται. Saepe pro ᾗ δή in libris scribitur ἤδη, quod vitium Coraës et Kramerus sustulerunt pag. 153, 320, 662 et 695.

Strabo pag. 292. περὶ δὲ Κίμβρων τὰ μὲν οὐκ εὖ λέγεται, τὰ δ’ ἔχει Πιθανότητας οὐ μετρίας. Certum est ex iis quae se-

quuntur Strabonem dedisse Ἀπιθανότητας. Sententia enim manifesto haec est τὰ μὲν ψευδῆ ἐστὶ, τὰ δ' ἀπίθανα. Post pauca in hoc ipso argumento recte dicitur: πῶς οὐκ Ἀπίθανον; Saepius (quamquam est perineptum) vidi πιθανόν et ἀπίθανον confusa. Attuli supra exemplum ex Flavio Iosepho. Nusquam autem stolidior est haec confusio quam ad Iliad. N. 658.

μετὰ δέ σφι πατὴρ κίε δάκρυα λείβων.

ubi annotatur: ἔνιοι δὲ Πιθανῶς μεταγράφουσι·

μετὰ δ' οὔ σφι πατὴρ κίε δάκρυα λείβων.

Pag. 293. τοὺς δὲ Κίμβρους — ἀποκρουσθέντας ὑπὸ τῶν Βοΐων ἐπὶ τὸν Ἴστρον καὶ τοὺς Σκορδίσκους Γαλάτας ΚΑΤΑβῆναι. Nulla in his κατάβασις cogitari potest. Cimbri dicuntur a Boiis repulsi *mutato itinere* Istrum et Scordiscos petiisse. Itaque rescribendum ΜΕΤΑβῆναι.

Nihil hac confusione notius est.

Pag. 298. καί ΠΩΣ τὸ τῶν ἐμψύχων ἀπέχεσθαι Πυθαγόρειον τοῦ Ζαμόλξιος ἔμεινε παραδοθέν. Non convenit sententiae καί πως. Est haec Strabonis suspicio tantum, quamobrem corrige καὶ ἼΣΩΣ, *et fortasse.*

. Strabo pag. 301. ὁ καθ' ἡμᾶς βίος εἰς πάντας σχεδόν τι διατέτακε τὴν πρὸς τὸ χεῖρον μεταβολὴν τρυφὴν καὶ ἡδονὰς καὶ κακοτεχνίας ΕΙΣ πλεονεξίας μυρίας πρὸς ταῦτ' εἰσάγων. Coniiciunt ΚΑΙ πλεονεξίας. Coalescant in unum male divisa et legatur Ἐκ πλεονεξίας. Contrario errore scribitur pag. 387. Ἐκ δὲ τῶν Ῥυπῶν ἦν ὁ Μύσκελλος pro εἷς.

Pag. 305. Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεω — ἐκινδύνευσε πανστρατιᾷ δίψῃ ΔΙΑΛΥΘΗΝΑΙ. Ineptum est in tali re διαλύεσθαι. Nihil aliud fert et loci sententia et dicendi usus quam δίψῃ διαΦΘΑΡῆναι.

Pag. 306. εἶτα Βορυσθένης — καὶ νῆσος — ἔχουσα λιμΕΝΑ. πλεύσαντι δὲ τὸν Βορυσθένη σταδίους διακοσίους ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ πόλις. Sententia manifesto postulat ἈΝΑπλεῖν. Itaque scribe: — λιμΕΝΑ. ἈΝΑπλεύσαντι δέ κτέ. Vides cur ἀνα — perierit.

Pag. 307. ὥστε καὶ ΠΗΛΟΝ εἶναι καὶ ὁδόν. Frigidissime emendant καὶ ΠΛΟΥΝ καὶ ὁδόν. Scita est Madvigii coniectura: ὥςε καὶ ΚΑπηλΕΙον εἶναι καθ' ὁδόν. *Plaustris mare conglaciatum transeunt* ET EST IN VIA CAUPONA, haud secus atque in terrestri itinere.

Pag. 311. Λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα. In libris est διακοσίων: in Epitome ιέ id est πεντεκαίδεκα. Neuter numerus probabilis est, alter enim est iusto minor, alter omnem fidem excedit. Opem feret Demosthenes, quem haud dubie in his auctorem Strabo sequitur, in noto loco *Leptineae* pag. 467. αἱ παρ' ἐκείνου (τοῦ Λεύκωνος) δεῦρ' ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες περὶ ΤΕΤΤΑΡΑΚΟΝΤΑ εἰσίν. Reddamus igitur Straboni: πέμψαι ΜΜυριάδας μεδίμνων, id est τετταράκοντα μυριάδας, et numerum ab correctore suppletum expungamus.

Pag. 327. καταλυθείσης δὲ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς ὑπὸ Ῥωμαίοις ἔπεσεν. Soloeca haec oratio est et nullo modo ferenda. Et certa Graecitatis ratio et constans dicendi usus suadent ut ὑπὸ ῬωμαίΟΥΣ reponatur.

Strabo pag. 327. ὁ δ' Ἡσίοδος·

Δωδώνην φηγόν τε Πελασγῶν ἕδρανον ἮΕΝ.

corrigunt ἦεν, sed neque ἦεν Epicum est sed ἤϊεν, et sententia aliud quid postulat, nempe ἽΚΕΝ.

Pag. 338. ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Βοινώᾳ (τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν). Scribendum τῇ Βοινόᾳ. Elidenses enim digamma retinuerant Ϝοινόα dicentes et Ϝαδύ et similia, pro quo Β substitui solet, ut in βαδὺ ὕδωρ et Βοινόα. Similiter pag. 360 Οἴτυλός ἐςι· καλεῖται δ' ὑπό τινων Βαίτυλος. Leg. Βοίτυλος pro Ϝοίτυλος.

Pag. 341. τῷ Ἡρακλεῖ συςρατεῦσαι τοὺς Ἐπειοὺς ἐπὶ Αὐγέαν καὶ συνΑΝελεῖν αὐτῷ τόν τε Αὐγέαν καὶ τὴν Ἦλιν. Συνανελεῖν de Augea dici potest, sed de Elide tota non potest. Quin igitur legimus: καὶ ΣΥΝελεῖν pro συνανελεῖν, *una cepisse* et Augeam et Elidem.

AD LIBANIUM.

Libanii Sophistae Orationes et Declamationes. recensuit Io. Iacobus Reiske. 1791—1797.

Post magnum temporis intervallum et multas alias curas ad Libanium revertor De prima oratione περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης in *Mnemosyne* exposui, nunc reliqua ordine persequar omnia. Praemittam autem observationes quasdam grammaticas et palaeographicas generales, deinde de singulis locis dicturus.

Δοκεῖς, δοκεῖ, δοκεῖτε CORRUPTA IN δοκῇς, δοκοῖς, δοκοίης CET.

Tralaticium hoc in omnibus libris etiam vetustissimis vitium est in locis sic compositis ut apud Libanium II. 264. 6. σώζειν ἂν — δοκοῖ; III. 417. 7. ἆρ' ἂν — ἀναβαλέσθαι δοκοίη; II. 356 21. οὐκ ἂν εἰπεῖν σοι δοκῇ; IV. 371 27. οὐδ' ἂν θάψαι τις δοκῇ. IV. 593. 5. οὐκ ἄν σοι δοκῇ φυγεῖν; IV. 606. 15. τίνα δοκῇς ἂν ἐθελῆσαι; IV. 695. 8. ἆρ' ἄν με δοκῇς δέξασθαι; IV. 811. 4. τίνας ἂν ἐκεῖνον ἀφεῖναι δοκῆτε τὰς φωνάς;

Nullum vidi Codicem tam veterem et probum in quo non similes hisce errores et soloecismi appareant, quorum nonnulli ad hunc usque diem bonos scriptores deturpant. Inspiciamus Demosthenem. pag 43 28. ὡς ἄν μοι βέλτιστα καὶ τάχιστα δοκεῖ παρασκευασθῆναι, S. δοκῆι 192. 5. εἰπεῖν ὅτι μοι σωφρονεῖν ἂν δοκεῖτε, sic S. caeteri δοκοῖτε. Aristoph. *Vesp.* 1405. recte Ravennas:

σωφρονεῖν ἄν μοι δοκεῖς.

sed idem in *Pluto* 380. dedit:

Φίλως ἄν μοι δοκῆις
τρεῖς μνᾶς ἀναλώσας λογίσασθαι δώδεκα.

Apud Demosth. pag. 52. 12. ἀποχρῆν ἐνίοις ὑμῶν ἄν μοι δοκεῖ. caeteri δοκῆι, S. solus δοκεῖ. pag. 627. 25. ὡς δ' ἄν μοι δοκεῖτε — ῥᾷστα μαθεῖν, S δοκεῖτε. alii δοκῆτε. Apud Isocratem pag. 4. A. omnes, etiam Urbinas, exhibent: δι' ὧν ἄν μοι δοκοίης — πλεῖστον ἐπιδοῦναι. errore manifesto. Primus omnium Bekkerus δοκεῖς requiri sensit. Apparet correctorem aliquem hic esse grassatum. Non intelligunt ἄν — ἐπιδοῦναι esse coniuncta et temere ac stulte veterem scripturam interpolant.

Qui semel admonitus inter legendum hoc aget multos locos reperturus est eadem correctione indigentes, ut apud Platonem in *Protag.* 351. B. οὐκ εὖ ἄν σοι δοκοῖ οὕτω βεβιωκέναι; et in *Lyside* 206. A. ποῖός τις ἄν σοι δοκοῖ θηρευτὴς εἶναι; *de Rep.* 493. C. οὐκ ἄτοπος ἄν σοι δοκοῖ εἶναι παιδευτής; Recte Codex Paris. A. δοκεῖ. Editores non audiunt.

Ὅπως ET ὅπως μή CUM FUTURO IUNCTUM.

Loci sunt innumerabiles in omnibus omnium scriptorum Codicibus, ubi futurum post ὅπως et ὅπως μή in coniunctivi aoristum perperam et vitiose conversum est. Abierat vetus compositio in desuetudinem, unde factum est ut scribae ad aequalium συνήθειαν delaberentur. Ὅπως et ὅπως μή *iubentis* et *vetantis* sine ulla exceptione semper et ubique futurum habebant, ὅπως παρέσει μοι, ὅπως μὴ ἐρεῖς, ὅπως μου μὴ κατερεῖς, et sim. Scribae vel cum immani barbarismo de more coniunctivum substituunt ἐρῇς, κατερῇς, etiam in optimis et vetustissimis Codicibus. Homines docti ob frequentiam exemplorum saepius dubii haerent. Quam nihil in talibus sit credendum libris hi apud Libanium loci demonstrabunt.

Tom. I. 82. ὅπως ὀφθήσωνται.
I. 181. ὅπως δεήσωνται.
IV. 54. ὅπως ἀπαλλάξωνται.
IV. 260. ὅπως ἐντεύξωμαι.
IV. 518. ὅπως ἀκούσωνται.
IV. 1002. ὅπως πλεύσωνται.
IV. 451. ὅπως ἀφαιρήσηται.

haec omnia barbara sunt: nec minus IV. 476. 29. ἂν οὖν ὑμεῖς καιρήσησθε πολιορκεῖσθαι, pro καιρῆσθε. Perinde vitiosa sunt talia IV. 860. μέλλουσι βιάσασθαι, et IV. 930. ἔμελλε διαφεύξασθαι. Scatent eiusdemmodi monstris lectionum Codices etiam optimi, Demosthenis, Platonis, Herodoti, aliorum. Quominus dubitabimus pro aoristis futura revocare, ubi sine barbarismo brevis vocalis in longam conversa est.

DE USU VERBI τυγχάνειν PERSONALIS, NON IMPERSONALIS.

Ad Euripidis *Troades* vs. 63.

μισεῖς τε λίαν καὶ φιλεῖς ὃν ἂν τύχῃς.

annotavit Matthiae: „ὃν ἂν τύχΗΙ *non minus bene dici potuit.*" Est haec vetus grammaticorum, scribarum et correctorum opinio, quae pugnat cum certo usu Atticorum, atque eorum qui ἀττικῶς scribere volebant. Τυγχάνειν in his omnibus personale verbum est et ponitur eodem numero et persona eadem, qua verbum quocum componitur, φιλῶ ὃν ἂν τύχω, φιλεῖς ὃν ἂν τύχῃς, φιλοῦσιν ὃν ἂν τύχωσιν et similiter in similibus. Perversa grammaticorum opinio saepe turbas dedit, sed in longe plurimis locis sana scriptura incolumis evasit et facem praefert sicubi indocti scribae vel correctores antiquam dicendi consuetudinem violarunt. De magna copia pauca quaedam exempla expromam. Aristophanes *Plut.* 904.

σκήπτομαί γ' ὅταν τύχω

Plato *Theag.* 129. B. ἥξω δ' ὀλίγον ὕστερον ἐὰν τύχω. *Sympos.* 173. A. περιτρέχων ὅποι τύχοιμι. *Gorg.* 522. C. ὅ, τι ἂν τύχω τοῦτο πείσομαι. *Crit.* 45. D. ὅ, τι ἂν τύχωσι τοῦτο πράξουσιν. et paullo ante 44. D ποιοῦσι δὲ τοῦτο ὅ, τι ἂν τύχωσιν *Protag.* 353. A. ὅ, τι ἂν τύχωσι τοῦτο λέγουσιν. *Gorg.* 618. C. ἂν οὕτω τύχωσιν – προσκαπηλοῦσιν αὐτῶν καὶ τὰς ἀρχαίας σάρκας *de Rep.* 503. C. φέρονται ὅπῃ ἂν τύχωσιν. Isocr. 238. B. λέγοντες ὅ, τι ἂν τύχωσιν. et 282. D. μὴ δόξῃς ὅμοιος εἶναι τοῖς λέγουσιν ὅ, τι ἂν τύχωσιν. Videbis correctorum errores in Platonis *Theage* 130. E. ὅρα οὖν μή σοι ἀσφαλέστερον ᾖ παρ' ἐκείνων τινὶ παιδεύεσθαι – μᾶλλον ἢ παρ' ἐμοῦ ὅ. τι ἂν τύχΗΙ τοῦτο πρᾶξαι, recte Bekkerus τυχΗΙC reposuit. Apud Isocratem 320. B. in Urbinate scriptum est: ἀναγκαίας ἂν εἶχεν εἰκάζοντας ὑμᾶς ἐκ τῶν εἰρη-

μένων διαγιγνώσκειν ὅπως ἔτυχΕ, sed verum *ἐτύχΕΤΕ* reliqui omnes servant. Apud Demosthenem 53. 18. *ὅταν - ὑμεῖς ὅ, τι ἂν τύχΗΤΕ ψηφίσησθε.* Sic omnium optimus S., caeteri omnes *τύχῃ.* Contra 484. 21. *τοὺς νόμους - τεθέντας ὅπως ἔτυχΟΝ*, male S. *ἔτυχΕΝ.* 749. 6. *οὐ γὰρ ἁπλῶς οὐδ' ὅπως ἔτυχΟΝ ποιοῦσι κακῶς ὑμᾶς.* S. solus verum servavit caeteris in *ἔτυχΕ* consentientibus.

Nunc Libanium audiamus. Saepius apparet emendata lectio IV. 293. 1. *ἀναβάντες ὁπόταν τύχωσιν ὑμῖν ἐπετίμησαν.* I. 200. 10. *τοῖς δὲ λαλεῖν ὅ, τι τύχοιεν ἥδιον.* I. 639. 11. *καταδύντες ὅπῃ τύχοιεν ἑαυτοὺς διέσωζον* Sed mendose nunc legitur I. 321. 16. *συμφορὰν ὅτῳ τύχΟΙ προσβαλόντες.* IV. 135. 20. *φλυαροῦντες ἀπερισκέπτως ὅ, τι τύχΟΙ* IV. 595. 27. *τοῖς ὅ, τι καὶ τύχΟΙ κακουργεῖν βουλομένοις.* et IV. 809. 35. *τοὺς τυραννοῦντας δέει τοῦ πεσεῖν ὑφ' ὅτου καὶ τύχΟΙ τηρήσει.* Omnibus his locis *τύχΟΙΕΝ* corrigendum esse facile apparet.

'Εζήτησα - ἐξήτησα, ἐξεζήτησα. ἐξήτακα - ἐζήτηκα.

Pervulgato scribarum errore in omnibus libris haec permisceri videbis. Libanius III. 590. 9. *ἀλλ' οὗτοι μὲν εἰ καὶ τῆς τῶν λόγων ἀπελείφθησαν ἰσχύος ἀλλ' ἐξεζήτησάν τε κτήσασθαι.* Leg. *ἀλλ' οὖν 'ΕΖήτησάν ΓΕ.* Tom. III. 266. 13. *ὁ γὰρ διδάσκαλος ἅμα τ' ἐξήτησεν ἃ μὴ χρὴ καὶ τὸ εἶναι τοῦ νέου κύριος ἀπολώλεκεν*, imo vero *ἐζήτησεν*, quo verbo Graeculi pro *αἰτεῖν petere* uti solent, ut III. 263. 5. *ἐζήτει παρ' ὑμῶν.* Recte Reiskius IV. 630. 22. pro *τὸν νόμον ἐζήτηκε* reposuit *ἐξήτΑκε.* Crebrum imprimis vitium est quod reperitur IV. 817. *Φίλιππος ἐζήτησε τὸν Δημοσθένην* pro *ἐξήτησε.* Recurrit IV. 1004. 10. *ἐζητήθη παρὰ τῶν ἐχθρῶν Δημοσθένης.* imo vero *ἐξῃτήθη.*

Ἄρχομαι - Ἔρχομαι — Ἄρχοιντο - Ὀρχοῖντο.

Confundi haec solent passim apud omnes. Apud Libanium haec vide: II. 119. 13. *φοβῶν ἑτέρους διὰ τῆς πόλεως ἔρχεται*, in aliis est *ἄρχεται* sine sensu. Tom. II. 245. 20. *δῆμος δὲ πεισθεὶς ὡς ἄρχοι τοῦ ἄρχοντος - πολλὰ κινῶν τῶν καθεστηκότων Ἔρχεται.* ad haec Reiske: *aut κινήσων legendum est aut in*

ἔρχεται est vitium. Hoc verum est et Ἄρχεται rescribendum. Tom. II. 387. 7. ἦρχε μὲν ὁ ἄρχων, ἤρχετο δὲ ὁ ἀρχόμενος in alio ἐρχόμενος legitur: nihil hi homines cogitant. Ὀρχεῖσθαι et ἄρχεσθαι confusa sunt Tom. II. 382. 6. ubi saltatores dicuntur operas theatrales διατρέφειν ἀργυρίῳ νῦν μὲν πλείονι νῦν δὲ ἐλάττονι. ἐλάττονι μὲν ὁπότε ἡσυχάζοιεν πλείονι δὲ ὁπότε Ἄρχοιντο. Optime Reiskius ὁπότε Ὀρχοῖντο correxit.

Ἀφῆκα — Ἐφῆκα.

Loci sunt innumerabiles ubi haec stulte inter se confunduntur. Dabo de plurimis paucos. Tom. I. 614. 12. (Iulianus moriturus) δεομένων τῶν φίλων ἀποφῆναι τῆς ἀρχῆς κληρονόμον – Ἀφῆκε τῇ στρατιᾷ τὴν ψῆφον, imo vero Ἐφῆκε *permisit*. Tom. II 300 3. τοὺς τῆς βασιλείας αὐτῆς ἐπιτεθυμηκότας – ἐρρύσατό τε καὶ ζῆν Ἀφῆκε. Graecum est ζῶντας ἀφῆκε, ut in proverbio in garrulos ζῶντ' ἄφες, quod Plautus vertit:

sinite abeam vira a vobis.

Repone igitur ζῆν Ἐφῆκε et post pauca βασιλεῖς Ἐφέντες στρατιώταις ἁρπάζειν pro ἀφέντες. Tom. IV. 474. 11. τοῖς πολεμίοις Ἀφεῖναι κατασείειν τὸ τεῖχος. leg. Ἐφεῖναι. Contra Tom. IV 479. 14. μηδὲ τὴν ὀργὴν εἰς ἕνα τῶν ὑφ' ὑμῶν πεπιστευμένων Ἐφῆτε sententia manifesto postulat Ἀφῆτε. Reiskius in talibus, quod miror, nihil cernit. Retinuit et haec omnia et Tom. II. 175. 10. ἓν εἰπὼν δεῖν μὴ ποιεῖν τἄλλα πάντα Ἀφῆκας. Satis perspicuum est Libanium dixisse: *reliqua omnia* PERMISISTI, Ἐφῆκας.

MENDA EX COMPENDIIS MALE LECTIS ORTA.

Libanius IV 760. 7. τίνα δὲ τούτῳ (veneno) διαφθεῖραι προῃρημένος περιῄειν; πότερον ταύτην ἢ τὸν πατέρα; καθ' ἑκάτερον γὰρ αὐτὴν συκοφαντοῦσθαι ἐπιδείξομεν. Monstrum vocabuli est συκοφαντοῦσθαι, barbarum est et simul cum Graeca syntaxi et loci sententia pugnans. Tamen facillime sanabitur malum: erat in Codice scriptum συκοφαντοῦσ cum compendiolo αν significante. Putavit Reiskius (aut Reiskia) pro noto compendio litteram ϑ se videre et sic portentum συκοφαντοῦσΘΑΙ natum est pro συκοφαντοῦσΑΝ.

Saepius vidi eadem de causa -σας in -σθείς esse conversum, et nonnumquam notavi. Scribitur -σ cum syllabae ας compendio cum litera σ ita connexo ut σθ esse videatur. Sic in Charitonis Codice putabant παραγυμνωσθεὶς τὸν ἔρωτα esse scriptum, sed perspicue liber unicus παραγυμνώσ id est παραγυμνώσας exhibet. cf. *Var. Lectt.* 167. Semel admonitus plura de genere hoc animadvertes et continuo emendabis. Addam exemplum ex Libanio IV. 831. 2. καὶ κατὰ σχολὴν τἀργύριον καταριθμηθεὶς — ἀπῄειν οἴκαδε. Viden' καταριθμήCAC verum esse? Simul mendi originem perspicis.

ΠΛΗCΙΟΝ — πλήν, πλησιάζον, πλείονας, πλειόνων.

Libanius II. 3. 17. ἐλθόντες ἐπὶ τὸ πλησιΑΖον βαλανεῖον κάλως, ὧν ἐξήρτητο τὰ τὸ φῶς ἐν νυκτὶ παρέχοντα, μαχαίραις ἀπέκοπτον. Ridiculum est πλησιάζον, quasi balneum ad aliquem *propius accedere* posset. Quod sententia postulat balneum *in vicinia* ad manum est ἐπὶ τὸ πλησίΟΝ βαλανεῖον Est in Codd. compendium πλησίον significans, quod indocti scribae in πλήν aut πλείονας aut πλειόνων aut denique ut l. l. in πλησιάζον stulte converterunt. Spectato mihi aliquis hosce Libanii locos: IV. 1048. 4. ΠΛΗΝ δὲ τῶν οἰκημάτων ἀνατρέχουσαι ἑωρῶντο κυπάριττοι. III. 4. 2. 7. ὁ γὰρ οὐκ ἐάσων — ΠΛЄΙΟΝΑC ἀνὴρ Ἀθηναῖος πόλεως ἐλευθέρας. III. 433. 10. (Ἰάσων ὁ Θετταλὸς) τῆς τῶν Πυθίων διαθέσεως ὠρέγετο, ἀλλ' ὅμως τὰ μὲν ἦν ΠΛЄΙΟΝΩΝ, ὁ δὲ ἔκειτο. In horum locorum primo Reiske ΠΛΗCΙΟΝ δὲ τῶν οἰκημάτων emendavit, in secundo ΠΛΗCΙΟΝ ἀνὴρ Ἀθηναῖος rectissime utrumque. Sed quis nunc punctum temporis dubitabit quin in tertio sit corrigendum: τὰ μὲν ἦν ΠΛΗCΙΟΝ, ὁ δὲ ἔκειτο. „*instabant* ludi, at ille occisus iacebat."

ACCUSATIVI εἰρημένον, ἀπειρημένον ET SIM. DEPRAVATI.

Libanius II 13. 3. προϊόντος δὲ τοῦ πράγματος εἰς ἀκμὴν καὶ δέξασθαι (leg. — Єσθαι) τὸ δικαστήριον τὴν κρίσιν εἰρημένΟΥ χαρίζεται μὲν κἀνταῦθα κτέ Certo et constanti omnium Graecorum usu scripserat εἰρημένΟΝ, sed sero nati Graeculi veterem hanc dicendi consuetudinem ignorantes non uno modo in his turbare

solent. Primum graviter docent accusativum *ἀττικῶς* *pro genitivo* esse substitutum: deinde ipsi de suo genitivum substituunt aut addunt aliquid, *ἦν* aut simile quid, ad supplendum id quod non satis concoquebant. Aristophanes *Lysistr.* 13.

εἰρημένΟΝ δ' αὐταῖς ἀπαντᾶν ἐνθάδε
εὕδουσι κοὐχ ἥκουσιν.

ubi sedulo annotant: *ἀντὶ τοῦ εἰρημένΟΥ ἀττικῶς.* Thucydides III. 52. *βίᾳ οὐκ ἐβούλετο ἑλεῖν εἰρημένΟΝ [γὰρ ἦν] αὐτῷ ἐκ Λακεδαίμονος.* interpolatum esse *γὰρ ἦν* apparet ex antiquo scholio: *εἰρημένΟΝ: αἰτιατικὴ ἀντὶ γενικῆς ἀντὶ τοῦ εἰρημένΟΥ γὰρ αὐτῷ εἶπεν.* Plato *de Rep.* pag. 337. E. *πῶς γὰρ ἄν τις ἀποκρίναιτο πρῶτον μὲν μὴ εἰδὼς — ἔπειτα ἀπειρημένον αὐτῷ [εἴη] ὅπως μηδὲν ἐρεῖ;* unanimi consensu *εἴη* est eliminatum. Herodotus V. 62. *συγκειμένΟΥ σφι πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν Παρίου — ἐξεποίησαν.* ubi necessarium est *συγκείμενΟΝ* *quum convenisset.* Emendate scribitur apud Libanium I. 238. 5. *εἰρημένΟΝ οἱ πολλάκις — ἥκειν.* et I. 73. 11. *πάλαι προειρημένΟΝ αὐτῷ,* sed vitiose II. 87. *οἱ βασιλεῖς αὐτοῖς* (Lacedaemoniis) *οὐ μάλα ἦσαν ἐλεύθεροι τοῖς Ἐφόροις δεδομένΟΥ δῆσαί τε βασιλέα καὶ κτεῖναι* pro *δεδομένΟΝ* ut *ἐξόν.* Vitiose apud Demosthenem pag. 219. *ἀλλ' ᾤοντο ἅμα τε ναυπηγήσεσθαι — καὶ πληρώσεσθαι, — ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις διειρημένΟΥ μηδὲν τοιοῦτον εἰσδέχεσθαι,* imo vero *διειρημένΟΝ*, ut *εἰρημένον, ἀπειρημένον, προειρημένον.* Eodem modo peccatur apud Demosthenem pag. 941. in his *γεγραμμένΟΥ διαρρήδην - Ἀθήναζε πάλιν ἥκειν τὰ χρήματα εἰς Χίον ἐπέτρεψαν καταχθῆναι,* ubi *γεγραμμένΟΝ* unice verum est. Apud Demosthenem pag. 578. 24. *τίς γάρ ἐστιν ὅστις καταχειροτονηθέΝ αὐτοῦ - οὐκ ἂν μέτριον παρέσχεν ἑαυτόν,* omnes libri *καταχειροτονηθέντος* exhibent, solus S verum servavit. Evasit sana scriptura apud Libanium IV. 613. 21. *ὁ γάρ τοι κακῶς ἀπολλύμενος* (leg. *ἀπολούμενος*) *χαλκοτύπος μίαν ἡμέραν ὡρισμένΟΝ αὐτῷ φοιτᾶν εἰς ἀγρὸν — τῆτες οὐκ ἐλθὼν ἐμὲ δεῦρο κατελθεῖν ἐβιάσατο.*

ΠΑΡΑ VITIOSE PRO ΥΠΟ POSITUM.

Est vitiosa Graeculorum consuetudo verbis passivis aut quae passivorum locum obtinent *ἀποθανεῖν, πίπτειν, ἀκούειν, πληγὴν*

et *πληγὰς λαβεῖν*, *πάσχειν εὖ* vel *κακῶς* et sim. pro *ὑπό τινος* eodem sensu *παρά* addere contra linguae rationem et constantem veterum usum. Attici enim sine ulla varietate *ὑπό τινος* dicebant, Iones et Tragici promiscue *ὑπό*, *ἐκ*, *πρός τινος*, sequiores Graeculi, praesertim Themistius, Iulianus et Libanius sine ullo discrimine *ὑπό* vel *παρά τινος*. Libanius I. 486. 25. *ὑπὸ τῶν φύσει πολεμίων πάσχειν κακῶς ἢ* ΠΑΡΑ *τῶν οἰκείων μισεῖσθαι*. II. 565. 12. *δεινὰ μὲν εἰ καὶ* ΠΑΡΑ *τῶν πολεμίων γίγνοιτο*, *δεινότερα δὲ ὅταν* ῾ΥΠΟ *τῶν ἐπὶ σωτηρίᾳ — πεμπομένων*. IV. 631. 4. *τοσούτῳ δεινότερον* ῾ΥΠΟ *τῶν ἀγαθῶν πάσχειν κακῶς ὅσῳ πάσχειν εὖ* ΠΑΡΑ *τῶν τοιούτων ὀφείλεται*. More maiorum dixit IV. 232. 28. *πληγὰς* ῾ΥΠΟ *τῶν δυσμενῶν λαβεῖν*. et IV. 447. 12. ῾ΥΠΟ *πατρὸς δεξάμενον τὴν πληγήν*. et IV. 455. 15. ῾ΥΠΟ *δούλου τινὸς — τὴν πληγὴν δεξαμένων*. et IV. 457. 15. *πέπτωκεν* ῾ΥΠΟ *τοῦ πατρός*. et IV. 457. 18. *ὁ δ᾽* ῾ΥΠΟ *τοῦ πατρὸς (ἀποθνήσκων) ἐν τῷ* ΠΑΡ᾽ *ἐκείνου μείζω δίκην ἔδωκε τοῦ θανάτου*. Recte dicitur II. 359. 18. *ὑπὸ τῶν κακῶν κακῶς ἀκούειν*. et II. 487. 21. *ἀκούειν ὑπὸ καπήλου κακῶς*. sed perperam II. 383. 9. *κακῶς ἀκούειν παρὰ τῶν σπουδαίων*. et II. 3. 11. *εἰς τὸ πράττειν ἀξίως ἐλέου* ΠΑΡΑ *τῶν γραμμάτων ἀφιγμένοι*. et II. 500. 9. *σωζομένης παρὰ τῶν θεῶν*. et IV. 30. 26. *μίσους παρὰ τῶν περιοίκων τυγχάνειν*, quoniam *μίσους τυγχάνειν* noto usu ponitur pro *μισεῖσθαι*, ut *ἐπαίνου*, *ψόγου*, *τιμῆς*, *ἐλέου τυγχάνειν* pro *ἐπαινεῖσθαι*, *ψέγεσθαι*, *τιμᾶσθαι*, *ἐλεεῖσθαι*. Peius etiam est quod legitur IV. 386. 11. *τὸ παρ᾽ ἐμοῦ σε γεγονέναι*. Sic pater Neocles dicit ad Themistoclem filium „*te esse ex me natum*" quod necessario sic erat dicendum: *ἐξ ἐμοῦ σε γεγονέναι*.

CΥΜΠΝЄΙΝ — *συμπονεῖν*, *συμπλεῖν*.

Opponuntur inter se *συμπνεῖν* et *ἀνθίςασθαι* sive *ἐναντιοῦσθαι*. Emendate legitur III. 84. 6. *ἐν οἷς τέ τισι συμπνέουσιν, ἐν οἷς τε ἐναντιοῦνται*. Sed mendum est III. 224. 9. *ὃ δὴ καὶ καθεῖλε τὴν βουλὴν καὶ μικρ*ΟΝ *ἐκ μεγάλ*ΩΝ *ἐποίησε τὸ μὴ ταὐτὰ φρονεῖν, τὸ μὴ συμπ*Ο*νεῖν*, *τὸ μὴ τῶν αὐτῶν ὀρέγεσθαι*, *τὸ μὴ συνεςάναι*, *τὸ διῃρῆσθαι*, *τὸ διακεκόφθαι*, *τὸ πολλὰς εἶναι τὴν μίαν*. Cumulat verba *ἰσοδύναμα* copiam et ubertatem orationis hanc esse putans, ut III. 172. 7. *συζῇς*, *σύνει*, *συνδιατρίβεις*,

ὁμιλεῖς, συνδειπνεῖς, συμπίνεις, συναριστᾷς Quid intersit inter συζῆν, συνεῖναι, συνδιατρίβειν, ὁμιλεῖν ne Prodicus quidem dixerit. Est autem, ut ille dicebat, ποταμὸς ἀτεχνῶς ῥημάτων, νοῦ δὲ σταλαγμός. Itaque quum ἰσοδύναμα plena manu effunderet pro συμπονεῖν dedit συμΠΝεῖν. Praeterea scr. μικρΑΝ ἐκ μεγάλΗC. Gravius etiam peccatum est III. 430. 1. οὐκ ἀνέξεται (Philippus) ψῆφον ἑτέραν ὁρῶν ἰσχύουσαν καὶ νῦν μὲν αὐτῷ συμπΛέουσαν [ναῦν], νῦν δ' ἀνθισταμένην. Lege συμπΝέουσαν et ναῦν ex dittographia natum expunge.

'ЄΝ 'ЄΑΥΤΟΥ ΓЄΝЄCΘΑΙ.

Apud se esse, sui compotem esse Graece dicitur 'ЄΝ ἑαυτοῦ εἶναι, γενέσθαι, quod loquendi genus quum sero natis Graeculis esset incognitum multis modis in Codd. corrumpitur. Semel apud Libanium emendate legitur II. 291. 4. 'ЄΝ ὑμῶν αὐτῶν γένεσθε. Corrigi debent hi loci: I. 35. 2. οἱ ΜЄΝ ἑαυτῶν ἐγένοντο pro οἱ μὲν 'ЄΝ ἑαυτῶν. I. 292. 9. οὐκ ἦν ἑαυτοῦ pro 'ЄΝ ἑαυτοῦ. IV. 207. 11. μόλις οὖν ἐμαυτοῦ γενόμενος pro 'ЄΝ ἐμαυτοῦ. IV. 225. 14. ἦν ἐφ' ἑαυτοῦ pro 'ЄΝ ἑαυτοῦ. IV. 391. 16. οὐκ ἐν σαυτΩΙ γενήσῃ; pro ἐν σεαυτΟΥ. IV. 488. 13. οὐκ ὢν αὐτοῦ pro 'ЄΝ αὐτοῦ. IV. 555. 23. μόλις οὖν 'ЄΠ' ἐμαυτοῦ γενόμενος pro 'ЄΝ ἐμαυτοῦ. IV. 662. 19. μόλις ἐν ἐμαυτΩΙ γενόμενος pro ἐν ἐμαυτΟΥ. IV. 694. 23. εἴ τις — οὐκ 'ЄΠ' ἐμαυτοῦ με εἶναι νομίζει pro 'ЄΝ ἐμαυτοῦ. et IV. 964. 17. ὠργίσθη ΜЄΝ ἑαυτοῦ δὲ ταχέως ἐγένετο pro ὠργίσθη μὲν 'ЄΝ ἑαυτοῦ κτέ.

'ΑΝΑΠΤЄCΘΑΙ ET SIM.

In desuetudinem abierant verbi πέτομαι formae veteres. Graeculi pro πέτομαι aut ἵπταμαι dicebant aut πέταμαι, ut in Anacreonteo:

πόθεν, πόθεν πέτασσαι;

Pro aoristo antiquo ἐπτόμην, ἀνεπτόμην, κατεπτόμην natae sunt formae ἐπτάμην, ἔπτην, ἐπετάσθην partim recoctae partim vitiosae. Hinc scribae et indocti correctores grassari solent et formis antiquis novicias substituere. In Platonis *Rep.* pag. 365. A. n Codice Parisino A legitur ὥσπερ ἐφιπτάμενοι et in margine

καὶ ἐπιπτάμενοι, sed φ et α a correctore sunt, prima manus dederat *ἐπιπτόμενοι*, quod solum sanum et verum est, sed stolidus corrector depravavit omnia. Evasit apud Libanium III. 194. 1. *δεῖξόν μοι παῖδας ἐκ μέσου τοῦ μανθάνειν ἀναπτομένους*. sed fallitur Reiske annotans: „*evolantes*, idem est atque *ἀναπετομένους*." Et forma et loci sententia aoristum esse declarant. Difficile erat discipulos *evolantes* alicui ostendere, opinor. Tom. I. 300. 3. *ὁ δὲ (ἀετὸς) εἰς μέσην καταποτώμενος* (alii *καταπετώμενος*) *τὴν φλόγα ἀνελόμενος τὰ μηρία γέμοντα πυρὸς ἔφερεν*. Reiske de *καταπετόμενος* cogitaverat, sed manifesto requiritur aoristus *καταπτόμενος*.

ΔΕ INDIGNANTIS.

In oratione indignabunda aut iracunda ponitur *δέ* ut apud Demosthenem in *Midiana* pag. 582. 1. *οὐκ ἂν εὐθὺς εἴποιεν „τὸν ΔΕ βάσκανον, τὸν ΔΕ ὄλεθρον, τοῦτον ΔΕ ὑβρίζειν, ἀναπνεῖν ΔΕ; ὃν εἴτις ἐᾷ ζῆν ἀγαπᾶν ἔδει*; Saepius hanc dicendi formam imitatus est Libanius nonnumquam in ea re a scribis corruptus. Emendate legitur I. 431. 8. *κἂν εἰς ἔριν καταστῇ πρός τινα ἀκούει — „τὸν ΔΕ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, τὸν ΔΕ ἐκ τῆς βασάνου, — τοῦτον ΔΕ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ φθέγγεσθαι.*" IV. 160. 15. *καὶ τινος ἤκουσά που λέγοντος „τοῦτον ΔΕ κηρύττειν τὸ νόσημα τῶν τρόπων.*" IV. 566. 15. *τίς οὐκ ἀφέλξει τοῦ βήματος. „τοὺς ΔΕ οὐδὲ ἐξ ὅτου γεγόνασιν εἰδότας λέγειν τολμᾶν καὶ δημηγορεῖν.*" II. 233. 9. *εἶτα πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας „Μενέδημον ΔΕ ἐμοῦ προτετιμῆσθαι" καὶ τοιαῦτα ἐσχετλίαζε*. IV. 496. 22. *εἰ μηδεὶς ὑμῶν εἶπε πρὸς τὸν πλησίον ὅτι „τοῦτον ΔΕ οὕτω περιορᾶν τὴν πόλιν ἀναλουμένην.*" ubi in alio libro est *δέον* inepte. Tom. IV. 201. 30. *καί τις εἶπέ που λέγων „τοῦτον ΔΕΙ πλουτεῖν καὶ κεκτῆσθαι τοσαῦτα. τούτῳ ΔΕ ἑκάστην ἡμέραν ἀργύριον φέρειν*" optime Reiske emendavit *τοῦτον ΔΕ πλουτεῖν*. IV. 248. 7. *καὶ τίς οὐχὶ τούτων — ὑβριστικῶς ἐκβάλῃ* (leg. *ἐκβαλεῖ*) *με τοῦ βήματος „τὸν ΔΕ ἔκδοτον, τὸν ΔΕ ἄτιμον; — τοῦτον ΔΕΙΝΑ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα.*" Quis punctum temporis dubitabit rescribere: *τοῦτον ΔΕ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ βῆμα*?

’ΑρτοΠόπος — ἀρτοΚόπος.

Passim libri et apud Libanium et apud Herodotum et alios inter has duas formas fluctuant, ut utra sit potior non ex auctoritate testium sed ex Graeci sermonis ratione et usu sit constituendum. Tom. I. 219. 8. δυστυχεῖς τινὰς ἀρτοπόπους (alii ἀρτοποιοὺς) εἰσπράττειν χρυσίον. II. 333. 24. τοὺς ἀρτοπόπους. alii ἀρτοποιούς. 335. 4. τῶν ἀρτοπόπων. Multis aliis locis ἀρτοκόποι appellantur, sed quia τὸν ἄρτον κόπτειν nihil est, sed constanter omnes *panem coquere*, τὸν ἄρτον πέττειν, dicebant hinc nata est forma ἀρτοπόπος, a vetusto ΠΕΠΩ unde πέψω, ἔπεψα, ἄρτος εὖ πεπεμμένος formantur, et πόπανον, ut ξέω ξόανον, Ἔργω ὄργανον et similia haud pauca.

LIBANII DICTIO IN NONNULLIS VITIOSA.

Libanius quamquam in Veterum lectione assiduus et cum discipulorum soloecismis acriter bellum gerens tamen ipse in multis antiquae linguae Atticae sinceritatem imprudens corrupit. Cavendum quidem magno opere est ne scribarum errores ipsi imputentur, sed complura reperiuntur ab ipso negligenter et vitiose dicta, quorum partem aliquam nunc redarguam. Confundit παρ’ ἡμέραν et καθ’ ἡμέραν quasi nihil interesset: nempe καθ’ ἡμέραν est *quotidie*, ut κατ’ ἔτος, κατ’ ἐνιαυτόν, κατα μῆνα, et ὁσημέραι, ὁσέτη, ὅσοι μῆνες, ὁσῶραι. Contra παρ’ ἡμέραν est *uno die interposito*, *alternis diebus*, *tertio quoque die*, ut παρ’ ἐνιαυτὸν στρατηγεῖν et παρ’ ἡμέραν πυρέττειν de febri tertiana. Recte dixit Libanius I. 82. 4. de Iuliano: ὁ βασιλεὺς — καθ’ ἑκάστην ἐποιεῖτο τὴν ἡμέραν θυσίας ὑπὸ τοῖς ἐν τῷ κήπῳ τοῦ βασιλείου δένδροις. et de eadem re I. 564. 12. οὐ ῥᾴδιον βασιλεῖ καθ’ ἑκάστην ἡμέραν ἔξω βασιλείων ἐφ’ ἱερὰ βαδίζειν. sed vitiose in eodem argumento scripsit I. 394, 19. ἐπεὶ μὴ τρέχειν εἰς ἱερὸν ΠΑΡ’ ἡμέραν ἐνεστιν, ἱερὸν ποιεῖται (leg. ποιεῖ) τὰ βασίλεια καὶ τὸν κῆπον. Fluctuant libri I. 337. 12. in aliis est παρ’ ἡμέραν αὔξεται, in aliis καθ’ ἡμέραν. Sed sine varietate I. 419 18. χαίροντες τῇ φορᾷ τῆς ψυχῆς, ἣν παρ’ ἡμέραν ἐκφέρεις. Contra I. 360. 2 σωροὶ παρ’ ἡμέραν πάσης ἰδέας ἰχθύων ἐπεισέρχονται, est discrepans lectio καθ’ ἑκάστην ἡμέραν ab aliquo correctore pro-

fecta. Iterum vitiose tribus locis scribitur III. 275. 19. *τῶν ἐπὶ τῆς ἡσυχίας παρ' ἡμέραν πραττομένων*. et III. 326. 3. *ἵπποι δὲ καὶ τέτρωρα παρ' ἡμέραν ταῖς διαδοχαῖς τὸ τάχος ἐπιτείνοντα*. et IV. 626. 20. *ἢν μὴ μείζω ποιῇς παρ' ἡμέραν τὴν οὐσίαν.* Putat enim se dicere: *nisi opes* quotidie *augeas*, sed dixit perinepte *nisi tertio quoque die augeas opes.*

Alterum vitiosae Graecitatis exemplum est in usu verbi *σκοπεῖν*. Athenienses in praesenti tempore promiscue dicebant *σκοπεῖν* et *σκοπεῖσθαι*, in caeteris constantissime *σκέψομαι*, *ἐσκεψάμην*, *ἔσκεμμαι* et *ἐσκέψομαι*. Sero nati Graeculi pro *σκοπῶ* et *σκοποῦμαι* saepe dicebant *σκέπτομαι* usu Homerico, et ex analogia *σκοπήσω*, *ἐσκόπησα*. Pauca de permultis ex Libanio proferam I. 148. 3. *τοῖς ἐπισκεπτομένοις*. I. 391. 6. *σκεπτόμενος*. I. 353. 1. *ὅσον ἐπισκοπῆσαι*. I. 375. 10. *σκοπήσας*. II. 194. 10. *εἴ τις ἀκριβῶς σκοπήσειεν*. IV. 97. 25. *φέρε σκοπήσωμεν*. et alibi passim. Veteres in frequentissimo verbi usu semper sibi constant. Plato *de Rep.* 369. B. *σκόπει οὖν. ἔσκεπται, ἔφη*, ut *θές -κεῖται*, *ὅρα -ὦπται*. Mendose legebatur apud Thucydidem VIII. 66. *τὰ ῥηθησόμενα πρότερον αὐτοῖς ἐσκέπτΕΤΟ*. Primus vidit Elmsleius ad Eurip. *Heraclidas* 148. *ἔσκεΠΤΟ* veram lectionem esse.

In Platonis *Lachete* pag. 185. B. *τί ποτ' ἐςὶ περὶ οὗ βουλευόμεθα* [*καὶ σκεπτόμεθα*]; manifesta est interpolatio. In *Alcibiade* II. pag. 140. A. *σύν τε δύο σκεπτομένω* ludens in Homerico *σύν τε δύ' ἐρχομένω*, Dialogi auctor, quisquis est, per iocum formam Homericam Atticae substituit.

Graviter lapsus est Libanius IV. 665. quum scriberet: *τίς εὖ ποιεῖσθαι βούλεται*; immemor *εὖ ποιεῖν* passivum *εὖ πάσχειν* habere.

Quum vellet *ἀττικῶς πάνυ* dicere *οὐδὲ γρῦ* dixit II. 401. *οὓς μέτεισιν ὁ κηδεμὼν τῆς βουλῆς οὐδὲ γρῦ*, et IV. 615. 19. *οὐχ οὕτω λέμφος τις ἐγὼ ὥςε γρῦ τι τῶν ἐμῶν τοῦτον λαβεῖν*. Non animadvertit *οὐδὲ γρῦ* cum solis *dicendi* verbis componi posse, *φθέγγεσθαι*. *ἀποκρίνεσθαι οὐδὲ γρῦ*, unde *γρύζειν muttire* et *οὐδὲν γρύξας* et sim. nata sunt.

Legerat Libanius apud Athenienses *τύπτειν, παίειν, πατάξαι ἐπὶ κόρρης*. Hinc sumsit III. 310. *ῥοπάλῳ παίων ἐπὶ κόρρης*, et se mirifice credidit esse locutum. Fugit eum de *alapa* tantum haec dici pro *ῥαπίζειν, κονδυλίζειν*. Sic vindicta manumissi, quibus in iure dominus *alapam infligit*, *οἱ ἐπ' ἐλευθερίᾳ ῥαπισθέντες* appellantur. Tom. I. 403. 10.

Hinc facile intelligitur quam inepte dicatur aliquis *clava*, *ῥοπάλῳ*, alicui *alapam impingere*, quum sit *πλατείᾳ* sive *ἀκλείστῳ χειρὶ πατάξαι τινὶ τὴν γνάθον*.

Tom. IV. 552. 1. *τὸν νόμον — τὸν ὑπ' ἐμοῦ τεθειμένον*. Sexcenties recte dixerat: *κεῖται ὁ νόμος, νόμος ὑπὸ τοῦ Σόλωνος κείμενος*. Nunc male contra certum et perpetuum omnium usum analogiam sequi maluit.

ΤΙ ΠΑΘΩΝ — *τί μαθών*.

Non est alia in libris frequentior confusio quam inter *παθών* et *μαθών* in hac formula, quae saepius apud veteres, saepissime apud recentiores legitur. Mirifica varietate modo *τί μαθών*, modo *τί παθών* sensu eodem scriptum videmus et passim eodem loco utrumque ex libris diversis affertur. Ponam sub uno conspectu partem locorum, ubi Libanius hac dicendi forma usus est. I. 209. 5. *τί μαθὼν εἰς Ἴλιον ἄγει τὸν Πύλιον γέροντα*; I. 268. 4. *τί παθὼν λίθους ἐπὶ λίθοις δεικνύει*; I. 292. 1. *ἤρετο τίνες ὄντες καὶ τί παθόντες τὴν ἐκείνου κατέχοιεν*. III. 17. 21. *τί παθὼν οὐ πάντας ἡμῖν τούτους παρέδωκεν*; III. 40. 7. *τί οὖν μαθὼν τὰ μὲν εἰς μέσον ἔφερε, τὰ δὲ ἀπεκρύπτετο*; III. 198. 9. *τί μαθὼν ταύτην ποιῇ τὴν ὁδόν*; III. 379. 1. *οὓς οὐκ οἶδ' ὅ, τι προπαθὼν* (leg. *ὅ, τι ποτὲ παθὼν*) *οὕτω μισεῖς*. IV. 21. 14. *τί μαθόντες — οὐδὲν τοιοῦτον εἴργασθε*; IV. 161. 15. *τί οὖν μαθόντες — ἠδικεῖτε*; IV. 380. 17. *τί δὴ παθών* —; IV. 454. 30. *τί δὲ παθὼν πολιτείαν προφέρεις ἑτέραν*; IV. 677. 2. *τί δὴ παθὼν οὐκ ἐν οἷς ἐκέλευες ἔμενον*; IV. 864. 15. *τί παθὼν οὐκ ἐκώλυεν*; Eadem est in caeteris quoque scriptoribus et antiquis et recentioribus scribendi inconstantia. Sed equidem iam olim secutus sum auctoritatem eorum, qui *παθών, τί παθών, ὅ, τι παθών* unice verum esse et *μαθών* vitio vel errore natum esse arbitrantur. Dicebant *τί*

πάσχεις; ὦ τί πάσχεις; τί πέπονθας; et sim. ad eum, quem stulte aut temere aut perperam agentem aliquid viderent, ut Latine *quae te dementia cepit?* aut *quae te intemperiae agitant?* habetque igitur *τί παθών* ubique in *reprehensione* aut *exprobratione* locum. Itaque *τί παθὼν οὐ πάντας ἡμῖν τούτους παρέδωκας;* notionem hanc continet: *quae est ea stoliditas non hosce omnes te adduxisse in iudicium?* et *τί ποτε παθὼν τούτους οὕτω μισεῖς; quid tandem te impulit ut hos tam inconsiderate ac temere oderis?*

ΠΑΙCΙ — *πᾶσι.*

Saepissime in libris *παῖς* pro *πᾶς* legitur, nonnumquam contra. Tria haec exempla apud Libanium vide. Tom. IV. 488. 30. *πάντα ἃ τις ἂν αὑτῷ συνεύξαιτο καὶ π α σ ι ν.* IV. 559. *ἡμεῖς δὲ ἡμῖν αὐτοῖς καὶ παισὶ* (al. *πᾶσι*) *τἀγαθὰ παρὰ τῶν θεῶν αἰτοῦμεν.* In Declamatione Cephali (*Mnemos.* 1875. pag. 8.) *τίς οὐκ ἂν αὑτῷ τε καὶ πᾶσι γενέσθαι εὔξαιτο;* omnibus his locis unice verum est ΠΑΙCΙ pro *πᾶσι.*

Ζῆν — *βιοῦν.*

Libanius IV. 294. 5. *ὤφελον τὸν Ἰσοκράτους — ἑλέσθαι βίον, ἵν' ἐν ἡσυχίᾳ καὶ γαλήνην ἐβίουν.* Graeculi *βιοῦν* verbum vetus Ionicum recoxerunt, analogia quadam decepti. Athenienses *βιώσομαι, ἐβίων, βεβίωκα* dicebant, sed in praesenti constanter *ζῶ, ζῇ, ζῴην, ζῆν, ζῶν.* Hinc et alius error propullulavit: quia Graeculi utebantur participio praesenti *βιῶν, βιοῦντες* pro *ζῶν, ζῶντες*, factum est ut formae Atticae ex *βιούς constanter* corrumperentur. Pro *βιόντος, βιόντι, βιόντες ubique* nunc legitur *βιοῦντος, βιοῦντι* cet. errore manifesto.

Γράφεσθαι — *κατηγορεῖν.*

Libanius IV. 430. 3. *πῶς παρανόμων κατηγορεῖς δι' ὃν οἱ νόμοι φυλάττονται;* Oblitus erat Libanius *παρανόμων γράφεσθαί τινα* esse dicendum. Omnino verbi *κατηγορεῖν* veterem rationem et usum sequiores plane amiserant. Nesciebant ex ipsa natura verbi

dici oportere *κατηγορεῖν* TI *τινός*, et in passivo *κατηγορεῖταί τι τινός*. *Κατηγοροῦμαι*, quo utuntur omnes recentiores, perinde est vitiosum et absurdum ac si quis Latine pro *accusor* vellet dicere *dicor in reum.*

Ἁλῶναί τινος.

Ἁλῶναί τινος apud Graeculos est idem quod *ἐρασθῆναι* et *ἐπιθυμῆσαι* apud veteres. Libanius IV. 24. *οὐ τὸν Ἰάσονα τῆς Μηδείας ἐπιθυμήσαντα σκοπῶν εὑρίσκω, τὴν δὲ Μήδειαν ἁλοῦσαν Ἰάσονος.* et pag. 25. *πότερον Ἰάσων Μηδείας ἑαλώκει;* et IV. 596. *τῆς δὲ προικὸς μᾶλλον ἤπερ ἐκείνης ἡλίσκετο*, et sic saepissime apud Libanium et Libanii aequales praesertim Iulianum et Themistium.

Saepe scribae participia *praesentis* temporis et *aoristi* una tantum literula inter se discrepantia incogitanter confundunt, *λείπων – λιπών*, *φεύγων – φυγών*, *πειθόμενος – πιθόμενος*, *βάλλων – βαλών*, *τέμνων – τεμών*, *ἄγων – ἀγαγών* et sim. Utra sit scriptura verior ubique loci sententia clamat. Ridiculum vitium insederat Tom. III. 172. 6. *ὁ δὲ ἠρίςα μένων καὶ πίΝων ἐκάθευδε.* *post potum*, credo, itaque a Reiskio *πιών* accipe. In talibus nullam librorum Mss. rationem habendam esse perspicuum est.

ΦΛЄΓΟΜΑΙ — *φθέγγομαι.*

Confundi haec inter se saepius ostendimus. Accedat Libanius IV. 775. 19. *καὶ πόθῳ φθεγγόμενος καὶ δυναςείας ἐπαιρόμενος ὄγκῳ.* imo vero *πόθῳ* ΦΛЄ*γόμενος.*

ΠΟϹΙΝ — *ποεῖν, ποιεῖν.*

Libanius III. 209. 6. *πλανᾶσθαι κατὰ τὴν πόλιν ἀπειρηκόσι ποιεῖν.* Reiskius: *ἀπειρηκόσι* ΠΟϹΙΝ. Rectissime. cf. I. 536. 24. *οἱ δὲ – παρηβηκόσι ποσὶν ἔτρεχον.*

ΠΑΙΔЄϹ — *παιδία.*

Libanius III. 362. 9. *φασὶ δέ τινα (ὀρχηςὴν) ἐν Παλαιςίνῃ*

τοσαύτην ἄσκησιν ποιεῖσθαι κοσμιότητος ὥσθ' ὑπὸ τῶν ἄκρων ἐν ταῖς πόλεσιν ἐπὶ παιδΙΑ καὶ γυναῖκας εἰσάγεσθαι. Dederat ἐπὶ παῖδΑC, namque ἐπὶ παιδία unusquisque sine periculo poterat admitti. Scribitur ἐπὶ παῖ.

ΔΟΞЄΙΝ — δείξειν.

Frequens admodum praesertim in Oratorum libris confusio est inter δόξω - δείξω, ἔδοξα - ἔδειξα, δόξαι - δεῖξαι et sim. Libanius IV. 792. 10. Φημὶ μὲν καὶ αὐτὴν τοῦ δυνάστου τὴν αἴτησιν - ὑμῖν χαλεπήν τινα δЄΙξαι. et pag. 850. 15. οἴεσθε, ὦ πολῖται, παῖδα πατρὸς ἐν δικαστηρίῳ ἡττημένον δЄΙξειν ποτὲ δικαίως ἡττῆσθαι; Manifestum est Libanium δόξαι et δόξειν scripsisse.

ΒραχύτΑτα — βραχύτΗτα.

Confunduntur haec et similia passim quia vocalis in penultima non scribitur sed τ sequens praecedenti τ superimponitur. Libanius III. 314. 11. οὐ ῥαψῳδῶν εἰς μῆκος λόγων μάταιον ἀλλ' εἰς βραχύτητα ῥημάτων ὄγκον κατακλείων πραγμάτων. Emenda εἰς βραχύτΑΤΑ ῥήματΑ. scribebatur εἰς βραχῦ ῥήμᾱ.

Καλεῖν ἐπὶ ξένια, NON ἐπὶ ξενίᾳ.

Satis nunc constat inter omnes ἐπὶ ξένια (ut ἐπὶ δεῖπνον) unice esse verum, sed scribis ut plurimum aliter videtur. De more dederunt apud Libanium IV. 397. 8. οὐδ' ἐπὶ ξενίᾳ τοὺς ἐπὶ τὴν βῶλον ἥκοντας ἐκάλεσα κήρυκας. In genitivo et dativo non solet peccari. Emendate scribitur I. 23. 18. ξενίων τυχών. et I. 287. 28. τυχόντες ξενίων, id est κληθεὶς, κληθέντες ἐπὶ ξένια.

Τύχη — ψυχή — ἀρχή.

Τύχη et ψύχη notissima de causa confunduntur ubique locorum. Libanius III. 434. 13. ἀγανακτῶν δὲ πρὸς τουτουσὶ τοὺς τὰ μὲν αὑτῶν ἀγνοοῦντας κακά, τὰς δὲ τῶν ἄλλων ψυχὰς ἐξετάζοντας. perspicuum est τύχας reponi oportere. Alio modo

peccatum est IV. 496. 15. ἀφεὶς ἐμὲ (τὸν ϛρατηγὸν) καὶ τοὺς πρυτάνεις καὶ τὰς ἄλλας τ ύ χ α ς. Mendosum est τύχας. Reiskius τιμάς coniecit, infeliciter. Corrigendum καὶ τὰς ἄλλας ᾿ΑΡχάς.

Saepe apparet ex vitiis Codicum certa emendatione sublatis quam male habiti, quam perrosi et laceri essent libri antiquiores unde nostri Codices manarunt, veluti apud Libanium III. 123. 13. σωτηρία μὲν γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῆς τῶν τὰ κοινὰ διοικούντων ἀρετῆς, Ὁ ΈΡΩC δὲ εἴτις αὐτοῖς — παρακολουθοίη ψόγος. Evidens est Reiskii emendatio ΌΛΕΘΡΟC δὲ εἴτις. Non potuit aliter oriri mendum nisi sic ut in folio lacero hae laciniae tantum cernerentur O*Є*POC δέ quas stipes qualicumque modo explevit et correxit scilicet. Quamobrem ubicumque sententia loci manifesta est neque de verbis quibus concepta fuerit dubitari potest, non attinet anxie circa litterarum apices haerere.

De Constantio philosophorum et sophistarum osore scribit Libanius III. 437. 2. φιλοσόφοις μὲν καὶ σοφιϛαῖς καὶ ὅσοι τῆς πρὸς τὸν Ἑρμῆν τε καὶ Μούσας τελετῆC KAI ЄIC τὸ βασίλειον. Reiske coniecit ἔκλεισε τὴν πάροδον εἰς τὸ βασίλειον. Felicissime repperit ΈΚΛΕΙCΕ, sed male τὴν πάροδον addidit. Verum est ἔκλεισε τὸ βασίλειον, non enim *aditum in regiam*, sed *regiam* ipsam clausit. Mendum sic natum est: ex ЄΚΛЄΙCЄ factum est ЄΚΛΙCЄ et eliso Є ob praecedens C scriba dedit KAI ЄC sententiae securus.

Εὐπορεῖν — εὖ ποιεῖν.

Libanus III. 224. 9. enumerans causas cur senatus auctoritas sit imminuta commemorat hasce: τὸ μὴ ταὐτὰ φρονεῖν, — τὸ τὸν ὑβριϛὴν ἄρχοντα τῶν ἐπαινούντων εὖ ποιεῖν. Reiske ad ultima annotavit: *non intelligo locum hunc*. Facile credo, sed nihil negotii est veram lectionem reperire, quae haec est: τῶν ἐπαινούντων εὐποΡεῖν, *copiam habere*.

Post pauca pag. 225. 4. veteris Senatus optimas artes praedicans scribit: τὸ κοινὸν σχῆμα πλέον ΈΧΕΤΟ πρὸς ἀλλήλους

ἐγκλημάτων. Corruptum est ἔχετο. Lege πλέον ΊΣΧΥΕ ΤΩΝ πρὸς ἀλλήλους ἐγκλήματων.

ΔΡΑΞΑΣΘΑΙ — δέξασθαι.

Saepius inter se mutant locum. Libanus II. 289. 16. αἱ φύσεις ὑμῖν οἷαι δέξασθαι τῆς τέχνης. et pag. 592. 8. οἷς δ' ὑπῆρξε καὶ ὕπνου τι δέξασθαι. Utrobique Reiskius verum vidit δράξασθαι reponens. Fugit eum tertius locus IV. 167. 25. ἄϋπνος ἐκείμην οἰμώζων. βραχὺ δέ τι δεξάμενος ὕπνου κτέ. ubi δραξάμενος scribendum. Dicitur enim δράξασθαι ὕπνου ut ὕπνου λαχεῖν et τυχεῖν, non λαμβάνειν ὕπνον vel δέχεσθαι. Ὕπνος με λαμβάνει Graecum est, δέχεσθαι in ea re nemo dicebat.

ΚΕΚΗΛΗΜΑΙ — κέκλημαι, κέκλιμαι.

Pervulgata haec in libris confusio est. Libanus IV. 724. 22. δύο δέ με μάλιστα τῆς τοῦ μάγου δημηγορίας ἀνιᾷ· ἓν μὲν ὅτι πολλοὶ τῶν πολιτῶν (ἐν del.) τοῖς τούτου κεκλημένοι λόγοις ἀποθνήσκουσιν. In alio libro est κεκλιμένοι, at tu vides κεκηλημένοι verum esse. Facile nunc est emendare locum IV. 837. 22. τίς ἡ τὸν σκληρὸν τουτονὶ κατακλείσασα; imo vero κατακΗΛΗσασα, opinor.

ΗΙΣΑΝ, συνῇσαν ET SIM.

Utebantur Sophistae et Rhetores ἀττικίζοντες vetere forma ᾖσαν, προῇσαν, cett. sed scribae qui eam etiam ex Atticis scriptoribus penitus expulerunt impune fecerunt idem in sequioribus. Tamen nonnulla ex eorum manibus illaesa evaserunt apud Libanium I. 635. 6. ᾔεσάν τινες ἀποθανούμενοι, ubi optimus liber ᾔισαν fideliter servavit. IV. 658. 28. συνῆσαν πανταχόθεν, in quo latet συνῇσαν. IV. 835. 12. οἱ πόδες οἷ μὲν ἐβουλόμην οὐ προσῆσαν, dederat οὐ προῇσαν.

ΠΡΙΑΣΘΑΙ.

Vetus Atheniensium aoristus ἐπριάμην, πρίω, μὴ πρίῃ, πρίασθαι

apud sequiores plane in desuetudinem abiit, qui *ἐωνησάμην* et saepius *ὠνησάμην* in illius locum substituerunt. Itaque antiquae formae in magno semper periculo versantur. *Πρίασθαι* in *πριᾶσθαι* corrumpitur, ut *κιρνᾶσθαι* et *κιχρᾶσθαι* et similia plura. Eodem modo *ἐπρίαντο* in *ἐπριῶντο* abibat. Libanus IV. 230. 10. *τί οὖν ποιεῖ; χρήματα πολλὰ ἔχων συνεωνεῖτο σῖτον, — καὶ οὐκ ἦν — ἑτέρῳ πριᾶσθαι.* et post pauca: *τρέχοντες ἐπριῶντο τὸ φαινόμενον πᾶν.* III. 212. 1. *ἐπεὶ μὴ πριᾶσθαί γε ἐξῆν ποθὲν τὸν Γύγου δακτύλιον.* Sunt hae scribarum sordes. Integra evasit Libanii manus II. 262. *πόθεν οὖν ἔλαιον τοσοῦτον πρίωμαι;*

Ἀγείρειν — ἐγείρειν.

Scribuntur in libris antiquioribus *αγ — εγ* et *αχ — εχ* uno nexu, ut oculis utra scriptura sit verior discernere non possis. Sententia dat lucem, sed scribae quia non cogitant stulte haec miscere solent, ut apud Libanium IV. 32. 7. *μεγάλην ϛρατιὰν ἐγείραντες.* IV. 543. 11. *πολεμίων πανταχόθεν ἐγειρομένων.* IV. 550. 12. *οὐ συμμάχους ἐγείρουσιν.* Dissentiunt libri II. 220. 9. et IV. 33. 19. sed quid in talibus librorum testimonio opus est ubi certi mendi originem certam perspicimus?

Οἷος. ἀγανακτῶ, θρηνῶ οἷον ET SIM.

Libanus IV. 424. *ἀγανακτῶν Ποίοις ἡ πόλις χρῆται συμβούλοις — ἐσιώπων.* Ut sit Graeca oratio expuncta literula scribe *ἀγανακτῶν Οἵοις.* Saepissime *οἷος* sic ponitur cum verbis motus animi significantibus, ut apud Libanium IV. 193. *τὴν Δεινομάχην μακαρίζειν οἷον ἄγαλμα εἰς φῶς ἤγαγεν.* III. 446. 23. *ϛένοντα οἵῳ φέρων ἑαυτὸν ἐνέδησε κακῷ.* I. 516. 10. *θρηνούντων — εἰς οἵαν ἀνομίαν ἐμπεπτώκασιν.* III. 267. 9. *οἴεσθε τοὺς πατέρας ὑμῖν — θρηνήσειν οἵους ἔφυσαν.* I. 511. 17. *τοὺς τικτομένους μακαρίους ἀπεκάλουν ἐν οἵῳ δὴ χρόνῳ σπαρέντες ἦλθον εἰς φῶς.* Et sic sexcenties veteres loquuntur, ut Euripides:

τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς οἷ' ἔρχεται κακά.

et Herodotus I. 31. *αἱ Ἀργεῖαι ἐμακάριζον τὴν μητέρα οἵων τέκνων ἐκύρησε,* et sic alii passim. In his omnibus *οἷος* est prorsus necessarium quia quae quis in ea commotione animi aut cogitet

aut loquatur tamquam ipse suis verbis significans inducitur. ἐμακάριζον τὴν μητέρα οἵων τέκνων ἐκύρησε perinde est ac si dixisset: μακαρίζοντες ἔλεγον „οἵων τέκνων ἐκύρησας!" et sic in caeteris omnibus. Igitur qui indignabundus apud se cogitat οἵοις ἡ πόλις συμβούλοις χρῆται! de eo dicitur ἀγανακτεῖ οἵοις ἡ πόλις συμβούλοις χρῆται, et pro οἵοις si quis ποίοις dicere vellet absurde loqueretur. Ex eiusdem rei observatione emendandus est locus Libanii III. 191. 4. τὸν πατέρα τε λέγων καὶ οἷα ἠδικημένος οἷα ποιοῦντα τὸν παῖδα ὁρᾷ τὸν ἑαυτοῦ, imo vero: τὸν πατέρα ἐλεῶν οἷα ἠδικημένος.

Eadem opera subveniendum Dinarcho κατὰ Δημοσθένους pag. 92. 34. ἑτοίμων γενομένων τῶν Ἀρκάδων βοηθεῖν καὶ ἐλεησάντων ἐν οἷς ἦσαν κακοῖς. cui reddamus: ἐν ΟΙΟΙϹ ἦσαν κακοῖς.

Emendate apud Libanium IV. 400. 15. scribitur: στενάζειν οἷα ἀνθ' οἵων κομίζεται.

Ὁ, ἡ σῶς, τὸ σῶν.

Libanius in his formis Atticorum consuetudinem secutus est. Sequiores pro ἡ σῶς ἡ σώα substituebant et σῶον pro σῶν et σῶα pro σᾶ. Emendate legitur IV. 337. 2. σῶς μὲν ἡ πατρὶς, σῶς δὲ ἡ Ἑλλάς. ut apud Aristophanem:

οὕτως ἂν ἡμῖν ἡ πόλις μάλιστα σῶς ἂν εἴη.

sed vitiose IV. 826. 14. σὺ μὲν (ὦ Θησεῦ) ᾤκισας τὴν πόλιν, ἐγὼ δὲ σώΑν ἐτήρησα. Recte scribitur I. 625. 15. εἰ σῶς ἐπάνεισιν. et II. 201. τὸ τῆς Τύχης σῶν ἐστὶν ἱερόν, sed perperam IV. 142. 18. σῶΟν μέν ἐστί μοι τὸ σῶμα.

Οὐχ ὅπως (οὐχ ὅτι) — ἀλλὰ καί (ἀλλ' οὐδέ).

Videmus saepe in eo genere loquendi librarios et correctores impingere quia veterem dicendi usum non tenebant. Legitur apud Libanium IV. 709. 19. οἴομαι δείξειν αὐτὸν οὐχ ὅπως [οὐκ] εὐεργέτην ἀλλὰ καὶ πονηρὸν εἰς ὑμᾶς. Indoctus homuncio de suo οὐκ infersit. Sine mendo dederunt I. 664. 14. αἷς οὐχ ὅπως χεῖρας ἐπήνεγκαν ἀλλ' οὐδὲ ὅσον εἰς βλέμμα παροινίας ἔρχεται φαίνονται λελυπηκότες. et III. 339. 7. πόλεως τοσαύτης — μὴ ὅπως ἔρωτα λαβεῖν ἀλλὰ καὶ ὑποσπάσαι τὸ βάθρον.

Liberandus simili errore est locus Demosthenis pag. 911. 20.

ἀλλὰ μὴ ὅτι ὁ Λάμπις [οὐκ] ἐφθέγξατο ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς οὑτοσί. In nescio quo Codice *οὐκ* omittitur; sensit enim corrector aliquis negationem contra Atticorum usum vitiose abundare.

ΣΑΘΡΟΣ — *σαπρός.*

Libanius II. pag. 551, 9. *πίπτουσαι οἰκίαι σαΠραί.* Perpetua est in libris confusio inter *σαΠρός* et *σαΘρός*, sed utra sit scriptura verior nusquam ambigua optio est. *ἡ οἰκία οὐ σήπεται*, non *computrescit* domus, itaque *οἰκίαι σαΘραί* scribendum. Sine vitio legitur II. 376. 18. *εἰς διδασκαλεῖον ἀνέβη σαΘρὸν τοῦ κατενεχθήσεσθαι παρέχον φόβον.* et IV. 790. 22. *ὑποδείξοντες τὰ σαΘρὰ τῶν ἡμετέρων χωρίων.* Sed mendose IV. 624. 27. *ἐπικαττύουσα τὰ σαΠρὰ τῶν χιτωνίων*, et IV. 710. 10. *ἄνθρωπος μόλις ἱμάτιον κεκτημένος σαΠρόν.* Vestes non *computrescunt*, sed lacerae, detritae esse solent. Contra de hominibus senio *decrepitis σαπρός* frequens est ut *γραῦς σαπρά* apud Comicos. Libanius I. 176. 8. *εἰσί μοι τῶν ἡλικιωτῶν οἱ ζῶντες ἔτι, νῦν σ α π ρ ο ί, τότε δ' ἠνθοῦμεν.* et I. 552. *τοῖς ὀλίγοις καὶ σ α π ρ ο ῖ ς ςρατιώταις.*

Iterum *σαθρός* revocandum est Tom. III. 82. 11. *πόθεν οἴει – τοὺς ἐλθόντας ὡς ἡμᾶς ἐν σαΠροῖς ὑποδήμασι – πυροπωλεῖν, οἰκοδομεῖν, τραπεζίταις συνεῖναι*; Calcei longo usu detriti esse, non putrescere solent: quamobrem *σαΘροῖς* repone.

ΠΡΟΣ EXCIDIT.

Est in Codd. antiquis praepositionis *πρός* compendiolum, quod quia scribae nostrorum librorum ignorabant multis locis *προς* periit. Ex Libanio haec exempla vide I. 115. 5. *πολλῶν *ιόντων αὐτῷ.* Reiske *προσιόντων.* III. 17. 11. *περὶ τῶν ἀεὶ *πιπτόντων.* III. 199. 25. *πάντα τὰ ὄντα κἂν εἴ τι ποθὲν *γένοιτο.* III. 203. 3. *ἣν τῆς τέχνης ἀεί τι *λαμβάνῃς.* Contra IV. 134. 6. *ὀψέ ποτε [πρὸς] τὸ συμφέρον εἶδον*, importunum *πρός* eliminandum est. Eadem de causa *ἀπό* excidit, ut IV. 663. 7. *τάχ' ἂν καρτερήσας ᾠχόμην.* optime Reiske *ἀποκαρτερήσας.*

DE CODICIBUS AETATE LIBANII.

Vivo Libanio duo genera librorum erant in usu, quorum alii

in latis membranis εἰς κάλλος γεγραμμένοι literis quadratis sive uncialibus magna cura et arte erant elaborati; alii εἰς τάχος γεγραμμένοι διὰ σημείων minuta sed pereleganti scriptura habiles ad manum, non magni ponderis, notis et compendiis distincti. De illo genere Libanius scribit I. 214. 2. ἄγεται ἐπὶ τὴν τῶν νόμων μάθησιν (sermo est de adolescente qui iurisprudentiae operam daturus in Berytensem scholam mittitur) — διφθέρας μὲν ΠΑΧΕΙΑΣ τε καὶ ΠΛΑΤΕΙΑΣ τὰ γόνατα βαρυνούσας ἔφερεν, plane ut Hieronymus dixit noto loco: *„habeant qui volunt veteres libros in membranis descriptos uncialibus, ut vulgo aiunt, literis onera magis exarata quam codices."*

Tam magni ponderis libros servuli *humeris* gestabant. Tom. III. 145. 1. τῶν οἰκετῶν — οἳ φέρουσι τῷ παιδὶ τὰ βιβλία. et II. 81. 1. οἱ τὰ βιβλία τοῖς νέοις 'ΕΠ' ΏΜΩΝ φέροντες. Magno constitisse colligas ex Tom. II. 289. ἀνηλώκασι τὰ εἰωθότα βιβλία τε ὠνούμενοι καὶ μισθὸν τελοῦντες. Pauci quidam libri de genere hoc longe vetustissimi ad nostram aetatem perdurarunt.

Alterius generis librum brevem, levem, habilem ad manum multis descripsit Libanius Tom. I. 100. unde pauca proferam: ἦν μοι (inquit) ἡ Θουκυδίδου συγγραφὴ γράμματα μὲν ἐν μικρότητι χαρίεντα, τὸ δὲ σύμπαν οὕτω ῥᾴδιον φέρειν ὥς' αὐτὸς ἔφερον παιδὸς ἀκολουθοῦντος· καὶ τὸ φορτίον τέρψις ἦν. Tam multa est mentio et apud Galenum et apud ipsum Libanium τῶν σημείων, quibus οἱ εἰς τάχος γράφοντες sive οἱ σημειογράφοι utebantur, ut facilis sit coniectura opus Thucydideum in tam brevem molem contractum huiuscemodi notis compendiisque exaratum fuisse, quae cernimus in illis Codicibus, qui permulti aetatem tulerunt. Itaque etiam in iis libris, qui multis saeculis ante Codices hodie superstites scripti fuerunt, eadem est triplex vitiorum origo: aut litterae quadratae forma inter se similes confundebantur, aut ex compendiis male lectis aut male intellectis menda nascebantur, aut liber detritus et perrosus fugiente scriptura in libro rimis fatiscente correctorum futiles et ineptas coniecturas eliciebat. Praeterea emblemata et lectorum annotatiunculae, et veterum verborum interpretationes, et additamenta omne genus perinde illos libros veteres ac nostros commaculabant.

Putemusne codicem Thucydidis a Libanio in tanto pretio habitum fuisse valde emendatiorem quam quibus hodie utimur? Multa sunt quae mihi suadeant ut non multo meliorem credam fuisse. Libanius et aequales, Iulianus, Themistius, alii, praeclaros quosdam scriptores stili formandi causa assidue lectitantes omnem inde dicendi copiam, venustatem, elegantiam, lepores veneresque in sua scripta transferebant et tamquam floribus inde decerptis suos hortulos exornabant. Themistius Platonem tenebat memoriter, Libanius Demosthenem, Aeschinem, Isocratem, Herodotum et Thucydidem. Innumerabiles apud Libanium loci sunt, ubi tamquam gemmae splendent ῥήσεις Antiquorum, modo simpliciter αὐτολεξεὶ descriptae, modo imitando expressae et ad aliud argumentum accommodatae. Has omnes imitationes cognitas et observatas habeas necesse est, si vis Iulianum et reliquos plane intelligere. Sed diligenter cavendum est ne in ea re modum excedas, nam magnorum virorum naufragio infamis hic scopulus est. Wyttenbachius, qui omnia legerat et quidquid legisset habebat in promtu, permultas huiuscemodi imitationes primus animadvertit et sic multis locis aut certam correctionem aut claram lucem attulit, sed saepius idem in re lubrica lapsus imitationes sibi videbatur videre, ubi ne minima quidem suberat imitandi suspicio; unde non immerito hoc animadversionum genus viris em unctae naris praebuit risum praebetque. Ubicumque vera imitatio subest certa et expressa eius rei vestigia et indicia apparent. Ostendam in uno alteroque exemplo, ubi veteris ῥῆσις a Sophista ad aliud argumentum traducta est. Demosthenes dixerat pag. 296. 15. ἡγεῖτο γὰρ αὐτῶν ἕκαστος οὐχὶ τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρὶ μόνον γεγενῆσθαι ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίδι. διαφέρει δὲ τί; ὅτι ὁ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων τὸν τῆς εἱμαρμένης καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον περιμένει, ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην ἐπιδεῖν δουλεύουσαν ἀποθνήσκειν ἐθελήσει. Audi nunc Libanium IV. 780. 10. δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας — οὐ μόνον σφίσιν αὐτοῖς οἴεσθαι γεγονέναι τοὺς παῖδας ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίδι. διαφέρει δὲ τί; ὅτι ὁ μὲν αὐτῷ μόνῳ τὰ τέκνα γεγενῆσθαι νομίζων τὴν ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἐπιοῦσαν αὐτοῖς τελευτὴν ὑφορᾶται, ὁ δὲ καὶ τῇ πατρίδι ὑπὲρ τοῦ μὴ ταύτην δουλωθεῖσαν ἰδεῖν οὐ φαίνεται (leg. φείδεται) κινδύνου καλοῦντος τῶν παίδων.

Demosthenes pag. 293. 23. *ἔϛι δὲ ταυτὶ πάντα μοι τὰ πολλὰ πρὸς ὑμᾶς, ἄνδρες δικαϛαί, καὶ τοὺς περιεϛηκότας ἔξωθεν καὶ ἀκροωμένους, ἐπεὶ πρός γε τοῦτον αὐτὸν τὸν κατάπτυϛον βραχὺς καὶ σαφὴς ἐξήρκει λόγος.* Libanius IV. 790. 23. *ἔϛι δὲ ταῦτά μοι πρὸς ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, καὶ τοὺς περιεϛηκότας ἔξωθεν καὶ τῶν λεγομένων ἀκροωμένους, ἐπεὶ πρός γε τοῦτον αὐτὸν ἐξήρκει τοσοῦτον εἰπεῖν κτἑ.*

Addam ex Themistio alterum. Themistius pag. 276. A. Hesiodum, qui dixerat *καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει κτἑ.* ita compellat: *ὦ θαυμάσιε καὶ αὐτοδίδακτε ποιητά, οὐχ ἡ τῶν τεχνῶν ὁμοιότης τὸν κότον ποιεῖ καὶ τὴν ἔριν, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων· ἂν μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ εὔκολοι ὦσιν καὶ ἡ τέχνη μετρίως αὐτοὺς παρακινήσει, εἰ δὲ μὴ καὶ τέχνη καὶ ἀτεχνία χαλεπὴ κοινωνεῖν τοῖς τοιούτοις συμβαίνει.* Exornavit se graculus pennis Platonis *de Rep.* pag. 329. D. *ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι — μία τις αἰτία ἐϛίν, οὐ τὸ γῆρας, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων· ἂν μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ εὔκολοι ὦσιν καὶ τὸ γῆρας μετρίως ἐϛὶν ἐπίπονον· εἰ δὲ μὴ καὶ γῆρας, ὦ Σώκρατες, καὶ νεότης χαλεπὴ τῷ τοιούτῳ συμβαίνει.* In his et his similibus, qualia sexcenta apud Libanium et aequales reperiuntur, luce clarior imitatio est et antiquae *ῥήσεως* vestigia etiam arte et consilio servantur. Alia plane est ratio ubi *συνέμπτωσις* quaedam inanem imitationis speciem erranti animo obtulit. Iulianus pag. 3. B. cupere se dicit Constantium *τῶν λόγων ἀκροατὴν εὐμενῆ γενέσθαι, οὐχὶ δὲ ἀκριβῆ καὶ ἀπαραίτητον κριτὴν καταϛῆναι.* ad haec Wyttenbachius: „*mihi videor in Iuliano et aequalibus observasse scriptoribus, eos subinde e Plutarcho dicendi formas et colores assumsisse.*" Nempe Plutarchus dixerat Tom. II. 41. A. *δεῖ δὲ — τῆς μὲν λέξεως καὶ προφορᾶς τῶν ἀγωνιζομένων εὐμενῆ καὶ ἁπλοῦν εἶναι θεατήν, τῆς δὲ χρείας καὶ τῆς ἀληθείας τῶν λεγομένων ἀκριβῆ καὶ πικρὸν ἐξεταϛήν.* Sed *οὐκ ἔϛ' ἔτυμος λόγος οὗτος.* Neque enim Plutarchus est in numero eorum, in quibus imitandis sibi placebant, et si haec est imitatio, nihil a quoquam dicetur quod suum dicere possit, quoniam

nullum est iam dictum quod non sit dictum prius.

Quorsum autem haec edissero? ut appareat nihil propemodum in illius aetatis Codicibus scriptum fuisse unde nostri libri emendari possint. Themistii orationes centonibus Platonicis totae

contextae sunt, et in his omnibus *una* tantum scriptura reperta est vulgatae anteponenda, in *Theaeteto* pag. 175. c. ubi βαρβαρίζων servant Platonis Codices, sed βατταρίζων Themistius suppeditat pag. 278.

In Libanio autem, qui sexcentis locis utitur ex Demosthene et Aeschine sumtis, qui passim Thucydidem et Isocratem imitatur, numquam ne unum quidem locum reperi, unde quidquam in eorum scriptis aut mendo liberari aut paullo melius constitui possit. Vitia et errores diu ante Libanii aetatem nati sunt, neque post Libanium Codices multo deteriores sunt facti. Per sex prima saecula pleraque scripturae vitia orta et propagata sunt, id quod et ante multis exemplis demonstravimus, et alias in Platone, Demosthene, Thucydide, aliis, copiosius etiam demonstrare consilium est. Nunc uno tantum utar exemplo, ut ostendam Libanium vitiosa apud Platonem lectione esse deceptum. Scribit Tom. II. pag. 533. 19. μονονοὺκ ἐπὶ τῶν κεφαλῶν τὸ συνέδριον φέροντες. Sumsit haec a Platone *de Rep.* pag. 600 D. cuius locum vetere mendo depravatum esse non intellexit. Editur: οὕτω σφόδρα φιλοῦνται ὥςε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι, ubi Stallbaumius Themistii imitationem indicavit XXI. pag. 254. A. ὃν ἡμεῖς διὰ ταύτην τὴν φαντασίαν μονονοὺκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρομεν. Ostendimus ad Xenophontis *Cyropaediam* Platonis manum hanc esse: μόνον οὐκ 'ΕΝ ταῖς 'ΑΓΚάλαις περιφέρουσιν οἱ ἑταῖροι, ut Latine *gestare puerum parvulum in manibus* et *in sinu gestare* et *gestare in oculis* dicitur. Libanius sensit vitium inesse in ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς et de suo ἐπὶ τῶν κεφαλῶν substituit augens etiam malum. Reiskius explicare conatus perdidit operam: *„si quis* (inquit) *in capite quid portat, id in potestate sua habet; penes eum est id deferre quocumque velit.*" quod aperte et cum natura rei pugnat et cum vitae usu. Satius est Libanio suum errorem relinquere ac meminisse iam olim Platonis Codices mendis etiam perineptis inquinatos fuisse. Vetus liber perrosus haec tantum servabat: 'Є * TAIC * * * ΛΑΛΙC, quod nescio quis imperite explevit 'Є(πὶ) TAIC (κεφ)ΑΛΑΙC pro 'Є(ν) TAIC (ἀγκ)ΑΛΑΙC περιφέρουσιν.

"Αξιον INTERPOLATUM.

Solebant olim lectores si quid inter legendum vehementer

probassent adscribere in margine *ἄξιον*. Saepius autem factum est ut *ἄξιον* ex ora libri ineptissime in contextam orationem reciperetur, ut scriptor ridiculum in modum *sibi ipse plaudere* videatur. Libanius dixerat II. 189. 3. *ἐγὼ δὲ ἠξίουν τὸν πρὸ τοῦδε* (Constantium, Iuliani decessorem) *τὰ μὲν τῶν ἐναντίων (ἱερὰ) καθαιρεῖν, — οἰκείων μέντοι ναῶν — καὶ προκινδυνεύειν.* In libris est *καὶ προκινδυνεύειν ἄξιον.* Suboluit fraus Reiskio, qui *ἄξιον* expunxit. In Platonis *Rep.* pag. 496. A. legitur: *ἆρ' οὐχ ὡς ἀληθῶς προσήκοντα ἀκοῦσαι σοφίσματα καὶ οὐδὲν γνήσιον οὐδὲ φρονήσεως [ἄξιον] ἀληθινῆς ἐχόμενον;* sed deprensa fraus est et *ἄξιον* deletum. Minus perspicaces docti homines fuerunt in Platonis *Rep.* pag. 504. D. *οὐ γελοῖον ἐπὶ μὲν ἄλλοις σμικροῦ ἀξίοις πᾶν ποιεῖν συντεινομένους ὅπως ὅτι ἀκριβέστατα καὶ καθαρώτατα ἕξει, τῶν δὲ μεγίστων μὴ μεγίστας ἀξιοῦν εἶναι καὶ τὰς ἀκριβείας; Καὶ μάλα, ἔφη [ἄξιον τὸ διανόημα].* Cf. *Var. Lectt.* pag. 480. Apud Iamblichum in *vita Pythagorae* § 41. legitur: *ἐφεξῆς δὲ ἔλεγε* (Pythagoras) *περὶ σωφροσύνης, — εἶτα προετρέπετο θεωρεῖν [ἄξιον] ὅτι μόνης τῶν ἀρετῶν ταύτης καὶ παιδὶ καὶ παρθένῳ καὶ γυναικὶ ἀντιποιεῖσθαι προσήκει.* Kusterus acutum cernere solitus annotat: „*oratio et sensus rectius procederet, si ἄξιον deleatur. Est enim supervacaneum, nec ad locum hunc quicquam facit.*" Perspicuum nunc erit tibi unde tandem sit natum. Plane idem factum est apud Libanium IV. 646. 15. *ἐπεὶ καὶ τὸν ἀνδροφόνον κρίνειν ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ τόν γε τὴν χεῖρα καθαρόν [ἄξιον].* Ubi haec semel deprensa sunt difficile est vulgatam scripturam sine risu relegere.

ΑΙΔΟΝΤΕϹ — ΔΙΔΟΝΤΕϹ.

Libanius III. pag. 141. 12. scribit: *οὐκ ἀπόρρητα ἐξέφερεν οὐδὲ ὅσα σεσιγῆσθαι χρῆν, ἀλλ' ἃ τῶν ὑπογραφέων ΔΙδόντων ἐπὶ τῆς στοᾶς ἅπασιν ὑπῆρχεν εἰδέναι.* Emenda *'ΑΙδόντων.* Frequens admodum haec confusio est. *Ἄιδειν* et *ᾄδεσθαι* saepe apud Libanium ponitur de iis rebus, quae *palam et crebris multorum sermonibus celebrantur.* Exempla quaedam proferre iuvat. I. 78. 2. *καὶ νῦν τοῦτο ᾄδεται παρ' ἀμφοῖν τίς καὶ τίνος ἀκήκοεν.* I. 226. 18. *ταυτὶ μὲν ἑτέροις ᾄδειν ἀφείσθω.* I. 314. 12. *τὰ παλαιὰ σφῶν αὐτῶν ᾄδουσαι.* I. 451. 4. *καὶ ταῦτα ἃ πάντες ᾄδουσιν.* I. 589. 11.

καὶ τὸ τέως λανθάνον ἥδετο. II. 234. 2. *τοῦτο εἰς μέσον ἀεὶ φέρει καὶ ᾄδει.* Luculenta quaedam exempla eiusdem confusionis dabit Valckenarius ad Herod, VIII. 26. et ad *Phoenissas* vs. 1388. *Ἄιδοντες* et *διδόντες* confusa notavimus etiam in *Var. Lectt.* pag. 527.

VICINA VICINIS ACCOMMODATA.

Pag. 362. 6. *πλεῖστα δὴ τῶν ὑπὲρ πελάγους ἀπλωθέντων ἱστίων λιμΕΝΩΝ οὗτος συνέστειλεν.* Et error manifestus est et erroris origo. Clamat loci sententia *λιμ*ΗΝ *οὗτος* verum esse, sed scribae nihil cogitantes vicina vicinis accommodare solent et sic ΤΩΝ *ἀπλωθέντ*ΩΝ *ἱστί*ΩΝ *λιμ*ΕΝΩΝ dederunt. Compara locum IV. 793. *ὅταν ἐκ βιαστ*ΩΝ *πραγμάτ*ΩΝ *καὶ πλεονεξίας συστῇ.* Sumta haec sunt ex Demosthene, qui dixerat: *ὅταν ἐκ βίας* ΤΑ *πράγματ*Α *καὶ πλεονεξίας συστῇ.* Similiter II. pag. 189. 5. *ἐκείνου (τοῦ Ἰουλιανοῦ)* ΤΟΥ ΔΕΟΥΣ *αὐτῶν ἐγκατατεθειμένου ταῖς ψυχαῖς.* Rectissime Reiske *τὸ δέος.* Iulianus dicitur *Persarum pectoribus* formidinem *iniecisse*, sed scribae sententiae securi *ἐκείνου τοῦ δέους* substituerunt.

Eiusdem incogitantiae memorabile exemplum est III 290. 10. *Ἀλέξανδρος οὐδὲν κεκτημένος ἐπεχείρει τῷ πλείονι. καὶ τὴν αὐτὴν προσθήκην τε τοῖς ὑπάρχουσιν ἐποιεῖτο καὶ τοῦ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ἐσχηκέναι θαυμαστ*ΗΝ *ὁμολογίαν.* Reiske verum vidit: *μηδὲν ἐσχηκέναι θαυμαστ*ΟΝ.

ACCENTUS GRAVIS ET COMPENDIUM SYLLABAE *-ον* CONFUSA.

Libanius II. pag. 515. 13. *πῶς οὖν οὐχὶ κἂν αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ καὶ τούτοις καὶ τοῖς τούτων πράγμασιν, [ἱκανὸν] οἱ στρατηγοί;* Optime correxit Reiske: *πῶς οὖν οὐχ ἱκαν*ΟΝ *αὐτοῖς*, unde neglecta lineola *-ον* significante *οὐχὶ κἂν* natum est. Sed non vidit eadem opera sequens *ἱκανόν* expungi oportere. Scriba errorem suum corrigens in margine adscripserat *ἱκανὸν*, quod manente errore in alienam sedem irrepsit.

Saepe notavimus ea de causa syllabam *-ον* neglectam periisse. Hinc apud Libanium confusa sunt *δέ - δέον*, *ὃς - ὅσον*, *ὅρον - θρόνον*, *ἐκ τῶν - ἑκόντων*. et sim. In libris minus vetustis *-ον*

in *ultima* tantum syllaba sic scribitur, in antiquioribus etiam in medio vocabulo compendium hoc ponitur, unde ἑκόντων in ἐκ τῶν conversum est.

Ἐσθίειν ἑαυτόν.

Libanius Tom. I. pag. 259. 4. describens hilaritatem ac laetitiam, quam Calendae Ianuariae per totum Romanum imperium late per omnes spargerent, ita dicit: ἔπεισε δὲ καὶ πατέρα θανάτῳ παιδὸς κείμενον αὐτόν τε ΜΗ ἐσθίοντα τροφήν τε δυσχεραίνοντα διαλλαγῆναί τε πρὸς αὐτὴν ἀποθέσθαι τε τὴν ἀχλύν. Reiske inconsiderate ex uno libro μή inseruit. Scrib. αὐτόν τε ἐσθίοντα, ut apud Aristoph. *Vesp.* 286.

μηδ' οὕτως σεαυτὸν ἔσθιε μηδ' ἀγανάκτει.

Simili modo dixit Libanius Tom. II. 339. 18. καὶ αὐτὸς ἂν ἐμαυτὸν κατήσθιον. et III. 192. 1. ζητῶν ἃ λαβεῖν ἐκωλύθης αὐτὸν ἂν κατεσθίοις. et IV. 171. 19. ex quo loco mendum eximam. Editur: οὐ ζῆν οὗτός μοι παραινεῖ ποθὲν ἀλλὰ ϛένειν, ὀδύρεσθαι, — ἐμαυτὸν ἐσθίειν. Pro ποθέν Corrector in Cod. μόνον substituit. Frustra. Leg. οὐ ζῆν οὗτός μοι παραινεῖ. πόθεν; (*minime gentium*) ἀλλὰ ϛένειν κτἑ. Praeivit Homerus noto versu:

ὃν θυμὸν κατέδων πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

ipse suum cor edens hominum vestigia vitans.

unde Libanius Tom. I. 49. 6. dixit: ὁ μὲν ὃν θυμὸν κατέδων ᾤχετο οἴκαδε σιωπῇ.

PRAEFATIO IN SACRIS.

Libanius IV. pag. 356. de mysteriis Eleusiniis scribit: τά τ' ἄλλα καθαροῖς εἶναι τοῖς μύϛαις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχήν, τὴν Φωνὴν Ἕλληνας εἶναι, καὶ ἰδίᾳ πάλιν τὸ ϹΙτου καὶ τὸ μὴ σίτου δὲ ἐγεύσω οὐ καθαρὸς πάρει. Emenda: καὶ ἰδίᾳ πάλιν τὸ „ЄΙ τοῦ καὶ τοῦ ἐγεύσω οὐ καθαρὸς πάρει." Eadem opera restitues locum pag. 368. ὅϛις τὰς χεῖρας μὴ καθαρός — ὅστιϹ ϹΦῶν ἀξύνετος. Verum est: ὅστιϹ ΦΩΝῆς ἀξύνετος, ut supra τὴν Φωνὴν Ἕλληνας εἶναι.

’ΟΜΟCAI — ‛ΟΜΟΛΟΓΗCAI.

Libanius IV. pag. 238. *ὁμολόγησον ἦ μὴν ἐμοῦ πιόντος τὸ κώνειον εὐθὺς οἴσειν τὰς τροφάς.* Recte Reiske *ἦ μήν* pro *ἡμῖν*, sed eadem opera pro *ὁμολόγησον ὄμο*CON emendatum oportuit. Mirum est quam saepe in libris *ὀμόσαι* in *ὁμολογῆσαι* abierit. Dedimus exempla ad Demosthenem, in cuius optimo Codice S saepius sic est erratum.

‛Ιερά ET ἱερεῖα CONFUSA.

Multos veterum locos ea labes infecit. Hinc certa Libanio parata est correctio IV. 586. 10. *τῶν θεῶν — τοῖς ἐμοῖς ἱερ*ЄΙΟΙC *οὐ πάνυ τι τὸν νοῦν προσεχόντων.* Imo vero *τοῖς ἐμοῖς ἱερ*ΟΙC. Plutarchus Tom. II. pag. 1102. B. *ἀπέρχεται λέγων τὸ Μενανδρεῖον* (sic Valcken. *Diatr.* p. 284. B. pro *τὸ μὲν ἀνδρεῖον*)·
ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς.

Ἄγειν εἰς ὁμολογίαν ET SIM.

Libanius II. 15. 1. *ἀπειλῶν ἑτέρους βασανίσειν*, imo vero *βασανιεῖν*, et post pauca pro *τὸν κρινόμενον εἰς ὁμολογίαν* ’ЄΝ*άγειν* reponendum simplex *Ἄγειν.* Dicitur enim *εἰς ὁμολογίαν ἄγω* pro *ὁμολογεῖν ποιῶ* frequenti apud omnes usu, ut *εἰς ἔλεον*, *εἰς ὁμόνοιαν*, *εἰς ἀνάμνησιν*, *εἰς ἐπίστασιν ἄγειν* et alia sexcenta pro *ἐλεεῖν*, *ὁμονοεῖν* cet. *ποιεῖν.* Nemo in tali re *ἐνάγειν* aut *ἀνάγειν* dicebat. Apud Demosthenem pag. 617. 27. *τὴν πόλιν εἰς ὁμόνοιαν ἄγοντες* in S scriptum *ἀνάγοντες* summo iure spretum est.

Libanius iterum pag. 24. 9. *οἶδε γὰρ καὶ ἀπαλλαγὴ κακῶν ἄγειν εἰς ὀδυρμὸν ἄνθρωπον*, id est *ὀδύρεσθαι ποιεῖν.*

ΠΡΟCΤΙΘЄΙC. προστιθεὶς ET προστιθεῖς.

Libanius II. pag. 482. 1. *σὺ δὲ ἀφεὶς* (leg. ’ЄΦεὶς) *ἀδικεῖν ἀσφαλῶς τοῖς καταφρονοῦσι τῶν νόμων τοὺς τὰ δίκαια τιμᾶν οὐκ ἐωμένους ὑπάγ*ЄΙC *τῇ δίκῃ καὶ τῇ φύσει προστιθ*ЄΙC *τὰ τῆς ἀνάγκης.* Quod est in libris *προστιθεὶς* Reiske in *προστίθ*ΗC mutatum volebat. Satis erat accentum corrigere et *προστιθεῖς* resti-

tuere. *Constanter* enim et Attici et *οἱ ἀττικίζοντες* dicebant *τίθημι, τιθεῖς, τίθησιν*, et in imperfecto *ἐτίθην, ἐτίθεις, ἐτίθει*. Sic et in *ἵημι, ἀφίημι, συνίημι* non aliter quam *ἱεῖς, ἀφιεῖς, συνιεῖς* et *ἵεις, ἵει, ἀφίεις, συνίεις* et sim. Ad eandem analogiam omnes constanter utebantur formis *ἐδίδουν, ἐδίδους, ἐδίδου*. Passim huius rei in Codicibus omnibus manifesta indicia aut certa vestigia cernuntur. Pro *συνίης, ἀφίης, προστίθης* apparent scripturae *συνιείς - συνιεῖς, ἀφιὲις - ἀφιεῖς, προστιθεὶς - προστιθεῖς*, idque sexcenties etiam apud Libanium fieri videbis.

Διερευνᾶσθαι.

Libanius II. 61. 7. *ὄψει τοὺς αὐτοὺς ϛρατιώτας Ἐρευνωμένους τὴν ὕλην καὶ τὰ ἄντρα*. Barbarum est *ἐρευνᾶσθαι* pro *ἐρευνᾶν* positum, ut *χαίρομαι* pro *χαίρω*. Periit praepositio et ΔΙ*ερευνωμένους* scribendum. Frequens admodum et apud alios et apud Libanium est ΔΙ*ερευνᾶσθαι*. Hoc habent verba eo sensu cum *διά* composita, ut ex forma activa in *mediam* convertantur, *λέγειν διαλέγεσθαι, βοᾶν διαβοᾶσθαι, τοξεύειν διατοξεύεσθαι, ἀκοντίζειν διακοντίζεσθαι*, caeteraque id genus omnia praeter *πίνειν διαπίνειν*. Sic igitur *ἐρευνᾶν* quoque habet *διερευνᾶσθαι*.

ΛΙΜΟϹ - ΛΟΙΜΟϹ.

Libanius II. 53. 12. *λιμὸς ἐν Δελφοῖς ἦν* et pag. 54. 2. *ἀλλ' ὅμως ἡ πόλις ἐλίμωττε*. Leg. ΛΟΙ*μός* et *ἐ*ΛΟΙ*μωττε*. Perfrequens in libris haec confusio est, ut olim in noto oraculo:

ἥξει Δωριακὸς πόλεμος καὶ λιμὸς (λοιμὸς) ἅμ' αὐτῷ.

ΠΩϹ QUO PRETIO?

Libanius IV. 139. 21. inducit mulierculam loquacem ita garrientem: *πῶς ἄρα πεπράκασι τὸ τήμερον αἱ οἰνοπώλιδες; λέγεται τις βλάβη τοῖς ἐλαιοκαπήλοις συμβῆναι. βελτίων ἡ προβατευτικὴ τέχνη. δέος μὴ τὰ Φρύγανα τοὺς ἀρτοπόπους ἐπιλίπῃ.* Ab Atheniensibus sumsit *πῶς* pro *quanti, quo pretio*. Ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 110. ex Aristophane afferentes: *πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;* et:

πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος;

et apud Lucianum: *πῶς νῦν ὁ πυρός ἐστιν ὤνιος*; et sic dicitur: *πῶς πεπράκασιν αἱ οἰνοπώλιδες*; id est *πῶς ὁ οἶνος ὤνιος*; Fallitur autem Libanius hospes in foro Atheniensium *τὰς οἰνοπώλιδας* commemorans, *τοὺς γὰρ οἰνοπώλας ἐχρῆν αὐτὸν ὀνομάζειν*, namque alia viri, alia mulieres vendebant. Erant enim contra usum nostrum *ἰχθυοπῶλαι*, erant *βιβλιοπῶλαι*, sed *ἀρτοπώλιδες*, *στεφανοπώλιδες*, *ταινιοπώλιδες*, *λαχανοπώλιδες*. Animi causa duos Comicos testes producam: Nicophontem Athenaei pag. 126. E.

μεμβραδοπώλαις, ἀχραδοπώλαις,
ἰσχαδοπώλαις, διφθεροπώλαις,
ἀλφιτοπώλαις, μυστριοπώλαις,
βιβλιοπώλαις, κοσκινοπώλαις,
ἐγκριδοπώλαις, σπερματοπώλαις.

et Diphilum Athen. pag. 499. D.

κάπηλος ἠδικημένος ὑπ' οἰνοπώλου.

LIBANII ERROR IN *ἡ θύρα ψοφεῖ.*

Liban. IV. 148. 13. *ἡ θύρα ψοφεῖ. τίς δὲ ὁ παίων; οἰκεῖος τῆς γυναικός. πάλιν ψοφεῖ. παίει δὲ τίς; οἰκεῖος τῆς γυναικός.* Sic enim ex libris legendum. Vulgo desunt verba: *τίς δὲ ὁ παίων; — πάλιν ψοφεῖ.* Mirum est *τοὺς ἀττικίζοντας* linguae Atticae tam esse imperitos. *Crepat ostium* *ἡ θύρα ψοφεῖ*. *concrepuit ostium* *ἐψόφηκεν ἡ θύρα*, si quis *egreditur foras*, et qui *pulsat* ostium *κόπτειν τὴν θύραν* vel *κρούειν* dicitur. *Παίειν* et *τύπτειν* *verberare* et *ferire* ab hac re alienissimum est Legerat tamen Libanius plurimos Comicos, sed ad dicendi usum Rhetores non multum attendebant.

Ἱκέτης — Οἰκέτης.

Libanius IV. 303. 8. *ταῦτα οἱ χρηστοὶ, οἱ τοὺς ξένους οἰκτείρειν εἰωθότες, οἱ τοὺς Οἰκέτας αἰδούμενοι.* Sexcenties videbis in libris *supplices*, *τοὺς Ἱκέτας*, in *οἰκέτας* conversos. Nunc quoque *ἱκέτας* esse legendum ostendit *αἰδούμενοι.*

AD STRABONEM.

CAP. II.

Pag. 239. Strabo scribens de *Fano fugitivi* apud Ariciam in nemore Dianae βαρβαρικόν τι κρατεῖ (inquit) καὶ Σκυθικὸν περὶ τὸ ἱερὸν ἔθος. καθίςαται γὰρ ἱερεὺς ὁ γενηθεὶς αὐτόχειρ τοῦ ἱερωμένου πρότερον δραπέτης ἀνήρ· ξιφήρης οὖν ἐςὶν ἀεὶ περισκοπῶν τὰς ἐπιθέσεις ἕτοιμος ἀμύνεσθαι. Adscripsit Hemsterhusius in ora sui libri: „*Egregius locus Pausaniae* II. pag. 173. 31. *qui Cluverii diligentiam effugit.*" Sed non Casauboni, qui in annotatione ad h. l. Pausaniae testimonio utitur. Pausaniae verba haec sunt: Ἱππόλυτος ἔρχεται παρὰ τοὺς Ἀρικιεῖς καὶ — ἀνῆκε τῇ Ἀρτέμιδι τέμενος, ἔνθα ἄχρι ἐμοῦ μονομαχίας ἆθλον ἦν ἱερᾶσθαι τῇ θεῷ ΤΟΝ ΝΙΚΩΝΤΑ. ὁ δὲ ἀγὼν ἐλευθέρων μὲν προέκειτο οὐδενὶ, οἰκέταις δὲ ἀποδρᾶσι τοὺς δεσπότας. Multo igitur minus atrox res est quam Straboni videtur. Non enim is qui sacerdotem *ex insidiis obtruncasset* in illius locum substituebatur, ut ille semper anxius et gladio armatus praesentem pestem caveret, sed vetere antistite mortuo instituebatur servis fugitivis certamen, in quo qui vicisset (ὁ νικῶν) victoriae praemium (ἆθλον) Dianae sacerdotium auferebat. Erat etiam in Umbria *Fanum fugitivi.* vid. Mannert. *Geogr. Antiq.* IX. 1. pag. 478.

Pag. 296. δεῖν δὲ ἐν τῷ δεκάτῳ ἘΓγράφειν ἀντὶ τοῦ Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων. Lacunam sic suppleverim: ἀντὶ τοῦ Μυσῶν

(Μοισῶν) τ' ἀγχεμάχων. Sed restat in caeteris inextricabilis difficultas. Reponunt: ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ γράφειν idque significare putant „*in libro* XIII." Sed quis Graecorum umquam sic Homeri locum laudavit? Quis non statim Homeri versus agnoscebat et unde sumti essent recordabatur? praesertim in loco tam celebrato:

πάλιν τρέπεν ὄσσε φαεινὼ κτέ.

Apponendum est in margine, ut veteres solent, ζήτει.

Pag. 296. *Auctor est Posidonius*, inquit, *Homerum* ἀβίους προσαγορεύειν μάλιστα ὅτι χωρὶς γυναικῶν ἡγούμενον ἡμιτελῆ τινὰ βίον τὸν χῆρον. Manca et imperfecta oratio est ὅτι χωρὶς γυναικῶν, et ut intelligatur adde ζῶσιν. Mirifica autem haec est interpretatio et eiusdem fere pretii atque etymologia vere Romana „COELIBES *quasi dicas* COELITES."

Post pauca scribendum: τοὺς ἀβίους ΟΥ τοὺς χήρους μᾶλλον ἢ τοὺς ἀνεστίους — δέξαιτ' ἄν τις. Necessarium οὐ in Codd. omissum inserunt post χήρους contra Graecorum consuetudinem.

Pag. 301. ὁ Ἀνάχαρσις καὶ Ἄβαρις — ἐθνικόν τινα χαρακτῆρα ἘΠΕφαινον εὐκολίας καὶ λιτότητος καὶ δικαιοσύνης. Verbum ἐπιφαίνειν non est huius loci: sedem habet in *probatione* et *demonstratione*. *Prae se ferre* vultu, habitu, incessu, oratione dicitur ἘΜφαίνειν. Pag. 628. τοῦ δὲ νεωτέρου (Diodori) ἱστορικὰ συγγράμματά ἐστι — τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἘΠΙφαίνοντα ἱκανῶς, recte correxit nescio quis in Aldina ἐμφαίνοντα. Aristarchus in Schol. ad Odyss. γ. 71. οὐδὲ γὰρ νῦν οἱ περὶ Τηλέμαχον λῃστρικόν τι ἐμφαίνουσιν.

Pag. 302.

Γλακτοφάγων εἰς γαῖαν ἀπήνΑΙΣ οἰκί' ἐχόντων.

Obtemperandum Porsono est, qui ἀπήνΑΣ scribi iussit in *Advers.* pag. 316.

Pag. 302. quum esset in vetere libro:

ὁ δὲ δρομιχαίτης
κατὰ τοὺς διαδόχους ἦν τοὺς ἀλεξάνδρου
γετῶν βασιλεύς.

ineptum emblema post ἦν ex margine irrepsit in textum. Notissima nomina sunt in historia οἱ διάδοχοι et eorum filii οἱ ἐπίγονοι, quemadmodum in vetustis fabulis de bello Thebano οἱ ἐπίγονοι, ut apud Strabonem pag. 325. μετὰ τὴν (τῶν add.) ἐπιγόνων ἐπὶ τὰς Θήβας ϛρατείαν. Suboluit fraus Kramero, sed extirpare vitium ausus non est. Arguit emblema vitiosa verborum compositio. Dici poterat: κατὰ τοὺς τοῦ Ἀλεξάνδρου διαδόχους ἦν Γετῶν βασιλεύς, sed vulgata inepta est.

Pag. 308. ἘΚπλέοντι δ' ἐν ἀριϛερᾷ πολίχνη καὶ ἄλλος λιμήν. Mendum in Strabonis libris perfrequens hunc quoque locum corrumpit. Rescribe ЄΙϹπλέοντι δέ. ut pag. 310. ἐν ἀριϛερᾷ δ' εἰσπλέοντι πολίχνιόν ἐϛι Μυρμήκιον. et pag. 325. ἐν δεξιᾷ εἰσπλέουσιν Ἀκαρνᾶνες, et sic passim alibi. Vid. ad pag. 252.

Pag. 317. ἀποθεῖσιν ἡμέρας πέντε ἐξεπήγνυντο οἱ ἅλες. Vitiose adhaesit verbo inutilis praepositio et sensu cassa ἐξ. Veram lectionem repperit vetus corrector Codicis E. ἡμέρας πέντε Ἢ ἓξ ἐπήγνυντο, sed nemo recepit.

Strabo pag. 350. ἐπὶ τοὺς Τηλεμάχου ἑταίρους ἄγγελος πέμπεται πρὸς τὸ πλοῖον καλῶν ἐπὶ ξενίΑΝ. Lege ἐπὶ ξένιΑ. Perpetuus hic scribarum error est. *Cives* vocantur ἐπὶ δεῖπνον, *hospites* ἐπὶ ξένια, sed librarii ἐπὶ ξενίαν et ἐπὶ ξενίᾳ substituere solent. Ξενία et ξενίας τυχεῖν de *hospitio* dicitur, ξένια et καλεῖν ἐπὶ ξένια de *coena* vel *epulis*.

Haesit hoc vitium in editionibus Diodori Siculi, Pausaniae, Flavii Iosephi et aliorum.

Strabo pag. 362. de *primo* et *secundo* bello Messeniaco agens ita scribit: τὴν μὲν οὖν πρώτην κατάκτησιν αὐτῶν φησὶ Τυρταῖος ἐν τοῖς ποιήμασι κατὰ τοὺς τῶν πατέρων πατέρας γενέσθαι· τὴν δὲ δευτέραν, καθ' ἣν ἑλόμενοι συμμάχους Ἀργείους τε καὶ ἨΛЄΙΟΥϹ καὶ Πισάτας ἀπέϛησαν, Ἀρκάδων μὲν Ἀριϛοκράτην τὸν Ὀρχομενίων βασιλέα παρεχομένων ϛρατηγόν, Πισατῶν δὲ Πανταλέοντα τὸν Ὀμφαλίωνος, ἡνίκα φησὶν αὐτὸς (ὁ Τυρταῖος) ϛρατηγῆσαι τὸν πόλεμον τοῖς Λακεδαιμονίοις. De *tertio* et *quarto* bello post pauca scribit: ἐπὶ μὲν οὖν αὐτοῦ τοῦ Τυρταίου ὁ δεύ-

τερος ὑπῆρξε πόλεμος· τρίτον δὲ καὶ τέταρτον συςῆναί φασιν, ἐν ᾧ κατελύθησαν τελέως οἱ Μεσσήνιοι. Negat Kramerus Strabonem scripsisse Ἠλείους et *suspicari* se dicit „*pro* Ἠλείους *antiquitus scriptum fuisse* Ἀρκάδας." Correctiones huiuscemodi non sunt ullo modo admittendae, ne ars Critica in ματαιοτεχνίαν abeat, praeterquam in iis locis, ubi perspicuum et planum est lacunam veteris libri a sciolo inepte esse suppletam de suo; cuius rei complura exempla ex Stobaei *Florilegio* protulimus. In Strabonis loco nullum est huius fraudis vestigium. Apparet Ἀρκάδας commemorari debere, sed Ἠλείους retinendos esse censeo. Quod quo facilius probem refutabo primum Krameri argumenta, vel potius testes, quos produxit, destruam. „*Etenim* (inquit) *Eleos Lacedaemonios hoc ipso bello adiuvisse ipse narrat supra* pag. 355." Si hoc verum est causa cecidi. Audiamus testimonium: συνέπραξαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι (τοῖς Ἠλείοις) μετὰ τὴν ἘCΧΑΤΗΝ κατάλυσιν τῶν Μεσσηνίων συμμαχήσασιν αὐτοῖς. — καὶ ἐπὶ τοσοῦτόν γε συνέπραξαν ὥςε τὴν χώραν ἅπασαν τὴν μέχρι Μεσσήνης Ἠλείαν ῥηθῆναι καὶ διαμεῖναι μέχρι νῦν, Πισατῶν δὲ — μηδ' ὄνομα λειφθῆναι. Satis est componere locum Strabonis supra descriptum de bello *quarto*, ἐν ᾧ κατελύθησαν τελέως οἱ Μεσσήνιοι, ut videas a Kramero confundi tempora, et quod in *ultimo* bello factum esset ad *secundum* referri. Ponamus primum diligenter primi ac secundi belli initium ac finem. Primum bellum peractum est ἔτει πρώτῳ τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος (Pausan. IV. 13. 7.) gestum per annos XX. Audi Tyrtaeum:

Ἀμφ' αὐτὴν δ' ἐμάχοντ' ἐννέα καὶ δέκ' ἔτη
νωλεμέως, αἰεὶ ταλασίφρονα θυμὸν ἔχοντες
αἰχμηταὶ πατέρων ἡμετέρων πατέρες.
εἰκοςῷ δ' οἱ μὲν κατὰ πίονα ἔργα λιπόντες
φεῦγον Ἰθωμαίων ἐκ μεγάλων ὀρέων.

vid. Pausan. IV. 15. 2, et IV. 13. 6.

Erupit bellum secundum ἔτει τριακοςῷ καὶ ἐνάτῳ μετὰ Ἰθώμης ἅλωσιν, τετάρτῳ δὲ τῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος καὶ εἰκοςῆς, auctore Pausania (IV. 15. 1.), quo teste (IV. 23. 4.) ὁ δεύτερος πόλεμος τέλος ἔσχεν ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοςῆς Ὀλυμπιάδος. Nihil igitur impedit quo minus credamus Ἠλείους in *secundo* bello Messeniorum socios in *quarto* a Spartanis stetisse.

Audiamus alterum argumentum: „*praeterea acerbissimas inimi-*

citias inter se Eleos et Pisatas eodem illo maxime tempore exercuisse tradit Pausanias VI. 22. 2. *ita ut utrosque simul societate cum Messeniis coniunctos fuisse parum probabile fiat.* Non dicam posse duos inimicos ad communem amicum adiuvandum, et magis etiam ad communem salutem tuendam, arma consociare, sed malo argumento uti graviore. Prodeat testis a Kramero citatus: *τετάρτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ τριακοστῇ στρατὸν οἱ Πισαῖοι καὶ βασιλεὺς αὐτῶν Πανταλέων ὁ Ὀμφαλίωνος παρὰ τῶν προσχώρων ἀθροίσαντες ἐποίησαν ἀντ' Ἠλείων τὰ Ὀλύμπια.* Idem de eodem scribit VI. 21. 1. — *ἄνδρα Πισαῖον Πανταλέοντι ἐναντιούμενον τῷ Ὀμφαλίωνος τυραννοῦντι ἐν Πίσῃ καὶ* ΑΠΟCΤΑCΙΝ *βουλεύοντι ἀπὸ Ἠλείων.* Cogitandum primum est quid sit *ἀπόστασιν βουλεύειν*, similiterque de Pantaleontis filio VI. 22. 4. *Πύρρου δὲ τοῦ Πανταλέοντος μετὰ Δαμοφῶντα τὸν ἀδελφὸν βασιλεύσαντος Πισαῖοι πόλεμον ἑκούσιον ἐπανείλοντο Ἠλείοις.* CΥΝΑΠΕCΤΗCΑΝ *δέ σφισιν ἀπὸ Ἠλείων Μακίστιοι καὶ Σκιλλούντιοι, οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Τριφυλίας, τῶν δὲ ἄλλων περιοίκων Δυσπόντιοι.* Nempe *ἀποστῆναι* (*desciscere*, *deficere*) dicuntur qui bello fracti et subacti sub alterius populi imperium et ditionem ceciderunt et nomine socii reapse imperata faciunt et in his *ἕπονται ᾗ ἄν τις ἐξηγῆται.* Itaque si *οἱ Πισᾶται* ita sunt Messeniorum socii, necesse est eos Elidensium signa sequi, neque ullo modo fieri potuit ut Elidenses cum Spartanis facerent, Pisatae cum Messeniis. Quod autem dicitur Pantaleon *ἀπόστασιν βουλεύειν*, et Pyrrhum Pantaleontis filium *ἀποστῆναι*, diserte testatur Pausanias VI. 22. 3. rebellasse Pantaleontem Olympiade *trigesima quarta.* Bellum Messeniacum confectum est Olympiadis *vigesimae octavae anno secundo*, id est XXII ante annis; itaque nihil causae est cur vulgata apud Strabonem scriptura mendosa esse existimetur.

Sequitur ut disertis testimoniis demonstrem Elidenses Messeniis in *secundo* bello tulisse opem. Audi Pausaniam IV. 16. 7. *Μεσσηνίοις μὲν οὖν Ἠλεῖοι καὶ Ἀρκάδες, ἔτι δὲ ἐξ Ἄργους ἀφίκετο καὶ Σικυῶνος βοήθεια.* Quod testimonium confirmatur altero IV. 17. 2. ubi scribit Messenios et socios Arcades atrox proelium *ἐπὶ τῇ καλουμένῃ μεγάλῃ τάφρῳ* commisisse *ἀπόντων μὲν τῶν Ἠλείων τῆς μάχης, ἀπόντων δὲ Ἀργείων καὶ Σικυωνίων.* Non fugerant haec Kramerum, sed „*Eleos, quos Pausanias appellat Messeniorum socios* (inquit), *Pisatas videtur intelligere.*"

Non dicam perincertam hanc esse suspicionem, sed falsam esse demonstrabo. Messenii capta Ira ex caede elapsi ad Arcades confugerunt et benigne accepti sunt (Pausan. IV. 22. 2). Caeteri Πύλιοι καὶ Μεθωναῖοι καὶ ὅσοι τὰ παραθαλάσσια ᾤκουν ναυσὶν ὑπὸ τὴν ἅλωσιν τῆς Εἴρας ἀπαίρουσιν ἐς Κυλλήνην τὸ ἐπίνειον τῶν Ἠλείων (Pausan. IV. 23. 1). Eodem se recipiunt Messenii ex Arcadia reversi: ὡς δὲ ἐς τὴν Κυλλήνην οἱ Μεσσήνιοι συνελέχθησαν τὸν μὲν παρόντα χειμῶνα ἔδοξεν αὐτοῦ χειμάζειν, καὶ τὴν ἀγοράν σφισι καὶ χρήματα οἱ Ἠλεῖοι παρεῖχον (Pausan. IV. 23. 5.) Unde luce clarius apparet Elidenses Messeniis non tantum socios, sed optimos et fidelissimos socios fuisse.

Itaque in Strabonis loco, quo de agimus, pag. 362. sanissima est lectio librorum omnium: ἑλόμενοι συμμάχους Ἀργείους τε καὶ ἨΛΕΙΟΥΣ καὶ Πισάτας, et soli Arcades desiderantur. Excidere potuit πρὸς τοῖς Ἀρκάσι, qui perpetuo arma cum Messeniis adversus Lacedaemonios consociarunt, aut χωρὶς τῶν Ἀρκάδων, aut aliquid in hanc sententiam sed Ἠλείους satius est non tangere.

Caeterum animadvertendum est haec omnia Strabonem ex TYRTAEI carminibus sumsisse: pendent enim omnia ex verbis φησὶ Τυρταῖος, quo meliorem testem et certiorem nemo, credo, requiret.

Pag. 362. ὥς' ἢ ταῦτα ἠκύρωται τὰ ἐλεγεῖα ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιςητέον. Ostendimus supra veram lectionem esse hanc: ὥστε ἢ ἈκυρωΤΕΟΝ τὴν ἐλέγειαν κτέ. Scribendum esse ἀκυρωτέον Porsonus intellexit (*Advers.* pag. 39).

Fieri non potest ut Strabo antiqua Tyrtaei carmina Platoni et Aristoteli et omnibus veteribus lecta spuria et supposita esse existimaverit, sed utitur hac dicendi forma ut ostendat inter se pugnare quae apud ipsum Tyrtaeum legantur et quae a Philochoro et aliis essent de Tyrtaeo memoriae prodita.

Pag. 364. Μεσσόαν δέ (φασιν) οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος ἀλλὰ τῆς Σπάρτης. Hinc igitur nomen habebat ὁ Μεσσοάτης λόχος apud Schol. Aristoph. ad *Lysistr.* vs. 453. λόχοι εἰσὶν ἐν Λακεδαίμονι πέντε· Ἔδωλος (Hesych. in v.), Σίνις, Ἀρίμας, Πλοάς,

Μεσσοάτης. et apud Schol. Thucyd. IV. 8. λόχοι Λακεδαιμονίων πέντε Αἰδώλιος, Σίνης, Σαρίνας, Πλόας, Μεσοάτης. Utrobique Μεσσοάτης reponendum, a regione urbis Spartae, cui Μεσσόα nomen.

Pag. 365. οἱ δὲ (Δωριεῖς) κατασχόντες τὴν Λακωνικὴν ΚΑΙ κατ' ἀρχὰς μὲν ἐσωφρόνουν, ἐπεὶ δ' ΟΥΝ Λυκούργῳ τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν τοσοῦτον ὑπερεβάλοντο τοὺς ἄλλους, ὥστε μόνοι τῶν Ἑλλήνων καὶ γῆς καὶ θαλάττης ἐπῆρξαν. Et res ipsa et verborum compositio labem arguunt. Expunge molestum καί cum Coraë, et cogita quae olim fuerit oppositio. Notum est ex historia ante Lycurgum Spartam turbis civilibus vehementer laborasse. Plutarchus in *Lycurg.* cap. 7. ante Lycurgum ἀνομία καὶ ἀταξία κατέσχε τὴν Σπάρτην ἐπὶ πολὺν χρόνον. Herodotus I. 65. (Λακεδαιμόνιοι) κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων κατά τε σφέας αὐτοὺς καὶ ξείνοισι ἀπρόσμικτοι. Reges aut impotenter dominabantur, aut malis artibus populi gratiam captabant [1]. Pater ipse Lycurgi in rixa cultro percussus periit. Plutarch. l. l. Hinc facile colligas oppositionem in Strabonis loco hanc olim fuisse: κατ' ἀρχὰς μὲν ΟΥΚ ἐσωφρόνουν, ἐπεὶ ΔΕ Λυκούργῳ τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν, nisi quod pro τὴν πολιτείαν Strabonem scripsisse τὴν πόλΙΝ (πό) suspicor.

Strabo pag. 866. ex Ephoro haec narrat: ἐκείνοις (Eurystheni et Procli) δὲ καίπερ οἰκισαῖς γενομένοις μηδὲ τοῦτο δεδόσθαι ὥστε τοὺς ἀπ' αὐτῶν τοὺς μὲν Εὐρυσθενίδας, (describam reliqua ut in Codice Parisino A scripta sunt cum lacunarum supplementis).

1. τοὺς δὲ προκλείδας καλεῖσθαι (ἀλλὰ τοὺς μὲν)
2. ἀγίδας ἀπὸ ἄγιδος τοῦ εὐρυσθένους τοὺς δ(ὲ εὐρύποδας ἀ)
3. πὸ εὐρυπῶντος τοῦ προκλέους τοὺς μὲν (γὰρ βασιλεῦ)
4. σαι δικαίως,, τοὺς δὲ δεξαμένους ἐπ(ήλυδας ἀνθρώ)
5. πους δι' ἐκείνων δυναστεῦσαι. ὅθε(ν οὐδ' ἀρχηγέτας)
6. νομισθῆναι, ὅπερ πᾶσιν ἀποδίδοτα(ι τοῖς οἰκισαῖς παυ)
7. σανίαν τε τῶν εὐρυποδῶν ἐκπεσόν(τα ἀδίκως ἐκ τῆς)

---

1) Scribitur apud Plut. ὕβρει μὲν τῶν βασιλέων οὐκ εὐπειθείᾳ δὲ τῶν ὄχλων. Leg. βασιλέων Ἀπειθείᾳ δέ. Postquam noto errore εὐπειθείᾳ scriptum est aliquis οὐκ addidit.

8. οἰκείας ἐν τῆι Φυγῆι συντάξαι λόγ(ον κατὰ τῶν λυκούρ)
9. γου νόμων.

In his Codicis vitia sunt ἀγίδας pro Ἀγιάδας, et εὐρύποδας — εὐρυποδῶν pro Εὐρυπωντίδας — Εὐρυπωντιδῶν. nam sic Ἀγιάδας et Εὐρυπωντίδας Spartanorum Reges appellatos fuisse diligenter ostendimus in *Mnemos.* 1860 pag. 292 sqq.

In caeteris indicabo ea ubi a Krameri lectione supplementa mea discrepant. vs. 3. Kramer: τοὺς μὲν (γὰρ δυναστεῦ)σαι δικαίως. Δυναστεύειν dicitur de *impotenti dominatione*, itaque βασιλεῦσαι δικαίως substitui. Continuo sequitur δυναστεῦσαι ea qua dixi significatione.

Vs. 6. Kr. πᾶσιν ἀποδίδοτα(ι οἰκισταῖς). addidi articulum τοῖς οἰκισταῖς.

Vs. 7. Kr. ἐκπεσόν(τα .... τῆς) οἰκείας. Supplevi: ἐκπεσόντα ἀδίκως ἐκ τῆς οἰκείας.

Vs. 8. Kr. συντάξαι λόγ(ον κατὰ τοῦ Λυκούρ)γου, νόμων κτἑ. Quia non Lycurgum insimulare poterat, sed Lycurgi leges, supplevi: λόγοι κατὰ τῶν Λυκούργου νόμων.

Ultimam loci partem non expedio.

Praeterea manifestus error in verbis Παυσανίαν τῶν Εὐρυπωντιδῶν, quia certum est τῶν Ἀγιαδῶν eum fuisse, sic eximi posse videtur ut retrahatur ex fuga praepositio et ita scribatur: Παυσανίαν τε ὙΠΟ τῶν Εὐρυπωντιδῶν ἐκπεσόντα ἀδίκως ἐκ τῆς οἰκείας. De Pausaniae iudicio paucissima tantum memoriae prodita sunt. Constat eum in priore iudicio vix absolutum et regis Agidis sententia damnatum esse. Pausan. III. 5. 2. in secundo absentem condemnatum vertisse solum. Xenoph. *Hellen.* III. 5. 25. Plutarch. *Lysand.* 30. Pausan. III. 5. 6. In hoc exilio adversus Lycurgi leges orationem conscripsisse dicitur.

Pag. 369. εἶθ' ὁ Σαρωνικὸς κόλπος· οἱ δὲ πόντον λέγουσιν [οἱ δὲ πόρον], καθ' ὃ καὶ πέλαγος λέγεται Σαρωνικόν. Exime emblema ex dittographia natum. Refertur enim καθ' ὃ ad id quod continuo praecedebat, itaque manifestum est referri ad οἱ δὲ ΠΟΝΤΟΝ λέγουσιν, namque hac de causa etiam πέλαγος dicebatur.

Deinde supple: καλεῖται δὲ (ΟΥΤΩΣ) πᾶς ὁ συνάπτων πόρος κτέ.

Pag. 373. *ἔρημος δ' ἐστὶ κἀκείνη (ἡ Τίρυνς) καὶ ἡ πλησίον Μιδέα — ταύτῃ δ' ὅμορος Πρόσυμνα. — ἠρήμωσαν δὲ τὰς* ΠΛΕΙΣΤΑΣ *οἱ Ἀργεῖοι ἀπειθούσας· οἱ δ' οἰκήτορες οἱ μὲν ἐκ τῆς Τίρυνθος ἀπῆλθον εἰς Ἐπίδαυρον, οἱ δὲ ἐ . . . . εἰς τοὺς Ἁλιεῖς καλουμένους.* In Codice A. lacuna est; ex B. assumtum est supplementum nihili. *οἱ δὲ ἐ(ξ Ἑρμιόνης) εἰς τοὺς Ἁλιεῖς.* Magnis haec difficultatibus premuntur. Postquam nominavit tria oppidula, quo pacto addere potuit: *ἠρήμωσαν δὲ τὰς* ΠΛΕΙΣΤΑΣ? Non omnes igitur, itaque uni saltem pepercerunt, et duae supersunt, quae *αἱ πλεῖσται* dicantur. Nugae!

Emendandum est: *ἠρήμωσαν δὲ τὰς* ΠΟΛΕΙΣ *οἱ Ἀργεῖοι ἀπειθούσας. οἱ δ' οἰκήτορες — ἀπῆλθον.* Opponuntur inter se *αἱ πόλεις* et *οἱ οἰκήτορες*: *urbes solo aequatae sunt*, *incolae alio migrarunt.*

Vide nunc quam absurdum sit lacunae supplementum: *οἱ δὲ ἐ(ξ Ἑρμιόνης) εἰς τοὺς Ἁλιεῖς.* De Hermione Strabo ne cogitabat quidem, et stabat urbs florebatque, ut Strabo ipse statim narrat. Itaque suadente loci sententia suppleamus potius: *οἱ δὲ ἐ(κ τῶν ἄλλων) εἰς τοὺς Ἁλιεῖς.*

Pag. 374. *μεταξὺ δὲ Τροιζῆνος καὶ Ἐπιδαύρου χωρίον ἦν ἐρυμνὸν Μέθανα καὶ χερρόνησος ὁμώνυμος τούτῳ· παρὰ Θουκυδίδῃ δὲ ἔν τισιν ἀντιγράφοις Μεθώνη φέρεται.* Locus Thucydidis legitur IV. 45. *ἀφίκοντο εἰς Μεθώνην τὴν μεταξὺ Ἐπιδαύρου καὶ Τροιζῆνος καὶ ἀπολαβόντες τὸν τῆς χερσονήσου ἰσθμὸν ἐν* ὯΙ *ἡ Μεθώνη ἐστίν κτέ.* Thucydides Doricam nominis formam servaverat *Μεθάναν* et apud Strabonem *Μεθάνα* pro *Μέθανα* scribendum. Praeterea Thucydidi redde: *ἐν* ἫΙ *ἡ Μεθάνα ἐστίν.* Urbs erat in paeninsula ad mare, non in angustissimo isthmo.

Pag. 375. sic scribendum: *ὠνομάζετο δὲ* (Aegina) *Οἰνόη* (libri *οἰνώνη*) *πάλαι ὁμώνυμος δυσὶ δήμοις τῆς Ἀττικῆς τῷ τε πρὸς Ἐλευθεραῖς καὶ μιᾷ τῶν ἐκ τετραπόλεως τῆς περὶ Μαραθῶνα, καθ' ἧς ἡ παροιμία „Οἰνόη* (libri *οἰνώνη*) *τὴν χαράδραν."* Post *Ἐλευθεραῖς* interpolatus est locus ex Euripidis Antiope:

Οἰνόῃ
σύγχορτα ναίω πεδία ταῖς τ' Ἐλευθεραῖς.

ab eo, qui tot alios poëtarum locos Straboniano operi adscripsit.

Pag. 378. τὸ Ὀλυμπίασιν ἀνάθημα Κυψέλου σφυρήλατος χρυσοῦς ἀνδριὰς εὐμεγέθης. Vir doctus coniecit ἀνδριὰς Διός ex pag. 353, quo minime opus. Obversabatur Straboni epigramma in basi inscriptum apud Photium v. Κυψελιδῶν ἀνάθημα (ex Boëtho):

ΕΙΜΙ ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατός εἰμι κολοσσός,
ἐξώλης εἴη Κυψελιδῶν γενεά.

ubi nondum me poenitet olim emendasse: ΕΙ ΜΗ ἐγὼ χρυσοῦς κτέ.

Strabo pag. 378. narrans de Corinthiis meretricibus non illepidum scorti dictum memoriae prodidit: μνημονεύεται! τις ἑταίρα πρὸς τὴν ὀνειδίζουσαν ὅτι οὐ φιλεργός εἴη οὐδ' ἐρίων ἅπτοιτο εἰπεῖν· ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη καθεῖλον ἱστοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ. Meinekius qui se scribit (*Vindic.* pag. 42) „*de subtilioribus trimetri legibus*" cum Lachmanno sermones habere, non habebat diiudicandis et notandis numeris exercitatam et subactam aurem, si quidem orationem hanc πεζοτάτην numeris ligatam esse serio credidit numerosque amissos scilicet minime numerose de suo substituit. Eiusdemmodi numeros innumeros vidimus Hauptium Stobaeo XXVIII. 17. obtrudentem non repugnante Meinekio in *Addend.* pag. LXI.

Annotavit enim ad h. l. Meineke: „*non animadverterunt neque interpretes Strabonis neque Valckenarius ad Theocriti Adoniaz.* p. 338. *postrema verba choliambicis versibus inclusa esse:*

εἰπεῖν· ἐγὼ μέντοι ἡ τοιαύτη τρεῖς ἤδη
καθεῖλον ἱστοὺς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τούτῳ."

Satis in hoc genere peccaverat Valckenarius quum ad Theocriti *Adoniaz.* pag. 261. lamentabilem epistolam Laconicam: ἔρρει τὰ κᾶλα. Μίνδαρος ἀπεσσούα. πεινῶντι τὤνδρες. ἀπορίομες ὅ τι χρὴ δρῆν, duobus choliambicis versibus inclusam esse putaret hisce:

ἔρρει τὰ καλά. Μίνδαρός γ' ἀπέσσουα.
πεινῶντι τὤνδρες· ἀποριῶμες ὅ, τι χρὴ δρᾶν.

Dabisne mihi hos versiculos eiusdem farinae esse atque Meinekianos et Hauptianos? Uterque autem

ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθεῖται ψόγον.

Intelligitur autem ex his quam sit lubrica res *in subtiliores trimetri leges* inquirere, quas fere videbis aut ex vitiosis lectionibus aut ex eruditorum erroribus esse natas.

Pag. 382. *πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι καὶ παροιμιάζονται·*

Κόρινθος ὀφρυᾷ τε καὶ κοιλαίνεται.

verbum *ὀφρυᾷ* et cum Graeci sermonis analogia pugnat et a metro respuitur. Scribendum:

Κόρινθος ὀφρυάζει τε καὶ κοιλαίνεται.

Pag. 383. *Ἴωνες ἐξ Ἀθηναίων τὸ γένος ὄντες.* Natura rei et dicendi usus postulant ut scribatur *ἐξ Ἀθηνῶν* pro *ἐξ Ἀθηναίων*, *Athenis oriundi.* Vetus compendium *ᾶ* has turbas dare solet. Prorsus idem vitium obsidet locum Thucydidis II. 15. ubi est *οἱ ἀπ' Ἀθηναίων Ἴωνες* pro *ἀπ' Ἀθηνῶν.*

Pag. 383. *Ἴων δὲ — οὕτως εὐδοκίμησεν ὥστ' ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιΤΕΙΑΝ Ἀθηναῖοι. ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος ΕΙΤΑ εἰς τέτταρας βίους.* Primum corrige *ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πόλΙΝ.* Turbas iterum dedit compendiosa scriptura *πό.* In sqq. laborat sententia; est enim unum et idem *εἰς τέτταρας φυλάς* et *εἰς τέτταρας βίους.* Itaque perabsurdum est dicere: *primum εἰς φυλάς*, *deinde εἰς βίους.* Emenda: *ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἴτ' εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος εἴτ' εἰς τέτταρας βίους.*

Pag. 384. de Helice fluctibus obruta scribit: *Ἐρατοσθένης δὲ καὶ αὐτὸς ἰδεῖν φησὶ τὸν τόπον καὶ τοὺς πορθμέας λέγειν ὡς ἐν τῷ πόρῳ ὀρθὸς ἑστήκΕΙ Ποσειδῶν χάλκεος ἔχων ἱππόκαμπον ἐν τῇ χειρί.* Incongruum est *ἑστήκει* pro *ἕστηκε.* Strabo dederat *ἑστήκΟΙ*, ut solet optativus poni ubi quis quid ex aliena persona refert praesertim *si ipsi verum non esse videtur.*

Pag. 388. *νομαὶ δαψιλεῖς καὶ μάλιστα ἵπποις καὶ ὄνοις τοῖς ἱπποβάτΟΙΣ.* Sententia postulat ut *ἱπποβάτΑΙΣ* rescribatur. Simili erroris genere Kramerus nonnumquam retinet adiectiva in — *βατος*, ubi natura rei — *βοτος* requirit, ut pag. 771. *λεοντόβΑτα δ' ἐστὶ τὰ χωρία· ταῖς δ' ὑπὸ κυνὸς ἐπιτολὴν ἡμέραις ὑπὸ κωνώπων μεγάλων ἐξελαύνεται τὰ θηρία ἐκ τῶν τόπων*, ubi Kramer. „malim scribere *λεοντόβοτα* ut pag. 747." quasi ulla de ea re possit esse dubitatio. Quae regio leones alit (*λέοντας*

βόσκει non aliter quam *λεοντόβοτος* appellari potest, ut *βούβοτος*, *ἱππόβοτος*, *μηλόβοτος*, *αἰγίβοτος*, *ὀναγρόβοτος* pag. 539, et similia plura.

Pag. 395. *ἄξιόν τε ἦν ναυσταθμὸν ταῖς τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάτ*ΤΟΥϹ *ἔστελλον Ἀθηναῖοι.* Periit unum vocabulum quo amisso ultima pars loci facta est obscurior. Supple *ὧν οὐκ ἐλάττους* ΤΟΤЄ *ἔστελλον.* Dicuntur Athenienses illo tempore quo maxime florerent non minus quam quadringentas naves longas habuisse. Saepe ΤΟΥϹ et ΤΟΤЄ inter se confusa vidi.

Apud Strabonem pag. 398. enumerantur *οἱ δῆμοι* in litore siti *μεταξὺ τοῦ Πειραιῶς καὶ τῆς ἄκρας τοῦ Σουνίου.* in his *ἁλιεῖς οἱ Αἰξωνικοί, Ἀναγυράσιοι, εἶθ' ὀρεεῖς, λαμπυρεῖς, αἰγινεῖς.* Verissime olim correxerunt *Ἁλαιεῖς — Λαμπτρεῖς, Αἰγιλιεῖς.* Pro *εἶθ' ὀρεεῖς* Kramerus *εἶτα Θορεῖς* edidit; Meineke *Vind. Strab.* pag. 134 *εἶτα Θοραιεῖς* recte, nisi quod inutile *εἶτα* expunctum oportuit. Deinde ita pergit: *μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων μακρ*Α *ἄκρ*Α *πρώτη* (*μὲν* add.) *μετὰ τοὺς Αἰξωνέας Ζωστήρ, εἶτ' ἄλλη μετὰ Θορέας Ἀστυπάλαια.* Corrige *μακρ*ΑΙ *ἄκρ*ΑΙ et *μετὰ Θοραιᾶς.* Meineke *Θοραιέας* coniecit, sed utuntur in talibus antiqua forma *contracta* etiam sequiores.

Strabo pag. 401. *Ἔφορος τὴν μὲν χώραν* (Boeotiam) *ἐπαινεῖ διὰ ταῦτα καί φησι πρὸς ἡγεμονίαν εὐφυῶς ἔχειν, ἀγωγῇ δὲ καὶ παιδείᾳ μὴ χρησαμένους* ЄΠЄΙ ΜΗΔЄ *τοὺς ἀεὶ προϊσαμένους αὐτῆς — ἐπὶ μικρὸν χρόνον συμμεῖναι.* Meineke *Vind. Strab.* pag. 135 legebat: *μὴ χρησαμένους ἐπι(μελεῖ) μηδὲ τοὺς ἀεὶ προϊσαμένους κτέ.* Sed pessime retinuit *μηδέ*, quia de solis principibus haec Ephorus dicebat. Latebat in *μηδέ* id ipsum *-μελεῖ* a Meinekio de suo additum: *μὴ χρησαμένους ἐπιμελεῖ τοὺς ἀεὶ προϊσαμένους αὐτῆς.* Si haec de omnibus Thebanis dixisset, non *χρησαμένους*, sed *χρωμένους* dictum oportuit.

Strabo pag. 402. *τὸ μαντεῖον εἰπεῖν ὅτι προστάττοι ὁ θεὸς τοῖς Βοιωτοῖς τοὺς παρ' αὐτοῖς τρίποδας* ϹΤΑΛЄΓ*οντας εἰς Δωδώνην πέμπειν κατ' ἔτος.* Scribendum ΚΑЄΙΠ*οντας.* vide quae sequuntur.

Pag. 408. *ἀφ' οὗ καὶ ἡ παροιμία εἰς Σκῶλον μήτ' αὐτὸς ''ΙΝΑΙ μήτ' ἄλλῳ ἕπεσθαι.* Faex Graeculorum dicebat *ἶναι, ἀπίναι* et sim. satis castigata a Phrynicho. Vera lectio aliunde nota est *μήτ' αὐτὸς ''ΙΜΕΝ.*

Strabo pag. 410. *αἱ Θεσπιαὶ — ἐγνωρίζοντο διὰ τὸν Ἔρωτα τοῦ Πραξιτέλους. — πρότερον μὲν οὖν ὀψόμενοί τὸν Ἔρωτά τινες ἀνέβαινον ἐπὶ τὴν * θέαν ἄλλως οὐκ οὖσαν ἀξιοθέατον. νυνὶ δὲ μόνη συνέστηκε τῶν Βοιωτιακῶν πόλεων.* Male sprevit Editor correctionem *τὴν πόλιν* pro *τὴν θέαν*, quam verissimam esse sequentia demonstrant. Praeterea requiro *εἰς τὴν πόλιν*, non *ἐπί.*

Pag. 412. *Πλαταιαὶ δὲ - εἰσὶ κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς εἰς Ἀθήνας καὶ Μέγαρα ἐπὶ τῶν ὅρων τῶν τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Μεγαρίδος .... γὰρ Ἐλευθεραὶ πλησίον.* Supple (*φέρουσαν. αἱ*) *γὰρ Ἐλευθεραί κτἑ.* Dicebant enim *ἡ ἐπ' Ἀθηνῶν ὁδός*, sed *ἡ ὁδὸς ἡ εἰς Ἀθήνας φέρουσα*, ut pag. 531. *τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Ἐκβάτανα φερούσης.*

De templo Delphico scribit pag. 420. *νυνί γέ τοι πενέστατόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν· χρημάτων ΔΕ χάριν τῶν ἀναθημάτων τὰ μὲν ἦρται, τὰ δὲ πλείω μένει.* Miror neminem vidisse verba haec sensu carere. Simplicissima correctione restitues sententiam scribendo: — *πενέστατόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν χρημάτων ΓΕ χάριν· τῶν Δ' ἀναθημάτων τὰ μὲν ἦρται, τὰ δὲ πλείω μένει. Χάριν* eo sensu apud sequiores frequens, ut pag. 617. *οὐ γὰρ ἴσμεν — γυναῖκα ἐνάμιλλον ἐκείνῃ* (Sapphoni) *ποιήσεως χάριν.*

Pag. 426. *ἔστι δὲ χειμάρρους ὥστ' ἀβρόχοις 'ΕΜβαίνειν τοῖς ποσίν, ''ΑΛΛΟΤΕ δὲ καὶ δίπλεθρον ἴσχειν πλάτος.* Suadente sententia restituo *ὥστ' ἀβρόχοις ἐνίοτε ΔΙΑβαίνειν τοῖς ποσίν.*

Pag. 428. *τοῖς ἔξω τῶν Στενῶν πρὸς τοὺς ἐντὸς ἦσαν ἀγῶνες πρωτείων.* Supple *ἀγῶνες ΠΕΡΙ πρωτείων.* Saepe *ἀγῶνες περὶ πρωτείων, ἀγωνίζεσθαι, ἀμφισβητεῖν περὶ πρωτείων* et apud alios legitur et apud Strabonem, ut pag. 102. *περὶ πρωτείων ἀγωνιζομένῳ.* pag. 365. *ἔριν εἶχον περὶ πρωτείων.* pag. 375. *περὶ πρωτείων ἀμφισβητῆσαι.*

Strabo pag. 443. ὥςε τὸν 'Ριζοῦντα προσνέμειν καὶ 'Ερυμνὰς ἐν τῇ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ παραλίᾳ κειμένας. Pro 'Ερυμνάς scribendum Εὐρυμενὰς. Apollonius Rhodius de Argonautis Thessaliae litus legentibus I. 597. ita canit:

κεῖθεν δ' Εὐρυμενάς τε πολυκλύςους τε Φάραγγας
"Οσσης Οὐλύμποιό τ' ἐσέδρακον.

Scylax cap. 65. de his ipsis locis scribit: ἔξω δὲ τοῦ Παγασιτικοῦ κόλπου Μελίβοια, 'Ριζοῦς, Ε ὐ ρ υ μ ε ν α ί, Μύραι. ut nulla supersit dubitatio.

Pag. 445. εἰ δέ τι ἐλλέλειπται νῦν προςδιασαφήσομεν. ex his verbis vera lectio erui potest loci multis coniecturis vexati pag. 6. τὸν πλείω λόγον περὶ τοῦ 'Ωκεανοῦ — εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ 'Αθηνόδωρον ἱκανῶς *διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον. Imo vero διαCαΦήσαντας.

Serabo pag. 446. κατεστράφη δὲ τὰ Στύρα ἐν τῷ Λαμιακῷ πολέμῳ. Tenue oppidulum non est *subactum*, credo, sed *solo aequatum* κατεσΚάφη. Pro ΛΑΜιακῷ in libris est ΜΑΛιακῷ, quod Kramerus retinuit.

In fragmento Menandri pag. 452.

ῥῖψαι πέτρας 'ΑΠΟ τηλεΦανοῦς.

poëta non sic sed ΚΑΤΑ τηλεΦανοῦς dixisse videtur. *De saxo deiicere* dicitur ῥιπτεῖν κατὰ πέτρας, ut in Theognideo:

χρὴ πενίην Φεύγοντα καὶ εἰς μεγακητέα πόντον
ῥιπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Pag. 465. ἀλλὰ μὴν σύ γε, ὦ Πολύβιε, ὁ τὰς λαοδογματικὰς ἀποφάσεις περὶ τῶν διαςημάτων εἰσάγων — καὶ διδοῖς εὐθύνας τὰς μὲν Ποσειδωνίῳ, τὰς δ' 'Αρτεμιδώρῳ. Libri καὶ διαδοὺς εὐθύνας. Infelicem Casauboni coniecturam διδοῖς Kramerus recepit. At tu scribe: σύ γ' ЄΙ (εἶ), ὦ Πολύβιε, ὁ — εἰσαγΑΓὼν — καὶ ΔΟΥC (δοὺς) εὐθύνας κτὲ.

Praesens σὺ εἶ ὁ εἰσάγων pugnat cum loci sententia et ὁ εἰσαγαγὼν καὶ δοὺς εὐθύνας ex ipsa rei natura coniungenda sunt.

Comparandus hic locus est cum alio simili pag. 104. ἀλλὰ μὴν Πολύβιός γέ ἐστιν ὁ λαοδογματικὰς καλῶν ἀποφάσεις, ἃς ποιΟΥΝται περὶ τῶν ἐν τούτοις τοῖς τόποις διαστημάτων. Nunc quidem praesens καλῶν bene habet: *appellat* in libris suis. Deinde revoca librorum omnium scripturam: ἃς ποιΕΙται pro ποιοῦνται. Nempe de ipso Polybio haec dici manifestum est: ὁ Πολύβιος τὰς ἀποφάσεις ἃς ποιεῖται λαοδογματικὰς καλεῖ. Editor ποιοῦνται recipiens caecum ducem Du Theil. secutus est.

Apud STRABONEM pag. 470. vera lectio haec esse videtur: τούτοις δ' ἔοικε καὶ τὰ παρὰ τοῖς Θραξὶ τά τε ΚοτύτΕΙα καὶ τὰ Βενδίδεια. — τῆς μὲν οὖν ΚοτυΤΟΥC ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς Αἰσχύλος μέμνηται εἰπὼν γάρ·

Σεμνὰ Κοτυτοῦς ὄργι' ἔχοντες.

εὐθέως ἐπιφέρει·

ὁ μὲν ἐν χερσὶν βόμβυκας ἔχων κτέ.

Kramerus edidit Κοτύτια et τῆς μὲν οὖν Κότυος τῆς ἐν τοῖς Ἠδωνοῖς et σεμνὰ Κότυς. Codd. κόπτουσ' vel κόπτουσ id est ΚΟΤΥΤΟΥC.

Pag. 471. ὁ μέν τις φησίν·

κιθάραν Ἀσιᾶτιν Ῥάσσων.

legitur in Codd. deterioribus ἀράσσων, quae est correctoris alicuius coniectura, sed optima et verissima. Ἀράσσειν est κρούειν, ut apud Theocritum noto loco:

Ἀΐδαο πύλας καὶ Μοῖρας ἀραξεῖ.

et in Anacreonteo 3:

τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσΕΙC;
κατά μευ σχίσεις ὀνείρους.

namque sic scribendum pro vulgata ἀράσσΕΙ sequens σχίσεις planum facit.

STRABO. pag. 477. αἱρεθεὶς δὲ στρατηγὸς καὶ κατορθώσας διὰ ταχέων ἬΡΑΤΟ τιμὰς τὰς μεγίστας. Emenda εὕρετο, pro quo Graeculi εὕρατο dicebant.

Pag. 479. οὐ κατὰ τὰ Τρωικά φησιν ὁ ποιητὴς ἑκατονΤΑπολιν ὑπάρξαι τὴν Κρήτην. Dixerat ἑκατόΜπολιν, ut Graecis omnibus

in huiusmodi compositione consuetum est dicere, et Homerus ipse dixit:

οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.

Graeculorum vitiosa συνήθεια in compositis pro ἑκατον — substituebat ἑκατονΤΑ —, unde multi veterum loci corrupti circumferuntur. Est Iuliani epistola XXIV, in qua ludit in numero centenario et commemorat τὴν ἑκατονΤΑθύσανον αἰγίδα, τὸν ἑκατονΤΑχειρα Βριάρεων, τὸν γίγαντα τὸν ἑκατονΤΑκέφαλον, Θήβας ἑκατονΤΑπύλους, ναοὺς ἑκατονΤΑπέδους, ἀρούρας ἑκατονΤΑπλέθρους, quae omnes sunt mendosae formae et ad veterem consuetudinem refingendae. Vix unum evasit βωμοὺς ἑκατογκρήπιδας. Ne metrum quidem homunciones advertit. In Aeschyli *Prometheo* vs. 353. Mediceus exhibet:

ἑκατοντακάρηνον πρὸς βίαν χειρούμενον.

Licentius etiam in caeteris grassabantur, sed apud scriptores probatiores certum mendum tuto corrigitur.

Pag. 480. τοῖς ῥυθμοῖς — οὓς ΘάλητΑ ᾿ΑΝευρεῖν, ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασιν. Certa est Meursii correctio ΘαλήτΑΝ εὑρεῖν. Quamquam enim nomen, ut videtur, διφορεῖται, et idem ab aliis Θάλης, ab aliis Θαλήτας (Θαλητᾶς) appellatur, tamen quia h. l. ἀνευρίσκειν vitiosum est, quia de rerum inventoribus εὑρίσκειν omnes constanter dicebant, intelligimus — ΑΝ ex praecedente nomine adhaesisse. Itaque etiam pag. 482 scribendum: ἐλθόντα δὲ πλησιάσαι ΘαλήτΑΙ μελοποιῷ, et omnino forma Θαλήτας plures et meliores testes habet.

Pag. 480. παῖδας δὲ γράμματά τε μανθάνειν καὶ τὰς [ἐκ] τῶν νόμων ᾠδάς. Quae sint cantica ἐκ τῶν νόμων nemo facile dixerit. Reseca importunam praepositionem et memento leges Cretensium versibus conceptas fuisse et cantari solitas. Hinc nomen habet ὁ νομῳδός, ὅς ἐστιν ἐξηγητὴς τῶν νόμων, teste Strabone pag. 539.

Pag. 483. ἂν μὲν τῶν ἴσων ᾖ τῶν ὑπερεχόντων τις ᾖ — ἐπιτρέπουσιν ἄγειν χαίροντΕС, imo vero, ut res ipsa clamat, χαίροντΑ. Amator enim χαίρει et χαίρων ἄγει, non οἱ ἐπιτρέψαντες.

Strabo pag. 498. ἐντεῦθεν δὲ πλοῦς ἐπ' Ἀμισοῦ καὶ Σινώπης τριῶν ἡμερῶν ἢ ΔΥΟ. Quis mortalium sic loquitur? Repone τριῶν ἡμερῶν ἢ Δ, id est τεττάρων.

Pag. 503. κομισθέντος δὲ τοῦ σώματος εἴς τι χωρίον ἐπΙβαίνουσιν ἅπαντες καθαρσίῳ χρώμενοι. Quod Strabo perspicue dicit Graece dicendum est ἐπΕΜβαίνουσιν, ut passim dicitur κειμένῳ ἐπεμβαίνειν, πεσόντι, πεπτωκότι ἐπεμβαίνειν.

Strabo pag. 513. Σπιταμένης εἴς ἘΚ τῶν ἀποδράντων Περσῶν τὸν Ἀλέξανδρον. Dele ἐκ natum ex dittographia ΕΙC et ΕΚ. Perfrequens in Strabonis Codicibus haec confusio et permutatio est, ut iam saepius ostendimus.

Pag. 515. Κάτων Ὁρτησίῳ δεηθέντι ἐξέδωκε τὴν Μαρκίαν ἐφ' ἡμῶν κατὰ Παλαιὸν Ῥωμαίων ἔθος. Solet in tali re ἔθος τι dici, non ἔθος, ut in ἔθος τι τοῦτ' ἔχει. Itaque scribe κατά ΤΙ Παλαιὸν — ἔθος, ut pag. 357. κατὰ ἔθος τι παλαιόν, et saepius alibi. Repone et pag. 601. κατά (τι) παλαιὸν ἔθος.

Pag. 516. ὁμορεῖ δὲ ἡ Ἀρία τῇ Βακτριανῇ *** καὶ τὴν ὑποςᾶσαν ὄρει τῷ ἔχοντι τὴν Βακτριανήν. Acutissime vidit Müllerus in ΥΠΟCΤΑCΑΝΟΡΕΙ latere ὑπὸ Στασάνορι, cui constat in divisione imperii post Alexandri mortem Bactrianam obtigisse, et vel additum τῷ ἜΧΟΝΤΙ τὴν Βακτριανήν arguit nomen propium latere. Sed neque ipse neque alius quisquam ex palmaria hac emendatione fructum capiet, quia magna lacuna obsorbsit ea quae praecedebant.

Eodem modo dixit pag. 567. τὴν ῩΠΟ τῷ Ἀμύντᾳ γενομένην, et sic etiam alibi.

Pag. 531. φησὶ γὰρ (Herodotus) ἐκ Ματιηνῶν αὐτὸν (Araxen) ῥέοντα εἰς τετταράκοντα ΠΟΤΑΜΟΥC σχίζεσθαι. Non est sana lectio ποταμούς. Veram dabit Herodotus I. 202. ΣΤΟΜΑCΙ δὲ ἐξερεύγεται τεσσαράκοντα, τῶν τὰ πάντα πλὴν ἑνὸς ἐς ἕλεά τε καὶ τενάγεα ἐκδιδοῖ, unde Straboni redde: εἰς τετταράκοντα CΤΟΜΑΤΑ σχίζεσθαι.

Pag. 540. Romani Cappadoces liberos esse iusserunt; *οἱ δὲ πρεσβευσάμενοι τὴν μὲν ἐλευθερίαν παρῃτοῦντο, — βασιλέα δ' ἠξίουν αὐτοῖς ἀποδειχθῆναι.* Οἱ δὲ θαυμάσανΤΕC *εἴ τινες οὕτως εἶεν ἀπειρηκότες πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπέτρεψαν δ' οὖν αὐτοῖς ἐξ ἑαυτῶν ἑλέσθαι.* Male composita haec esse vides. Itaque nonnulli *δ' οὖν* expunxerunt. Multo facilius repones: *οἱ δ'* Εθαύμασαν — *ἐπέτρεψαν δ' οὖν κτἑ.*

Pag. 549. *εἶτα Σάϊοι, παρ' οἷς φησὶν Ἀρχίλοχος τὴν ἀσπίδα ῥῖψαι.*

[*ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀνείλετο, τὴν παρὰ θάμνῳ*
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.]

Delendi sunt Archilochi versiculi ab interpolatore ex pag. 457. inserti. Archilochus dixerat:

ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται.

et Strabonem fefellit memoria, qui substituit:

ἀσπίδα μὲν Σαΐων τις ἀνείλετο τὴν κτἑ.

Pag. 550. duo verba perierunt sic supplenda: *ὁ δὲ Σκήψιος οὔτε τὴν τούτου δόξαν* (ὩC) *ἔοικεν ἀποδεξάμενος οὔτε* (ΤΗΝ) *τῶν περὶ τὴν Παλλήνην τοὺς Ἀλιζώνους ὑπολαβόντων — ὁμοίως διαπορεῖ κτἑ.*

Pag. 550. fragmentum Hecataei Milesii sic scribendum est: „*ἐπὶ δ' Ἀλαζίῃ πόλι ποταμός* ΕCΤΙ *Ὀδρύσης,* ὋC *ῥέων διὰ Μυγδονίης πεδίου ἀπὸ δύσιος ἐκ τῆς λίμνης τῆς Δασκυλίτιδος ἐς Ῥυνδακὸν ἐσβάλλει.*" Editur: *Ἀλαζίᾳ — ποταμὸς δὲ Ὀδρύσσης ῥέων.* In libris est: *ποταμὸς δὲ ὁ ῥύμος* (vel *ὄρυμος*) *ῥέων.* in quo non tantum *ὀδρύσης* latebat, sed *ὀδρύσης* ὋC. Notissima de causa *δέ* et *ἐςι* locum inter se mutant.

Nimis formidolosus Kramerus plurimis locis certas emendationes in notis memorat et absurdissimas scripturas in textu retinet. Edidit pag. 552. *ἡ πολεμήσ*Αντας *μὲν ἦν δυνατὸν διαβαίνειν ἐκ τῶν τόπων τούτων — συμμαχήσ*Αντας *δ' ἀδύνατον;* Clamat sententia verum esse *πολεμήσ*Οντας *ad bellum gerendum* et *συμμαχήσ*Οντας *ad auxilium ferendum.* Auctor est Coraës ut ita legatur, „*idque sane arridet*" Kramero sed putidum vitium

intactum reliquit. Sciebat tamen in libris omnibus — *σοντες* et — *σαντες* praeter auctoris sententiam aut contra dicendi leges perpetuo confundi.

Eiusdem rei insigne exemplum est pag. 515. *νεωτερισθέντων δὲ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου διὰ τὸ πρὸς* ʼΑΛΛΗΛΟΙC *εἶναι τοὺς τῆς Συρίας καὶ τῆς Μηδίας βασιλέας.* Verum vidit, ut solet, Tyrwhitt emendans: *διὰ τὸ πρὸς* ʺΑΛΛΟΙC *εἶναι*, quod Kramero „*magnopere arridet,*" sed tamen absurdum *ἀλλήλοις* fideliter retinet. Poterat tamen meminisse haec quoque sexcenties in libris inter se permisceri *ἄλλων* — *ἀλλήλων*, *ἄλλοις* — *ἀλλήλοις.* Simillimus locus legitur pag. 669. *πρὸς ἑτέροις δ' ὄντες τοῖς ἐγγυτέρω* — *οὐχ οἷοί τ' ἦσαν τὰ ἀπωτέρω σκοπεῖν.* et pag. 456. *πρὸς ἄλλοις μείζοσιν ὧν κατέλυσε τὸν βίον.*

Tertium addo pag. 581. *erat* (inquit) *patrum nostrorum memoria Smyrnae nobilis schola medicorum, νῦν δ' οὐχ ὁμοίω*C TI *συμβαίνει.* Felicissime Coraës: *οὐχ ὁμοίως* ʺЄΤΙ *συμ*MЄ*νει.* *Συμβαίνει* et *συμμένει* etiam alibi non raro, apud Strabonem quoque, confusa reperiuntur, ut pag. 593. *συμμεῖναι* — *συμβῆναι.* pag. 595 *συμμένουσιν* — *συμβαίνουσιν.*

Propria verba sunt in tali re *συμμένει* et *ἔτι συμμένει* et apud alios et apud Strabonem veluti pag 300. *καὶ νῦν ἔτι συμμένει.* et pag. 646. *τὸ νῦν ἔτι συμμένον.* et pag. 388. *ἔτι μετρίως συμμένει*, et aliis locis. Tamen certa emendatio non est recepta. *Laudatur et alget.*

Strabo pag. 553. (Homerus) *καὶ ἄλλως* ʼЄ*πιφόρως ἔχων πρὸς τὸ τοῖς ποταμοῖς ἀφορίζεσθαι τοὺς τόπους.* Duae literulae exciderunt: Strabo enim ЄΥ*επιφόρως* dixerat. Frequentissimum est *εὐεπίφορον εἶναι* et *εὐεπιφόρως ἔχειν* de eo qui quid lubenter ac saepe dicere aut facere solet. Iterum de Homero dicit pag. 28. *εὐεπιφόρως ἔχει.* Saepe vidi scribas sic errantes in Scholiis Venetis ad Iliadem.

Pag. 555. *τὴν μὲν οὖν μικρὰν ʼΑρμενίαν ἄλλοτ' ἄλλων ἐχόντων* ʽΩC *ἐβούλοντο ʽΡωμαῖοι* imo vero quos *Romani volebant*, ΟΥC *ἐβούλοντο ʽΡωμαῖοι.* ut pag. 398. *τυράννους αὐτοῖς κατέστησαν* ΟΥC *ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο.* et pag. 312. *ὑπὸ τοῖς τῶν Βοσποριανῶν βασιλεῦσιν*, ΟΥC *ἂν ʽΡωμαῖοι καταστήσωσιν ἅπαντά ἐστιν.*

Pag. 563. *οὗτος δ' ἐςὶν ὁ Προυσίας ὁ καὶ 'Αννίβαν δεξάμενος — καὶ τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας 'ΑΝΑςὰς κατὰ συμβάσεις τοῖς 'Ατταλικοῖς.* Haerent in *ἀναςὰς* reponentes *ἀνάςασιν* et alia *ἀπροσδιόνυσα.* Erat tamen facillimus locus ad emendandum. Prusias Phrygiam ad Hellespontum Eumeni ex foedere *concessit.* Igitur verum est *τῆς Φρυγίας 'ΑΠΟςὰς τοῖς 'Ατταλικοῖς.* cf. Polyb. XXII. 27.

Strabo pag. 565. *γεγονότος ἑτέρου τινὸς μερισμοῦ τῆς χώρας, οὗ μᾶλλον Φροντίσαι δεῖ τὰ νῦν* ΟΙΕΤΑΙ *λέγοντας, τῇ δὲ ἀρχαιολογίᾳ μετρίως προσέχοντας.* Receptam olim oportuit certam Corais emendationem *τὰ νῦν* "ΟΝΤΑ *λέγοντας.* Cf. pag. 574. *ὅ τι δ' ἂν διαΦύγῃ τῆς παλαιᾶς ἱςορίας τοῦτο μὲν ἐατέον — τὰ δὲ* ΝΥΝ "ΟΝΤΑ *λεκτέον.* et pag. 465. *ἡμεῖς δέ, Φησὶ* (Polybius), *τὰ νῦν ὄντα δηλώσομεν.* et sic saepius alibi.

Strabonis Codices, quibus hodie utimur, manarunt ex vetere libro, in quo homo multarum literarum margines opplevit annotationibus non ineruditis aut poëtarum locos apponens aut dicta memorabilia, quae ipsi Strabonem lectitanti in mentem venirent. Haec omnia quamquam a Strabonis sententia non abhorrent, tamen saepius non satis apte cum reliquorum verborum compositione coëunt, aut alioquin orationis cursum impediunt, aut moleste interrumpunt. Multa de genere hoc veteres Editores notaverunt, complura Kramerus deprehendit, plura etiam Meinekius confixit, sed supersunt etiam alia perinde spuria et insiticia eodem iure damnanda et expungenda.

Pag. 588. Strabo commemorat *τὴν Νέμεσιν*, quam *'Αδράςειαν* appellabant. Adscriptum fuit in margine: *'Αντίμαχος δ' οὕτω Φησίν·*

> *ἔςι δέ τις Νέμεσις μεγάλη θεὸς, ἣ τάδε πάντα*
> *πρὸς μακάρων ἔλαχεν· βωμὸν δέ οἱ εἵσατο πρῶτος*
> *"Αδρηςος ποταμοῖο παρὰ ῥόον Αἰσήποιο,*
> *ἔνθα τετίμηταί τε καὶ 'Αδρήςεια καλεῖται.*

descripta haec sunt ex Harpocratione vs. *'Αδράςεια.*

Pag. 636. ubi Strabo dixerat: *ἐκ Πριήνης δ' ἦν Βίας εἷς τῶν ἑπτὰ σοΦῶν*

in margine est olim additum ex Diogene Laërtio I. 5. 3. περὶ οὗ φησὶν οὕτως Ἱππῶναξ·

καὶ δικάσσασθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρέσσων.

ubi melius sic scribetur:

καὶ δικάΖΕσθαι Βίαντος τοῦ ΠριηνέΟC κρέσσΟΝ.

Pag. 638. Καλλίμαχος δὲ τοὐναντίον ἐμφαίνει δι' ἐπιγράμματός ΤΙΝΟC, ὡς ἐκείνου μὲν ποιήσαντος, λεγομένου δ' Ὁμήρου διὰ τὴν λεγομένην ξενίαν.

[τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
δεξαμένου· κλαίω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθεν,
καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.]

Perspicuum est epigramma a seriore manu adiectum esse ex verbis δι' ἐπιγράμματός τ ι ν ο ς, quod sic indicare satis habuit. Est autem epigramma notum et obvium.

Eiusdemmodi emblema adhuc latuit pag. 642. ubi enumerantur clari viri, quos Ephesus tulit. Strabo dixerat: Ἡράκλειτός τε ὁ σκοτεινὸς καλούμενος καὶ Ἑρμόδωρος· δοκεῖ δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι. Addidit his annotator ex Diogene Laërtio IX. 1. 2. περὶ οὗ ὁ αὐτὸς οὗτος (Ἡράκλειτος, credo, adiecerat) φησίν· Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωυτῶν ὀνήϊστον ἐξέβαλον φάντες ἡμέων μηδεὶς ὀνήϊστος ἔστω, εἰ δὲ μή, ἄλλῃ τε καὶ μετ' ἄλλων, quae post Ἑρμόδωρος in textum irrepserunt.

Qui margines sui Strabonis olim annotationibus non indoctis opplevit ad pag. 301. καὶ γὰρ θαλάττης ἁψάμενοι χείρους γεγόνασιν adscripsit haec: καὶ Πλάτων δὲ ἐν τῇ Πολιτείᾳ τὴν θάλατταν ὡς πονηροδιδάσκαλον φεύγειν οἴεται δεῖν ὅτι πορρωτάτω τοὺς εὖ πολιτευσομένους καὶ μὴ οἰκεῖν ἐπ' αὐτῇ. Haec annotatiuncula inter duos versuum series (columnas appellant) media inserta scribarum errore recepta est in textum, sed novo errore quum ad columnam sinistram pertineret in columnam dextram loco alienissimo irrepsit. Hinc quodammodo coniectura fieri potest quae fuerit vetusti libri forma, in quo primum hae animadversiones adiectae fuerunt.

Eiusdem lectoris observatio facile agnoscitur pag. 260. ubi Strabo dixerat: *εὐνομεῖσθαι γὰρ οὐ τοὺς ἐν τοῖς νόμοις ἅπαντα φυλαττομένους τὰ τῶν συκοφαντῶν, ἀλλὰ τοὺς ἐμμένοντας τοῖς ἁπλῶς κειμένοις*, et lector sedulus addidit: *τοῦτο δὲ καὶ Πλάτων εἴρηκεν ὅτι παρ' οἷς πλεῖςοι νόμοι καὶ δίκαι παρὰ τούτοις καὶ βίοι μοχθηροί, καθάπερ καὶ παρ' οἷς ἰατροὶ πολλοὶ καὶ νόσους εἰκὸς εἶναι πολλάς.*

De Iliensibus, ut scribit Strabo pag. 594. bene meruerunt Alexander et Caesar. Alexander *κατὰ τὴν συγγένειαν τὴν ἀπὸ τῶν Αἰακιδῶν τῶν ἐν Μολοττοῖς βασιλευσάντων παρ' οἷς καὶ τὴν Ἀνδρομάχην ἱςοροῦσι βασιλεῦσαι.* praeclarum profecto hoc est cognationis argumentum. *ὁ δὲ Καῖσαρ γνωριμώτ*ΑΤΑ *ἔχων τεκμήρια ἐπερράσθη πρὸς τὴν εὐεργεσίαν.* Verum vidit Casaubonus *γνωριμώ*ΤΕΡΑ reponens nempe *γνωριμώτερα* quam Alexander. Non erat Strabo tam stultus ut huiuscemodi rei *τεκμήρια γνωριμώτατα* esse diceret.

De novo Ilio scribit pag. 594. *φησὶ Δημήτριος ὁ Σκήψιος μειράκιον ἐπιδημήσας εἰς τὴν πόλιν — ἰδεῖν κτέ.* ut Graeca sit oratio duas literas adde: *μειράκιον* ὮΝ *ἐπιδημήσας.* Non aliter in tali re dicitur quam *παῖς ὤν, ἔτι παῖς ὤν, νέος ὤν, γέρων ὤν* et sim. ut in *Pluto:*

ἐγὼ γὰρ ὢν μειράκιον ἠπείλησ' ὅτι κτέ.

Sed exempla sunt ubique locorum.

Pag. 594. *καυχωμένου δὴ (τοῦ Φιμβρία) ὅτι ἣν Ἀγαμέμνων πόλιν δεκάτῳ ἔτει μόλις εἷλε — ταύτην αὐτὸς ἑνδεκάτῃ ἡμέρᾳ χειρώσαιτο, εἶπέ τις τῶν Ἰλιέων·*

οὐ γὰρ ἦν Ἕκτωρ ὁ ὑπερμαχῶν τῆς πόλεως·

Periit iocus; lepidissime enim Iliensium aliquis verba Euripidis in suam rem verterat dicendo:

οὐ γὰρ ἦν Ἕκτωρ τάδε.

ex *Andromache* vs. 158.

οὐ γάρ ἐσθ' Ἕκτωρ τάδε.

Cf. *Nov. Lectt.* pag. 236.

Pag. 600. *τῷ μὲν ἀμφιβλήςρῳ περιέβαλε, τῇ τριαίνῃ δὲ καὶ*

τῷ ξιφιδίῳ "Επειρε καὶ ἀνεῖλεν. Legendum ΔΙέπειρε *transverberavit*, nisi forte τῷ ξίφΕΙ ΔΙέπειρε Strabo scripserat, sed omnino verbo composito opus est. Simplex πείρω Homericum est et eorum qui Homericam linguam imitantur.

Pag. 609. ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότΑ λΕγειν διὰ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. Leg. τὰ πολλὰ εἰκοτΟΛΟγεῖν, id est *incertas coniecturas sequi* in ea re quae certo sciri non possit; namque εἰκότα λέγειν est potius *probabilia dicere*.. Εἰκοτολογεῖν eo sensu passim legitur et apud alios et apud Strabonem, ut pag. 620. εἰκοτολογεῖν δ' ἐστὶ κἂν εἴ τις τὸν ἀκριβῆ ζητεῖ κατὰ τὸν ποιητὴν ὅρον μέχρι τίνος οἱ Κίλικες διέτεινον, quia id reperiri nequit.

Pag. 613. παρ' Αἰολεῦσι δὲ τοῖς ἐν 'Ασίᾳ μείς τις καλεῖται Πορνοπίων, οὕτω τοὺς πάρνοπας καλούντων Βοιωτῶν, καὶ θυσία συντελεῖται ΠορνοπίΩΝΙ 'Απόλλωνι. Certa analogia postulat ut Πορνοπιών scribatur, ut omnia mensium nomina in -ΙΩΝ exeuntia ὀξύνονται. Postulat eadem analogia ut Apollo non Πορνοπίων sed ΠορνόπιΟC dicatur. Itaque legendum ΠορνοπίΩΙ 'Απόλλωνι. Peperit errorem vicinum Πορνοπιών. Praeterea mirificum est in Strabonis verbis μείς τις pro μήν τις.

Barbarum est quod legitur pag. 622. ἐν τοῖς ὄμβροις ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπελθετέον. Nullo modo ex ὑπελθεῖν formari potest ὑπελθετέον. Strabo minime in dicendi usu est vitiorum expers, saepe aequalium συνήθειαν quantumvis vitiosam securus sequitur, ut in aliis ostendemus, sed neque ipse neque alius quisquam ἐλθετέον aut ὑπελθετέον sustinuisset dicere pro ἰτέον et ὑπιτέον.

Strabo. pag. 623. σκώπτεται δὲ καὶ ὁ "Εφορος διότι τῆς πατρίδος ἔργα οὐκ ἔχων φράζειν ἐν τῇ διαριθμήσει τῶν ἄλλων πράξεων οὐ μὴν οὐδ' "ΑΝ ἀμνημόνευτον αὐτὴν εἶναι θέλων οὕτως ἐπιφωνεῖ· „κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κυμαῖοι τὰς ἡσυχίας ἦγον." Editores "ΑΝ deleverunt, pessime. Erat enim in vetere libro: ΟΥΔΕΑΝ ἀμνημόνευτον, itaque legendum οὐδ' ἐᾶν ἀμνημόνευτον αὐτὴν θέλων, expuncto εἶναι, quod de suo addidit aliquis postquam ΟΥΔΕΑΝ in οὐδ' ἂν depravatum est.

Pag. 629. narrat Strabo Romanos nationes in Asia minore *μὴ κατὰ Φῦλα διελεῖν, ἀλλ' ἕτερον τρόπον διατάξαι τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίΟΥC ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας.* Quos Romani dicunt *conventus iuridicos*, Strabo *διοικήσεις* appellat. Itaque scripserat *αἷς τὰς ἀγορ*AC *ποιοῦνται*, non *τὰς ἀγοραίους*, *fora agunt.* Sine vitio scribitur pag. 237. *Φρέγελλαι — νῦν μὲν κώμη, πόλις δέ ποτε ἀξιόλογος καὶ τὰς πολλὰς τῶν ἄρτι λεχθεισῶν περιοικίδας πρότερον ἐσχηκυῖα, αἳ νῦν εἰς αὐτὴν συνέρχονται* 'ΑΓΟΡΑC *τε ποιούμεναι καὶ ἱεροποιΐας τινάς.*

Ποιεῖσθαι ἀγορὰς dicebant olim Athenienses, ut Hyperides apud Harpocrat. v *'Αγορά.* — „*οὗτοι πολλάκις ἀγορὰς ποιοῦνται.*" deinde quod Romanis est *fora agere* sic Graece dicitur et *ἄγειν ἀγοράς*, non *ἀγοραῖον* vel *ἀγοραίους ἄγειν*, nempe *ἡμέραν* vel *ἡμέρας*, ut vulgo creditur nihili grammaticis Suidae, Zonarae, similibus. Itaque in *Actis Apostolorum* XIX. 38. semper credidi veram lectionem hanc esse: *ἀγοραὶ ἄγονται καὶ ἀνθύπατοί εἰσιν*, non *ἀγοραῖοι ἄγονται*, et in epistola Servilii Galbae apud Iosephum A. I. XIV. 10. 21. *προσελθών μοι ἐν Τράλλεσιν ἄγοντι τὴν ἀγορ*AN, non *τὴν ἀγοραῖον.*

Ut passim in omnibus libris *περί* et *παρά* confunduntur propter siglas adeo inter se similes ut saepius non ex scriptura Codicis sed ex contexta oratione quid scriptum sit colligatur, sic *παραπλεῖν* et *περιπλεῖν* sexcenties inter se permutantur. Praeter loci sententiam editur pag. 632. *ὁ π*ΕΡΙ*πλους τῆς 'Ιωνίας*, et eximendum est idem vitium pag. 644 et 651.

In Mimnermi versiculis pag. 634.

'Ημεῖς αἰπύ τε Πύλον Νηλήϊον ἄστυ λιπόντες
ἱμερτὴν 'Ασίην νηυσὶν ἀφικόμεθα.

simplicissimum est emendare:

ἡμεῖς Δ' ΑΥΤΕ *Πύλον Νηλήϊον ἄστυ λιπόντες.*

quod his poëtis in tali re usu tritum est. Dixerat de aliis, quibus opponit: *'Ημεῖς δ' αὖτε κτέ.*

Pag. 644. *ὅταν δοκῇ τις Πράττειν δι' ἀπορρήτων.* Excidit vocula et scribendum: *ὅταν δοκῇ τίς* ΤΙ *πράττειν.* Nihil est hoc

errore in libris frequentius ut ante Π literae ΤΙ negligantur et pereant.

Strabo Theopompi, Ephori et aliorum exemplum secutus in Herodotum est iniquior et patrem historiae ut futilium fabularum narratorem acuto naso suspendit. Versari solitus in libris eorum, qui ex varia et diffusa lectione eruditissimi esse censebantur, Eratosthene, Polybio, Posidonio, aliis, nativam Herodoti simplicitatem et candorem fastidiose et contemtim habere solet. Ex Theopompo pag. 43. haec profert: *Θεόπομπός φησιν ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱςορίαις ἐρεῖ κρεῖττον ἢ ὡς Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.* Et ipse Strabo pag. 508. ita iudicat: *ῥᾷον δ' ἄν τις Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ πιςεύσειε καὶ τοῖς τραγικοῖς ποιηταῖς ἢ Κτησίᾳ τε καὶ Ἡροδότῳ καὶ Ἑλλανίκῳ καὶ ἄλλοις τοιούτοις.* Quae, malum, haec insania est Herodotum Ctesiae vano et mendaci homini aequiparare! Hinc saepe contumeliose scribit veluti pag. 818. *πολλὰ δ' Ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλοι φλυαροῦσιν.* et pag. 550. *Καλλιππίδας καὶ ἄλλα ὀνόματα, ἅπερ Ἑλλάνικός τε καὶ Ἡρόδοτος καὶ Εὔδοξος κατεφλυάρησαν ἡμῶν.* Erat haec olim pervulgata eruditorum opinio Herodoti fabulas et errores contemnentium et refutantium. Audi Flavium Iosephum *contra Apionem* I. 3 *περίεργος δ' ἂν εἴην — διδάσκων, τίνα τρόπον Ἔφορος μὲν Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείςοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ* ΠΑΝΤΕϹ.

Nihilominus Strabo permulta ex Herodoto sumta omisso eius nomine in rem suam convertit, aut ea quae soli Herodoto debentur (et absque illo fuisset ab omnibus nescirentur, *καὶ τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα ἂν ἐγένετο*) non ad ipsum auctorem refert, sed ad recentiores scriptores, qui sua ex Herodoto hauserant. Accipe exemplum. Strabo narrat pag. 635. *καί φησί γε Καλλισθένης ὑπ' Ἀθηναίων χιλίαις δραχμαῖς ζημιωθῆναι Φρύνιχον τὸν τραγικόν, διότι δρᾶμα ἐποίησε Μιλήτου ἅλωσιν ὑπὸ Δαρείου.* Nemo mortalium de ea re rescivisset unquam, nisi eam Herodotus ab oblivione vindicasset VI. 21. *Ἀθηναῖοι — ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν καὶ διδάξαντι ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον καὶ ἐζημίωσάν μιν ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήϊα κακὰ χιλίῃσι δραχμῇσι.* Huiuscemodi *διηγημάτια* aut aequalium sunt et

oculatorum testium aut certe a patribus, qui vidissent, accepta. Callisthenes igitur haud dubie haec ex Herodoti historiis non nominato auctore in librum suum transtulit.

Nonnumquam factum est ut historia ab Herodoto narrata in nonnullis formam mutaret et sic neque vera rei ratio neque verus auctor facile agnosceretur. Exemplum vide. Commemorat Strabo pag. 320. Apollinis oraculum editum iis qui Byzantium erant condituri: *τὸν Ἀπόλλωνά φασι τοῖς κτίσασι τὸ Βυζάντιον ὕϛερον μετὰ τὴν ὑπὸ Μεγαρέων Καλχηδόνος κτίσιν χρηϛηριαζομένοις προστάξαι ποιήσασθαι τὴν ἵδρυσιν ἀπεναντίον τῶν τυφλῶν, τυφλοὺς καλέσαντα τοὺς Καλχηδονίους ὅτι πρότερον πλεύσαντες εἰς τοὺς τόπους ἀφέντες τὴν πέραν κατασχεῖν τοσοῦτον πλοῦτον ἔχουσαν εἵλοντο τὴν λυπροτέραν.* Aliquanto veri similiora Herodotus memoriae prodidit IV. 144. *Μεγάβαζος — ἐπύθετο ἑπτακαίδεκα ἔτεσι πρότερον Καλχηδονίους κτίσαντας τὴν χώρην Βυζαντίων, πυθόμενος δὲ ἔφη Καλχηδονίους τοῦτον τὸν χρόνον τυγχάνειν ἐόντας τυφλούς· οὐ γὰρ ἂν τοῦ καλλίονος παρεόντος κτίζειν χώρου τὸν αἰσχίονα ἑλέσθαι. [εἰ μὴ ἦσαν τυφλοί.* putidum glossema dudum Herwerden expunxit]. Facile cernimus quo pacto ex Herodoti narratione nova fabula orta sit.

Utar autem hac observatione ut duos Strabonis locos ex Herodoto descriptos et vitio affectos ex annotatione Hemsterhusii MS. in integrum restituam. Editur pag. 638. narrata historia de Polycratis annulo, quae et ipsa soli Herodoto debetur, *πυθόμενον δὲ τοῦτο τὸν Αἰγυπτίων βασιλέΑ ΦΑCΙ μαντικῶς πως ἀποφθέγξασθαι ὡς ἐν βραχεῖ καταϛρέψει τὸν βίον εἰς οὐκ εὐτυχὲς τέλος ὁ τοσοῦτον ἐξηρμένος ταῖς εὐπραγίαις.*

In margine sui exempli adscripsit Hemsterhusius: „*L.* *Ἄμασιν. φασὶ orationem onerat.*" Sine controversia post *τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα* nomen regis desideratur et certa est magni viri emendatio. Herodotea haec omnia sunt ex III. 43. *ὁ Ἄμασις — ἔμαθε ὅτι οὐκ εὖ τελευτήσειν μέλλοι Πολυκράτης εὐτυχέων τὰ πάντα.*

Post pauca apud Strabonem legitur: *καὶ δὴ καὶ συμβῆναι τοῦτο. ληφθέντα γὰρ ἐξ ἀπάτης ὑπΟ ΤΟΥ σατράπου τῶν Περσων κρεμασθῆναι.* Adscribit Hemsterhusius: „*ὑπ' Ὀροίτου σατράπου τῶν Περσῶν. ita supplendum videtur.*" Haec quoque certa correctio est manifesti mendi; nam quid sibi vult articulus in

ὑπὸ τοῦ σατράπου τῶν Περσῶν. Sumsit Strabo historiam et satrapae nomen ex Herodoti libro III. 120 sqq.

Pag. 652. *δημοκηδεῖς δ' εἰσὶν οἱ Ῥόδιοι καίπερ οὐ δημοκρατούμενοι. — οἱ εὔποροι τοὺς ἐνδεεῖς ὑπολαμβάνουσιν ἔθει τινὶ πατρίῳ, λειτουργίαι τέ τινές εἰσιν ὀψωνιαζόμεν*OI. Haeret in hoc loco Editor, sed nihil inest difficultatis si Corais correctionem *ὀψωνιαζόμεν*AI receperis. Illa aetate nihil interest inter *ὀψώνια* et *μισθός*: itaque *λειτουργίαι ὀψωνιαζόμεναι* sunt *ἀνθ' ὧν μισθὸς ἐκ τοῦ δημοσίου δίδοται*, et sic rectissime additur: *ὥσθ' ἅμα τόν τε πένητα ἔχειν τὴν διατροφὴν καὶ τὴν πόλιν τῶν χρειῶν μὴ καθυστερεῖν.*

Pag. 660. *ἐκ τούτου δὲ* (Labienus) *ἐπὶ τὴν πόλιν* (Mylasa) *ὥρμησε* Є *τάγματα ἔχων ἤδη συντεταγμένα Ῥωμαίων τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ.* Interpres: „*cohortes secum instructas ducens Romanorum, qui in Asia erant.*" *Cohortes* a Strabone ubique constanter appellantur *σπεῖραι*, eademque constantia *τάγματα* ubique nominat *legiones*. ut pag. 167. *ἡ λοιπὴ* (Hispania) *ὑπὸ τῷ ὑπατικῷ ἡγεμόνι στρατιάν τε ἔχοντι ἀξιόλογον τριῶν που* ΤΑΓΜΑΤΩΝ *καὶ πρεσβευτὰς τρεῖς· ὧν ὁ μὲν δύο ἔχων τάγματα, παραφρουρεῖ τὴν πέραν τοῦ Δουρίου, — τὴν δ' ἑξῆς παρώρειον μέχρι Πυρήνης ὁ δεύτερος τῶν πρεσβευτῶν μετὰ τοῦ ἑτέρου τάγματος*, et sic ubique legiones Romanae *τάγματα* nominantur. Labienus, qui Syria potitus Ciliciam occupavit *καὶ τῆς Ἀσίας τὰς ἠπειρώτιδας πόλεις παρεστήσατο*, legato Antonii Planco ex Asia pulso, *πλὴν Στρατονικείας· τὰ μὲν πλεῖστα ἄνευ πολέμου, Μύλασα δὲ καὶ Ἀλάβανδα διὰ κινδύνων ἑλών*, teste Dione Cassio XLVIII. 26. tantas res gessit non „*cohortes instructas secum ducens*" sed legiones civium Romanorum ex Syria et Asia collectas. Itaque periit *numerus* legionum, quem in ultima litera aoristi *ὥρμησε*Є latere suspicor, ut Strabo scripserit: *ὥρμησε* Є̄ (*πέντε*) *τάγματα ἔχων.*

Pag. 667. — *οὐχ ὁμολογούμενα λέγουσιν Ὁμήρῳ· βελτί*ΟΥC *δ' οἱ φάσκοντες λέγεσθαι Σολύμους — τοὺς νῦν Μιλύας.* Leg. *βέλτι*ΟΝ. vid. ad pag. 7. Iterum sic erratum videbis pag. 696. *βελτί*ΟΥC *δ' οἱ τὸν ἥλιον αἰτιώμενοι καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ ἐπίκαυσιν.*

Quemadmodum tam saepe Strabo scribit: ὁ δὲ Πολύβιος οὐκ εὖ, vel οὐκ εὖ δὲ ὁ Ποσειδώνιος, et sim. sic in comparativo dicit: βέλτΙΟΝ δ' οἱ τὸν ἥλιον αἰτιώμενοι.

De praedonibus impune grassantibus scribit Strabo pag. 669. *Favebant iis* (inquit) *Cypri et Aegypti reges*, *favebant Rhodii*, ἅμα δὲ καὶ οἱ λῃσταὶ προσποιούμενοι σωματεμπορεῖν ἄΛΥτον τὴν κακουργίαν εἶχον. Non est sanum ἄλυτον, et a correctoribus frustra tentatum. Periisse syllabam suspicor et legendum ἀ-ΚΩλυτον. Proprium enim est κωλύειν de iis, qui alicuius iniuriis eunt obviam.

Strabo pag. 671. Ἁλόντος δὲ τοῦ ὄρους τοῦ Ἰσαυρικοῦ ἐνέπρησεν ἑαυτὸν πανοίκιον. Editores de suo ὑπό addiderunt ὑπὸ τοῦ Ἰσαυρικοῦ. Multo lenius et simplicius corrigendum: Ἑλόντος δὲ ΤΟ ὄρΟC τοῦ Ἰσαυρικοῦ, et in fine πανοικὶ pro πανοίκιον. Accentus gravis, ut saepissime alibi, visus est syllabae — ον compendium.

Pag. 674. ἡ εὐχέρεια ἡ ἐπιπολάζουσα παρὰ τοῖς Ταρσεῦσιν ὥστ' ἀ π α ύ σ τ ω ς σχεδιάζειν παραχρῆμα πρὸς τὴν δεδομένην ὑπόθεσιν. Nemo in garrulorum numero est tam loquax ut *sine fine* (ἀπαύστως) verba ex tempore fundat. Coraës a vera lectione non multum aberravit ἀπαυτοσχεδιάζειν reponens. Sed ἈΠαυτοσχεδιάζειν non modo inauditum est, sed habet etiam praepositionem inutilem et ineptam. Rectissime contra dicetur: ὥστ' ΑΥΤΟσχεδιάζειν παραχρῆμα κτέ.

Pag. 674. καὶ δὴ καὶ γυμνασιαρχίαν ὑποσχόμενος Ταρσεῦσιν (Antonius) τοῦτον (Boëthum) ἀντιγυμνασίαρχον κατέστησε καὶ τὰ ἀναλώματα ἐπίστευσεν αὐτῷ. Iam olim Codicum quorumdam correctores veteres de suo substituerunt ἀντὶ γυμνασιάρχΟΥ, idque Kramerus recepit. Iniuria, ut opinor. Antonius Tarsensibus ὑπέσχετο γυμνασιαρχίαν sive (quod perinde est) ὑπέσχετο γυμνασιαρχήσειν. Pollicitus est se eo munere functurum ac nummos de suo daturum. Proficiscens constituit ut sua vice Boëthus fungeretur eique nummos concredidit. Boëthus igitur

non erat *ἀντὶ γυμνασιάρχου* (*ἐγυμνασιάρχει γάρ*), sed *ἀντιγυμνασίαρχος*, quia absentis Antonii vicarium agebat.

Pag. 676. *καθ' ἡμᾶς δὲ κατέστη κύριος πάντων ἀνὴρ ἀξιόλογ*ΟC *καὶ βασιλεὺς ὑπὸ Ῥωμαίων ὠνομάσθη.* Repetita syllaba scribendum: *ἀξιόλογος* ὍC *καὶ βασιλεύς κτἑ.* *Βασιλεὺς ὠνομάσθη* Latinum magis quam Graecum est: *rex appellatus est* ex Scto.

Pag. 679. *οἱ οὖν* Ἐπ' *Ἀντιπάτρῳ τῷ Δερβήτῃ* (*Κίλικες*) — *τίνα λάβωσι τάξιν*; Loquendi usus et rei natura suadent ut Ὑπ' *Ἀντιπάτρῳ* reponamus. Vidimus supra *Βακτριανὴν τὴν ὑπὸ Στασάνορι* et *οἱ ὑπ' Ἀμύντᾳ γενόμενοι*, et saepius *οἱ ὑπὸ Ῥωμαίοις* et multa sim. Eadem opera corrige pag. 661. *οἱ Κᾶρες ὑπὸ* ΜίνΩΙ *ἐτάττοντο* pro *Μίνω*.

Pag. 680. *ὁ δὲ Πριάμου* (*πλοῦτος ἐγένετο*) *ἐκ τῶν ἐν Ἀστύροις περὶ Ἄβυδον χρυσείων, ὧν καὶ νῦν ἔτι μικρὰ λείπεται, πολλὴ δ' ἡ ἐκβολ*Η *καὶ τὰ ὀρύγματα σημεῖα τῆς πάλαι μεταλλείας.* Pro *ἡ ἐκβολή* reponendum est nomen in ea re proprium, quod ad hunc usque diem Athenienses retinent, (nisi forte est ab erudito aliquo ex Strabone recoctum) *ἡ ἐκβολ*AC. Audi Strabonem pag. 399. de metallis Laureoticis ita dicentem: *νυνὶ δ' ἐκλείπει· καὶ δὴ καὶ οἱ ἐργαζόμενοι τῆς μεταλλείας ἀσθενῶς ὑπακουούσης τὴν παλαιὰν* ἘΚΒΟΛΑΔΑ *καὶ σκωρίαν ἀναχωνεύοντες εὕρισκον ἔτι ἐξ αὐτῆς ἀποκαθαιρόμενον ἀργύριον τῶν ἀρχαίων ἀπείρως καμινευόντων.* Ne hi quidem ex scoria omne argentum excoxerunt, unde nostra memoria *ἡ παλαιὰ ἐκβολάς* hominibus industriis et *τῆς μεταλλείας* peritis novas divitias attulit.

Strabo pag. 684. *Πόπλιος Κλαύδιος Ποῦλχερ ἐμπεσὼν εἰς τὰ λῃστήρια λύτρον αἰτούμενος ἐπέστειλε τῷ βασιλεῖ δεόμενος πέμψαι καὶ* Ῥ*ύσασθαι αὐτόν.* Non hoc petebat Clodius, sed ut se a praedonibus *redimeret:* igitur Λ*ύσασθαι αὐτόν.*

Nonnumquam in locis ubi vetustus liber, unde nostri omnes manarunt, perrosus erat aut alioquin vetustate corruptus, unum et alterum vocabulum periit, ut pag. 713. *τοὺς μὲν ἐντιμοτάτους* (*τῶν Γαρμάνων* in India) Ὑ*λοβίους φησὶν* (Megasthenes)

ὀνομάζεσθαι ζῶντας ἐν ταῖς ὕλαις ἀπὸ φύλλων καὶ καρπῶν ἀγρίων, * ἐσθῆτος φλοιῶν δενδρείων ἀφροδισίων χωρὶς καὶ οἴνου. Suppleverim: (ἔχοντας) ἐσθῆτΑC (ἐκ) φλοιῶν δενδρείων.

Similiter pag. 714. ὅσα δοκεῖ πρὸς εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα. Sententia non est absoluta: addendum: ὅσα δοκεῖ (ὠφελεῖν) πρὸς εὐσέβειαν, ut apud Aristophanem:

τί δέ μ' ὠφελήσουσ' οἱ ῥυθμοὶ πρὸς τἄλφιτα;

Pag. 714. narrat Strabo duos Indorum sophistas (Brachmanas) παρερχομένους πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου τράπεζαν παραςάντας δειπνεῖν. [καὶ] καρτερίαν διδάσκειν παραχωροῦντας εἴς τινα τόπον πλησίον, ὅπου τὸν μὲν πρεσβύτερον πεσόντα ὕπτιον ἀνέχεσθαι τῶν ἡλίων, — τὸν δ' ἑςάναι μονοσκελῆ ξύλον ἐπηρμένον ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶν ὅσον τρίπηχυ. In his καὶ ante καρτερίαν διδάσκειν Coraës addidit infeliciter admodum. Vitium est enim in διδάσκειν. Scriptum erat ΚΑΡΤΕΡΙΑΝΔΑCΚΕΙΝ et futilis corrector καρτερίαν ΔΙδάσκειν substituit, quum esset καρτερίαν Δ' Ἀσκεῖν. Nemo in re tam simplici, credo, testes dari postulabit; producam tamen unum, cui erit necesse credere, Strabonem ipsum pag. 719. τοὺς δὲ γυμνήτας (Leg. γυμνῆτας) κατὰ τοὔνομα γυμνοὺς διαζῆν — ΚΑΡΤΕΡΙΑΝ ἈCΚΟΥΝΤΑC, ἣν ἔφαμεν πρότερον, nempe hoc ipso loco, quo de agimus. Simillimus huic locus est pag. 713. ἀσκεῖν δὲ καὶ τούτους κἀκείνους καρτερίαν.

Apud Strabonem pag. 718. Alexander Mandanin Indum vocat ad sese proposito si venerit praemio, sin minus supplicio. Respondet μήτε αὑτῷ δεῖν τῶν παρ' ἐκείνου δωρεῶν, ὧν οὐδεὶς κόρος, μήτε δ' ἀπειλῆς εἶναι φόβον ᾧ ζῶντι μὲν ἀρκοῦσα εἴη τροφὸς ἡ Ἰνδική, ἀποθανὼν δὲ ἀπαλλάξΑΙΤΟ τῆς τετρυχωμένης ἈΠΟ γήρως σαρκός. Barbarum est ἀπαλλάξαιτο pro ἀπαλλαγείη. Bonum factum quod rei natura *futurum* postulat ἀπαλλάξΟΙΤΟ.

Praeterea scribe ῾ΥΠΟ γήρως pro ἀπό. Sexcenti apud Strabonem loci hoc vitio infecti adhuc inemendati circumferuntur.

Pag. 725. — ἀπεργαζομένων — ἀχλὺν ὥςε τὰ πρὸ ποδῶν [μέρη] μὴ ὁρᾶσθαι. Expunge μέρη, quod plane sensu cassum est. In simili re τὰ πρὸ ποδῶν dicebant omnes.

Quod ante pedes nemo spectat, coeli scrutantur plagas.

Pag. 726. *καὶ γὰρ αὐτῷ καὶ τοῖς συνεκβᾶσιν ὁ αὐτὸς ὑπάρξαι* ἌΝ *φθόρος*. Kramer.: „*ἂν om. Codd. exc.* moz, *in quibus de coniectura est additum.*" Ἂν abesse non potest, sed illo loco poni non potuit. In qua enim sententia *γάρ* et *ἄν* coniunguntur, *ἄν semper* post *γάρ* collocatur. Saepissime autem post *γάρ* omittitur in libris *ἄν*, etiam apud poëtas iugulato metro et manca sententia.

Pag. 729. *ἔστι δὲ καὶ* Κῦρος *ποταμὸς ῥέων* ΠΕΡΙ *Πασαργάδας*, dixerat, ut opinor, ΠΑΡΑ *Πασαργάδας*. Etiam aliis locis apud Strabonem vitiose dicitur fluvius urbem *circum*fluere pro *praeter*fluere (*περί* pro *παρά*).

Pag. 730. Μάγων *σίτΙσιν λαμβανόντων καθ' ἡμέραν πρόβατον*. quoniam anseres et aliae volucres *σιτίζονται*, sed sacerdotes *σιτοῦνται*, corrigendum *σίτΗσιν*.

Raro vidi feliciorem emendationem quam qua Madvigius pag. 136. in integrum restituit locum Strabonis pag. 731. ubi enumerat *πάντα τὰ ἐν τῇ Περσίδι χρήματα* praedam Alexandri: *Φασὶ δὲ χωρὶς τῶν ἐν* Βαβυλῶνι *καὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν περὶ* ΤΑΥΤΑ ΜΗ *ληφθέντων αὐτὰ τὰ ἐν* Σούσοις — *τέτταρας μυριάδας ταλάντων ἐξετασθῆναι*. Felicissime repperit Strabonis manum, quae haec est: *τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ* ΤΩΙ *περὶ* ΓΑΥΓΑΜΗΛΑ *ληφθέντων*. cf. pag. 737. Γαυγάμηλα *κώμη, ἐν ᾗ συνέβη νικηθῆναι καὶ ἀποβαλεῖν τὴν ἀρχὴν* Δαρεῖον, et addit: *οἱ μέντοι* Μακεδόνες *περὶ* Ἄρβηλα *τὴν μάχην κατεφήμισαν*.

Non minus certa et felix est eiusdem correctio loci pag. 831. ubi de Caesaris victoria in bello Africano sermo est: *πρὸς αἷς* (*πόλεσι*) *κατεπολέμησε* Καῖσαρ Σκιπίωνα *ὁ θεὸς πρὸς* Ῥουσπίνῳ *μὲν πρῶτον νικῶν* — *εἶτα πρὸς* Θάψῳ *καὶ τῇ πλησίον λίμνῃ καὶ ταῖς* ἍΛλαις. Ex scriptore *de bello Afric.* „*erat stagnum salinarum*" optime correxit *καὶ ταῖς* Ἅλαις. Sed in eodem loco et alterum mendum adhuc latet. Quae est autem ea verborum compositio: *κατεπολέμησε* Καῖσαρ Σκιπίωνα *ὁ θεός*. Poteratne ineptiore sede *ὁ θεός* collocari? Non tamen transponenda verba sunt, sed *ὁ θεός* delendum.

Nimis saepe Καῖσαρ *ὁ θεός* apud Strabonem legitur (quod

etiam foedius aliquanto est et dementius quam *Divus Iulius*) sed iis locis quibus necesse erat Divum Iulium ab Augusto distinguere, ubi hic *Καῖσαρ ὁ Σεβαϛός* appellatur, ille *Καῖσαρ ὁ Θεός*, ut pag. 177. *ὁ θεὸς Καῖσαρ — ὁ δὲ Σεβαϛὸς Καῖσαρ.* et pag. 657. *ἀνάκειται τῷ θεῷ Καίσαρι τοῦ Σεβαϛοῦ ἀναθέντος.* *Ὁ θεὸς Καῖσαρ* et *Καῖσαρ ὁ θεός* apud Strabonem passim legitur, ut pag. 161 et 381 et 648 et 834. *ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ*, et pag. 193 et 199 et 298 et 594. *Καῖσαρ ὁ θεός.* et pag. 213. et 792. *ὁ θεὸς Καῖσαρ*, et pag. 193. *ὁ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν πόλεμος.* et pag 524. *Καίσαρι τῷ θεῷ γενόμενος Φίλος.* Tam nihil eos hoc dicendi genus offendebat ut Strabo pag. 646. non dubitaverit scribere: *Δολοβέλλας Τρεβώνιον ἀνεῖλεν ἕνα τῶν δολοφονησάντων Καίσαρα τὸν θεόν.* Quam esset absurdum *τὸν θεὸν δολοφονεῖν* nemo sentiebat. Saepe tamen C. Caesarem uno verbo *Καίσαρα* nominat, ut aliis locis Augustum dicit *Καίσαρα.* De Iulio Caesare pag. 160. *ἐλθεῖν Καίσαρα.* et pag. 180 et 191 et 194 *πρὸς Καίσαρα.* et pag. 205 *χρήματα Καίσαρος.*

In loco nostro expuncto *ὁ θεός* legendum: *κατεπολέμησε Καῖσαρ Σκιπίωνα πρὸς Ῥουσπίνῳ*, praesertim quum paullo ante legatur: *τελευταῖος δὲ ὁ πρὸς Σκιπίωνα Καίσαρι τῷ θεῷ συϛὰς (πόλεμος)*, ut ne potuerit quidem *ὁ θεός* intra tam paucos versus iterari. Plane idem mendum exime ex pag. 200. *δὶς δὲ διέβη Καῖσαρ εἰς τὴν νῆσον* (Britanniam) [*ὁ θεός*]. Quasi dubitari posset uter Caesar in Britanniam traiecerit. Praeterea inepto loco positum est.

Pag. 748. *Φραάτης τοσοῦτον ἐσπούδασε περὶ τὴν Φιλίαν τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαϛὸν ὥϛε καὶ τὰ τρόπαια ἔπεμψεν ἃ κατὰ Ῥωμαίων ἀνέϛησαν Παρθυαῖοι.* Solet Strabo sua repetere; iam ante dixerat pag. 288. *Παρθυαῖοι δὲ — τὰ τρόπαια ἔπεμψαν εἰς Ῥώμην, ἃ κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἀνέϛησάν ποτε.* Sed utrobique negligentius et minus perspicue scripsit. Melius Suetonius in *Aug.* 21: Parthi SIGNA MILITARIA *quae M. Crasso et M. Antonio ademerant reposcenti* (Augusto) *reddiderunt*, et Dio Cassius LIII. 33. *τὰ σημεῖα τὰ ϛρατιωτικὰ τὰ ἔν τε τῇ τοῦ Κράσσου καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμΦορᾷ ἁλόντα.* Non est alia res illis temporibus celebratior apud scriptores, in monumentis, in nummis, quam SIGNA RECEPTA. Vide quae plena manu Fabricius effudit

ad Dionem Cassium LIV. 8. Ergo fallitur Strabo scribens „*ut etiam* tropaea *remitteret quae Parthi de Romanis erexerant.*" Etiam in eo Strabo errat quod Phraätem narrat φιλίᾳ πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαςόν id fecisse. Veriora docebit Dio Cassius ll. ll.

Pag. 759. ὡς οὐκ ἂν ἔτι τολμήσΟντας κακουργεῖν διὰ τὴν αἰσχύνην τῆς ὄψεως. Soloeca oratio pro τολμήσΑντας. Quis nescit hoc genus mendi passim in Codicibus comparere? et sunt etiam quos ἄν cum futuro coniunctum minime offendat. Emendate scriptum est pag. 359. οὐκ ἂν ὑποσχόμενος. et pag. 641. οὐκ ἂν τολμήσΑντας.

Non est Graecum pag. 761. προσδοκᾶν δεῖν ἀγαθὸν παρὰ τοῦ θεοῦ, sed ἀγαθόν ΤΙ, quod sq. Π absorbsit.

Noto et frequenti errore confusa sunt τὰ παλαιά et τὰ πολλά pag. 777. οὐ λέγω δὲ τῶν ἐθνῶν τὰ ὀνόματα τὰ ΠΑΛΑΙΑ διὰ τὴν ἀδοξίαν καὶ ἅμα ἀτοπίαν τῆς ἐκφορᾶς αὐτῶν. Vides *nomina vetera* nihil facere ad rem. *Pleraque* nomina se omittere dicit: τὰ ὀνόματα τὰ ΠΟΛΛΑ.

Pag. 782. εὐθὺς δὲ καὶ τὴν πόλιν εἷλε καλουμένην Ἀσκᾶ ϹΥΛΛΗφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως. Pro absurdo συλληφθεῖσαν coniiciunt ἀπολειφθεῖσαν aut καταλειφθεῖσαν. Neutri horum locus est: si quis *urbe excedit eamque hosti relinquit* dicitur constanter ἘΚλείπειν τὴν πόλιν, quamobrem ἐκλειφθεῖσαν reponendum.

De infelici Aelii Galli, praefecti Augustalis, adversus Arabes expeditione scribens Strabo narrat pag. 782. quo pacto multis aerumnis in Aegyptum redierit. ἐπεραίωσε τὴν ςρατιὰν ἑνδεκαταῖος εἰς Μυὸς ὅρμον, εἶθ᾿ ὑπερθεὶς εἰς Κοπτὸν μετὰ τῶν ἈΩΝΗθῆναι δυναμένων κατῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. Frustra adhuc absurdum ὠνηθῆναι Critici tentaverunt. Coraës ὀνηθῆναι coniecit, Kramerus σωθῆναι, sed οὐδὲν ἡμᾶς ὤνησαν Natura rei affert lucem. Partem copiarum Alexandriam reduxit relictis in itinere τοῖς μὴ δυναμένοις — quid? an ὀνηθῆναι? an σωθῆναι? Sensu carent

haec omnia; sed reliquit *τοὺς* ΠΟΡΕΥ*θῆναι μὴ δυναμένους*, et hoc ipsum pro *ὠνηθῆναι* est reponendum.

Pag. 784. *περὶ τῶν Ἐρεμβῶν ἡ ζήτησις εἴτε τοὺς Τρωγλοδύτας ὑπονοητέον λέγεσθαι καθάπερ οἱ* ΤΗΝ *ἐτυμολογί*ΑΝ *βιαζόμενοι ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν ἐμβαίνειν — εἴτε τοὺς Ἄραβας.* Corrupit hunc locum Kramerus pro Codicum scriptura *τῇ ἐτυμολογίᾳ βιαζόμενοι* de suo substituens *τὴν ἐτυμολογίαν.* Straboni et Stoicis, qui in etymologiis saxa et durissima quaeque concoquebant, nihil de genere hoc *coactum* videbatur, sed eos dicit qui etymologia tamquam instrumento ad demonstrandum utebantur.

Pag. 794. *Ἀντώνιος — ἐπὶ τῷ ἄκρῳ κατεσκεύασε δίαιταν βασιλικὴν, ἣν Τιμώνιον προσηγόρευσεν. τοῦτο δ' ἔπραξε τὸ τελευταῖον ἡνίκ*Α ΠΡΟ*λειφθεὶς ὑπὸ τῶν Φίλων ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν.* Scrib. *Τιμών*Ε*ιον* et *ἡνίκ'* ἈΠΟ*λειφθεὶς ὑπὸ τῶν φίλων.*

Pag. 797. *τῶν δ' ἐπιχωρίων ἀρχόντων* (in Aegypto) *κατὰ πόλιν μὲν ὅ τε ἐξηγητής ἐστι — καὶ ὁ ὑπομνηματογράφος καὶ ὁ ἀρχιδικαστής.* Ad *ἀρχιδικαστής* adscripsit Hemsterhusius „*hic intelligendus in Manethone* I. 104."

Pag. 799. *εἶτα Ταπόσιρις — πανήγυριν δεχομένη μεγάλην. καὶ ἄλλη δ' ἐστὶ Ταπόσιρις ἐπέκεινα τῆς πόλεως ἱκανῶς· αὐτῆς δὲ πλησίον πετρῶδες ἐπὶ τῇ θαλάττῃ χωρίον καὶ αὐτὸ δεχόμενον πολλοὺς τοὺς* ἈΚΜΑ*ζοντας ἅπασαν ὥραν ἔτους.* Pro absurdo *ἀκμάζοντας* recepta est infelix Tyrwithii coniectura *κωμάζοντας.* Rem acu tetigit Hemsterhusius in annotatione Ms. reponens *ἀκ*Τ*άζοντας* id est *ἐν ἀκτῇ εὐωχουμένους.* Hesychius v. *Ἀκτή*: — *οἶδε δὲ καὶ ἄλλο τι ἡ συνήθεια καλούμενον ἀκτήν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος οἶμαι τοῖς πλωϊζομένοις λαβοῦσα. ἐκεῖνοί τε γὰρ εἰς τοὺς τοιούτους τῶν τόπων ἀποβάντες ἑστιῶνται, αὕτη τε τοὺς ἐπ' εὐωχίαις ἀφωρισμένους τόπους ἀκτὰς καλεῖ κἂν τύχωσι μὴ παραθαλάσσιοι ὄντες.* Cui non nota *acta* Verris? Hinc igitur *ἀκτάζειν* dicebatur. Plutarchus Symposiac. IV. 4. 8. *τί δ' οἱ πολλοὶ βούλονται πρὸς θεῶν ὅταν ἡδέως γενέσθαι παρακαλοῦντες ἀλλήλους λέγωσι „σήμερον ἀκτάσωμεν;" οὐχὶ τὸ παρ' ἀκτῇ δεῖπνον ἥδιστον ἀποφαίνουσιν;* Conf. Casaub. ad Athenaeum pag. 846. ubi

dicitur Ptolemaeus Philadelphus quum aeger decumberet ex alta regia prospexisse in plebeculam *ἀκτάζουσαν* et exclamasse: *ὦ τάλας ἐγώ, τὸ μὴ ἐμὲ τούτων ἕνα γενέσθαι.*

Habemus igitur ex certa Hemsterhusii emendatione verbi rarissimi novum exemplum.

Pag. 800. *τινὲς τῶν τὰς προσόδους ἐπεκτείνειν βουλομένων μετήνεγκαν τὴν Ἰουδαϊκὴν* ἘΝ*τρέχειαν, ἣν ἐκεῖνοι παρεῦρον ἐπὶ τοῦ Φοίνικος. — οὐ γὰρ ἐῶσι πολλαχοῦ φύεσθαι, τῇ δὲ σπάνει τιμὴν ἐπιτιθέντες τὴν πρόσοδον οὕτως αὔξουσι, τὴν δὲ κοινὴν χρείαν διαλυμαίνονται.* Mendosum est *ἐντρέχειαν*, quoniam *ἐντρεχεῖς* sumus omnes aut esse debemus et Strabo manifesto *improbum facinus* Iudaicum indignabundus reprehendit. Lege *τὴν Ἰουδαϊκὴν* ΚΑΚ*εντρέχειαν.* cf. pag. 301. *ἀπλουστάτους γὰρ αὐτοὺς* (Scythas) *νομίζομεν καὶ ἥκιστα κακεντρεχεῖς.*

Pag. 813. *πολλὰ δ' εἰρηκότες περὶ τοῦ Ἄμμωνος τοσοῦτον* ΕΙ*πεῖν βουλόμεθα*, sententia postulat ut Ἐ*Π*ει*πεῖν* corrigatur, *addere dictis.*

Post pauca pag. 814 supple: (*γενέσθαι δὲ*) *οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς — τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων.*

Pag. 819. *σημεῖον δέ· τρισὶ* ΓΟΥΝ *σπείραις οὐδὲ ταύταις ἐντελέσιν ἱκανῶς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἡ χώρα φρουρεῖται.* Certa et perpetua dicendi consuetudo postulat ut *γάρ* pro *γοῦν* rescribatur. Ubicumque enim praecedit *σημεῖον δέ* vel *τεκμήριον δέ* vel *μαρτύριον δέ* constanter *γάρ* sequitur. Strabo pag. 304. *τῆς δ' εὐπειθείας σημεῖον· ἐπείσθησαν* ΓΑΡ *ἐκκόψαι τὴν ἄμπελον.*

Pag. 828. *μικρὸν μὲν οὖν πρὸ ἡμῶν οἱ περὶ Βόγον βασιλεῖς καὶ Βόκχον κατεῖχον αὐτὴν* (Mauritaniam) *φίλοι Ῥωμαίων ὄντες. ἐκλιπόντων δὲ τούτων Ἰούβας παρέλαβε τὴν ἀρχήν. Βόγος* a scriptoribus Romanis BOGUD appellari solet, et multi Mauritaniae reges eius nominis fuerunt. Strabo pag. 100 ex Posidonio: *σωθέντα δὲ εἰς τὴν Μαυρουσίαν — κομισθῆναι πρὸς τὸν Βόγον.* et pag. 359. *Ἀγρίππας τὸν τῶν Μαυρουσίων βασιλέα — Βόγον — διέφθειρεν.*

Praeterea pro Ἰούβας ubique Ἰόβας reponendum, ut et Νομᾶς pro Νουμᾶς.

Bogud a Dione Cassio Βογούας nominatur, ut 41. 42. πρὸς τοῦ Καίσαρος — ὅ τε Βόκχος καὶ ὁ Βογούας βασιλεῖς — ὠνομάσθησαν. Bocchus rex erat Mauritaniae Caesariensis, Bogud Tingitanae, quae et Bogudiana dicebatur. Plin. H. N. V. 2. De Bogude ab Agrippa occiso in bello Actiaco scribit Dio 50. 11. ὁ Ἀγρίππας τὴν Μεθώνην (in littore Messeniae) ἐκ προσβολῆς λαβὼν τὸν Βογούαν ἐν αὐτῇ ἔκτεινεν.

Pag. 833. καὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτος (Masinissa) ἐστὶν ὁ τοὺς Νομάδας πολιτικοὺς κατασκευάσας καὶ γεωργούς, ἔτι δ' ἀντὶ τοῦ ΛΗΙCΤΕΥΕΙΝ διδάξας στρατεύειν. Ἴδιον γάρ τι τοῖς ἀνθρώποις συνέβη τούτοις· χώραν γὰρ οἰκοῦντες εὐδαίμονα πλὴν τοῦ θηρίοις πλεονάζειν ἐάσαντες ἐκΦΕΡΕΙΝ ταῦτα καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετ' ἀδείας ἐπ' ΑΛΛΗΛΟΙC ἐτρέποντο, τὴν δὲ γῆν τοῖς θηρίοις ἀφεῖσαν. Primum manifesto mendosum est ἐκφέρειν τὰ θηρία, sed loci sententia et palaeographia facili negotio veram lectionem patefacient. Sententia requirit *exscindere*, *extirpare*, *funditus delere*. Codicum usus docet sexcenties φέρειν et φθείρειν confundi. Itaque Strabo dixit ἐκΦΘΕΙρειν ταῦτα. Strabo saepissime eo verbo in tali re utitur, veluti pag. 814. πάντα τρόπον (crocodilum) ἐκφθείρουσιν. Sed superest alterum mendum. Quid est ἐπ' ἀλλήλοις ἐτρέποντο? Dixisset saltem ἐπ' ἀλλήλους. Sed ἐπ' ἀλλήλους τρέπεσθαι ab hoc loco alienissimum est: dicitur enim de iis, qui antea coniuncti orta discordia *inter se saeviunt*, ut in bello civili. Vide contra quid sententia loci diserte requirat. *Numidae* (inquit) *ante Masinissam latrocinia exercebant et eos Masinissa docuit* στρατεύειν ἀντὶ τοῦ λῃστεύειν. Tum singulare quoddam his hominibus evenisse narrat. Quid autem? *Quum haberent agros fertilissimos sed a feris infestatos, quum feras exscindere et agros tuto colere debuissent, maluerunt* – – –? *et agros feris relinquere.* Quid deest? Quid facere maluerunt? Perspicuum id quidem est, nempe λῃστεύειν: et hoc ipsum est in his singulare (ἴδιον), quoniam latrocinari illi tantum solebant quos ager suus non satis alebat et stimulabat inopia et fames.

Itaque sententia ipsa ducit ad hanc lectionem: ἐάσαντες ἐκφθείρειν ταῦτα καὶ τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετ' ἀδείας ʿΕΠΙ

ΛΗΙCΤЄΙΑΝ ἐτρΑποντο, τὴν δὲ γῆν τοῖς θηρίοις ἀφεῖσαν. Duplex est in his oppositio: verbis ἐκφθείρειν ταῦτα respondet: τὴν γῆν τοῖς θηρίοις ἀφεῖσαν, et verbis τὴν γῆν ἐργάζεσθαι μετ' ἀδείας opponitur ἐπὶ λῃστείαν ἐτράποντο.

Ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι familiaris Straboni locutio est, ut πρὸς γεωργίαν τραπέσθαι, vide supra ad pag. 150.

Ἐτράποντο pro ἐτρέποντο necessarium est propter συνέβη et ἀφεῖσαν.

Continuo sequitur: οὕτω δ' αὐτοῖς συνέβαινε πλάνητα καὶ μετανάστην βίον ζῆν μηδὲν ἧττον τῶν ὑπ' ἀπορίας καὶ λυπρότητος τόπων ἢ ἀέρων εἰς τοῦτΟ περιεσταμένων ΤΩΝ βίΩΝ, ὥστε καὶ ἴδιον τοῦθ' εὑρίσκεσθαι τοὔνομα τοὺς Μασαισυλίους. καλοῦνται γὰρ ΝΟΜΑΔЄC (*Numidae*).

In his μετανάστης est in eorum vocabulorum numero, quae sequiores scriptores ex Homero recoxerunt. Sic solet Strabo *equites* non ἱππέας appellare, sed ἱππότας. Sic μετανάστης (ex μεταναίω formatum), quo *semel* Homerus usus est in notissimo loco:

ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

apud recentiores frequens est de iis qui *incertis sedibus vagabantur*, et omnino de iis, qui *domo extorres novam sibi sedem quaerebant*. Utebantur autem sic vocabulo prisco et obsoleto, ut immemores verae originis ad verbum μεταναστῆναι inepti referrent, de qua re dicam ad Libanium.

In sqq. vitium est partim in Codicibus ortum, partim a Criticis invectum. In libris omnibus est: εἰς τοῦτΟ περιεσταμένων ΤΟΝ βίΟΝ, cui τῶν βίων substituerunt parum considerate, nam quid tandem est εἰς τοῦτο τῶν βίων? Addita una literula malo medeberis sic: εἰς τοῦτοΝ περιεσταμένων τὸν βίον, *qui egestate aut sterilitate soli aut coeli insalubritate ad hoc vitae genus redacti sunt.*

Strabo pag. 838. de agro Cyrenaico scribit: μέχρι μὲν σταδίων ἑκατὸν καὶ δενδροφόρος ἐστὶν ἡ γῆ· μέχρι δ' ἄλλων ἑκατὸν σπείρεται μόνον, οὐκ ὀρυζοτροφεῖ δ' ἡ γῆ διὰ τὸν αὐχμόν. ὑπὲρ δὲ τούτων ἡ τὸ σίλφιον (φέρουσά) ἐστιν. Male addiderunt φέρουσα: debebant unam literulam tollere. Strabo enim dixerat: ὑπὲρ δὲ τούτων τὸ σίλφιόν ἐστιν.

AD STRABONEM.

CAP. III.

SYLLABUS ERRORUM, QUI IN CODICIBUS GRAECIS VULGO CIRCUMFERUNTUR NECDUM APUD STRABONEM CORRECTI SUNT.

Straboni libri tam scripti quam editi mendis quibusdam orthographicis veluti maculis toti conspersi sunt. Editores veteres hanc officii sui partem non magno opere curabant et hoc unum agebant ut Strabonis sententiam et mentem perversa scriptura laborantem et obscuratam expedirent et in integrum restituerent. Nec multum in ea re egerunt illi, qui nostra memoria in opere Straboniano emendando utilissimam et felicissimam operam posuerunt. Ubi de sententia satis constat non multum sunt solliciti de vitiosis verborum formis, quas quidem in libris Mss. cuiuscumque aetatis et pretii passim ita mixtas et confusas perturbatasque cernunt ut nulla spes superesse videatur aliquando fore ut aliqua *τάξις ἐκ ταύτης τῆς ἀταξίας* restituatur. Faciendum tamen periculum est, iis praesertim qui longo usu edocti sciunt scriptores Graecos perinde ac nostros aequales ex ipsa rei natura in his quoque *τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν* fuisse solitos.

Quod si de caeteris eruditis in controversiam vocari non potest, quanto certior de Strabone erit haec existimatio, qui in

re critica et grammatica totus esse solet, qui nullam occasionem omittit dicendi de conditione librorum veterum, de scribendi erroribus et librariorum socordia, de genuina verborum forma, de syllabarum quantitate, de accentibus: qui nonnumquam in his descendit ad minutias tam exiles ut Criticorum inanes pepererit suspiciones minuta quaedam ut Strabone indigna expungentium.

Praeterea cogitandum est linguam Graecam etiam in formis verborum certis quibusdam legibus teneri, quas indocti scribae ignotas sibi sexcenties impune violabant. Quis eorum, qui Graecos Codices describebant, sciebat κχθάριος esse formam nihili neque aliter quam κχθάρΕΙος veteres omnes summa constantia dixisse? Quis eorum noverat nomina propria in -IC exeuntia formas Ionicas perpetuo retinere: σκῆψις ἡ πρόφασις habet σκήψεως et σκήψει, sed Σκῆψις ἡ πόλις Σκήψιος habet et Σκήψι. Librarii miscent haec omnia: Βαῖτις ut plurimum habet Βαίτιος et Βαίτι, nonnumquam apparent formae vulgares. Harum igitur sordium partem eluam, reliqua aliorum curae et diligentiae relinquens.

-IOC, -I pro -εως, -ει.

Nomina propria in -IC sive hominum sunt sive locorum in genitivo et dativo servabant veteres formas Ionicas in -IOC et -I exeuntes. Horum pars illaesa evasit, caetera scribae in formam communem converterunt. Integra sunt:

Αἴσιος, pag. 241.
Ἄλβιος, 290.
Βαίτιος, 140.
Βαῖτι (sic) pro Βαίτι, 152.
Δάτιος, 399.
Δούβιος, 192.
Ζαμόλξιος, 298.
Ζαριάδριος, 531.
Ἰσπάλιος, 142.
Καλάγουρι (sic) pro Καλαγούρι, 162.
Καράμβιος, 125.
Κίρθι, 418.
Πασιτίγριος, 729.
Σκιτάβιος, 160.
Σάπι (Codd. πρὸς τῷ ἴσαπι), 217.
Σεσώςριος, 769.
Τίγγιος, 140.
Τίγριος, 527.
Ὑπάνιος, 107.
Ψέλχιος, 820.

Mendosa sunt:

Ἀμάςρεως, 540.

Ἄρβε., 720.	Μωμέμφεως, 803.
Βριτομάρτεως, 479.	Παλαισκήψεως, 603.
Δέρρεως, 82.	Σκήψεως, 552.
Ζαμόλξεως, 304.	Συβάρει (alii συβάρι), 254.
Καράμβεως, 546.	Τιβέρει (alii τιβερι), 227. 234.
Μέμφει, 473.	Τιβέρεως, 226.
Μέμφεως, 803.	Τίγρει, 738.

Qui Stephanum Byzantinum cum Strabone comparare volet facile animadvertet bonam partem mendorum huiuscemodi iam in vetustissimis libris esse repertam, neque doctum grammaticum ullam in talibus analogiam animadvertisse. Saepe commemorat τὴν Ἰωνικὴν γενικήν, recte monet v. Μέμφις κλίνεται Μέμφιδος καὶ Μέμφιος, sed vitiose dedit v. Ἄμαστρις – Ἀμάστρεως κλίνει Στράβων, nam sibi ipse statim obloquitur addens: τὸ ἐθνικὸν Ἀμαστριανός – ὡς Κάλλατις ΚαλλάτΙΟϹ Καλλατιανός. et v. Κάλλατις – Καλλατιανὸς ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς γενικῆς γέγονε τῆς ΚαλλάτΙΟϹ. Itaque Ἀμαστριανός quoque γέγονεν ἀπὸ τῆς Ἰωνικῆς γενικῆς ἈμάστρΙΟϹ.

Adiectiva possessiva in -ЄΙΟϹ in -ΙΟϹ depravata.

Ex nominibus propriis in -ΟϹ et -ΗϹ exeuntibus formantur κτητικά in -ειος inumerabili multitudine, ut Ὅμηρος Ὁμήρειος, Ἡσίοδος Ἡσιόδειος, praesertim in nominibus scholarum et sectarum Ἀριστάρχειος, Ἀριστοφάνειος, Καλλιμάχειος, Κρατήτειος, Θεοδώρειος, Ἀπολλοδώρειος, Ἡροφίλειος, Ἐρασιστράτειος, Ἐπικούρειος, et quid non?

Habent hoc scribae librorum praesertim antiquissimorum ut in his pro -ЄΙΟϹ substituant -ΙΟϹ. In Athenaei Codice Marciano pervetusto *constanter* legitur Ἀριστοφάνιος, Καλλιμάχιος, Ἐπικούριος sim. Eadem labes Strabonis libros infecit. Editores saepe emendant, saepius etiam inemendatum relinquunt. In Callimachi epigrammate ὁμήριον δὲ καλεῦμαι Γράμμα sedulo Ὁμήρειον reponunt, nec parcunt formae ἐπικούριος, si quando occurrit. Sed nihil mali suspicantur in πόλεμος Παχήτιος, ὕδατα Σέξτια, μέτρα Φειδώνια, Ἀτροπάτιος Μηδία, (μνήματα) Λελέγια, Ἰασόνια sim. aut in Ἀρσάκιος ex Ἀρσάκης aliisque de genere hoc sexcentis. Sunt tamen omnia haec perinde vi-

tiosa: ut pars belli appellatur ὁ Ἀρχιδάμ ΕΙΟϹ πόλεμος (Harpocrat. in. v. ubi plerique libri ἀρχιδάμΙΟϹ exhibent), sic alia pars ὁ Παχήτ Ε ΟϹ πόλεμος appellari debet et παχήτιος nihil est.

Non multum dissimile vitii genus passim committitur in καθάριος, καθαρίως et καθαριότης quum liquido constet καθάρΕΙΟϹ solum Graecum esse ut μεγάλειος. Idem error in ἀσφάλιος neminem offendit.

Prorsus idem erroris genus quod cernitur in ἐπικούριος pro Ἐπικούρειος sexcenties commissum videbis in nominibus in -ΕΙΟΝ exeuntibus. Huc pertinent nomina innumera quae significant

templum Μουσεῖον, Ἀνακεῖον, Ὀλυμπίειον, Ἀσκληπιεῖον cett.
aut *monumentum* Θησεῖον, Αἰακεῖον, Μαυσώλειον, Ἀράτειον cett.
aut *officinam* ἰατρεῖον, γναφεῖον, κουρεῖον, σκυτοτομεῖον cett.
similiterque πρυτανεῖον, ἀρχεῖον, στρατηγεῖον cett.

Ex his nonnulla recte et ordine scribi solent, alia saepe vitiantur, alia propemodum semper, ut στρατήγιον.

Strabonis libri omnes his mendis tamquam maculis cooperti sunt. Nonnulla Editores correxerunt ut Σίγειον pro σίγιον, sed longe maxima pars servat errorem. Recensebo potiora: sine suspicione apud Strabonem circumferuntur haec:

Ἀδύλιον.
Ἀμαρύνθιον.
Γύθιον.
Δασκύλιον.
Εὐπατόριον.
Θετίδιον.
Θοάντιον.
ἱπποτρόφιον sed recte ἰχθυοτροφεῖα.
Καισάριον.
Κορυβάντιον.
Μαυσώλιον.
Μεμνόνιον.
Μιθριδάτιον.
Παλαμήδιον.
Πλουτώνιον.
σανδαρακούργιον.
Σαράπιον.
Σμίνθιον.
τελώνιον.
Τημένιον.
Τιμώνιον.
Χαρώνιον.
ὑδραγώγιον.

Eodem pertinet σκιάδιον, κορίων pro Κορείων (feriarum Proserpinae), ζωγρίᾳ pro ζωγρείᾳ, λιθία pro λιθεία, θυῖαι, aliaque id genus complura. Perantiquum esse hoc corruptelarum genus ostendunt vitia huiuscemodi, ἀντίπΛΟΙΑ pro ἀντιπάθεια, εὔΝΟΙΑ

pro *εὐήθεια* et sim. Erat enim olim in libris ΑΝΤΙΠΑΘΙΑ et ЄΥΗΘΙΑ. Sed satis est in his omnibus futilem librorum auctoritatem contemnere audere. Quid verum sit ratio et usus dicendi, analogia, testimonia veterum Criticorum, metrum denique patefaciet.

Affine mendi genus cernitur in *τελείως* pro *τελέως*. Quidquid nascitur ex nominibus in - ЄΙΟC et - ЄΙΑ ultima brevi exeuntibus postquam diphthongus ЄΙ ictu destituitur exemta litera Ι in Є corripitur: *Ἄρειος πάγος* habet *Ἀρεοπαγίτης* et *Ἀρεοπαγιτικός*; *θεῖος ἐπιθεάζειν* sed *ἐπιθειάσας*; *λεῖος λεαίνειν, ἐπιλεαίνειν*; *τέλειος τελεοῦσθαι, τελεωθῆναι, τελέως*. Ex *Μύρλεια* formatur *Μυρλεανός*, ex *Ἡράκλεια Ἡρακλεωτικός*, et ad eundem modum in similibus omnibus. Saepenumero in his scribae titubant: hic illic *Μυρλειανός* scribitur et *Ἡρακλειωτικόν*, saepissime *τελέως* recte scribitur, sed hic illic *τελείως* irrepsit. Stephanus Byzant. *Γύθειον — ὁ πολίτης Γυθεάτης καὶ τὸ ἐκ τόπου Γυθείηθεν*. Verum est *Γυθέηθεν*. Sic ex *παρώρεια παρωρεάτης* nascitur et in certa analogia possumus ubique scribarum errores contemnere.

- ΟΥCCΑ mendose pro - *οῦσα*.

In nominibus locorum olim in - ΟЄΙC exeuntium (*Ὀπόεις*, *Μαλόεις*) et in - ΟЄCCΑ (*Πιτυόεσσα*) Ionica et Attica dialectus pro - ΟΥΝΤΙΟC lenius - ΟΥCΙΟC substituebat, ut in *Ῥαμνούσιος*, *Σελινούσιος* cett. et ex formis foemininis contractis alterum *σίγμα* eximebat, ut in *Συρακοῦσαι*, *Ἀργινοῦσαι*, sim.

Contra scribae analogiam quandam secuti praeter loquendi usum *σίγμα* duplex retinebant, unde apud Strabonem mendose editur:

Ἐλαιοῦσσα, et peius etiam *Ἐλεοῦσσα*.	*Πιτυοῦσσαι*.
Ἐρικοῦσσα.	*Σειρηνοῦσσαι*.
Λοπαδοῦσσα.	*Σκοτοῦσσα*.
Ὀφιοῦσσα.	*Ὑδροῦσσα*
Πιθηκοῦσσαι et *Πιθηκουσσαῖοι*.	*Φαρμακοῦσσα*.
	Φοινικοῦσσα.

nonnunquam et *Ἀργινοῦσσαι*, atque adeo *Συρακοῦσσαι* dederunt, et vitiosum *Συρακούσιος*, quum satis constet *Συρακόσιος* solum

in usu fuisse, ut in Theocriti epigrammate:

εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.

et in nummis.

Interdum unum sigma scribentes accentum vitiant, ut in Κράμβουσα, Λάγουσα, aut in eodem nomine variant, ut in Πιτυοῦσσα et Πιτυοῦσα: sed in his omnibus quid sit sincerum et verum continuo apparet.

Multis modis in Stephani libris hae formae in -ΟΥΣΑΙ exeuntes vitiantur. Circumferebatur in libris antiquis duplex scriptura ΑΙΓΟΥΣΑ, ΛΑΓΟΥΣΑ, ΚΡΑΜΒΟΥΣΑ, ΔΡΥΟΥΣΑ et duplicata sibilante -ΟΥΣΣΑ. Notata haec sunt postea accentu vitioso Αἴγουσα, Λάγουσα, Κράμβουσα cett. aut Μαράθουσσα, Μήλουσσα, Μύρτουσσα sim. Miror in his omnibus Meinekium errasse, quum vera ratio sit in promtu. Dedit Αἰγείρουσα, quia sic vel αἰγείρουσσα libri exhibent; sed ex αἴγειρος αἰγειρόεις et αἰγειρόεσσα nascitur, quod in Αἰγειροῦσσα contrahitur et διὰ τὸ εὐφωνότερον et simul κατὰ συνεκδρομὴν τῶν τοπικῶν in -ούσιος exeuntium Αἰγειροῦσα dicebatur, ut Πιτυοῦσα, Ὀφιοῦσα, Πιθηκοῦσαι, Σειρηνοῦσαι et (de quibus nemo dubitat) Συρακοῦσαι, Ἀργινοῦσαι.

Addit Stephanus v. Αἰγείρουσα — ἔστι καὶ Αἰολίδος πόλις Αἰγειροῦσσα ὡς Ἡρόδοτος. Mendose legitur apud Herodotum I. 148. ΑἰγΙρόεσσα pro ΑἰγΕΙρόεσσα.

Sibilans litera perperam duplicatur in Κηλῶσσα, Τιλφῶσσα, Τολῶσσα. Veram formam scriptores Romani servant et in formis in -ΟΥΣΑ exeuntibus *Ophiusa*, *Pithecusae* et sim. et in his *Tolosa*, aurum *Tolosanum* cett.

Iuvat in transitu gravem Stephani errorem in huiuscemodi nomine commissum redarguere. In v. Βενεβεντός scribit: χωρίον Διομήδους ἐν Ἰταλίᾳ. — ἡ καὶ Μαλοεντὸς ἐλέγετο. *Beneventum* dicit, cui olim *Maleventum* nomen fuit ominis causa post deductam coloniam mutatum. Sed fugit Stephanum, ut olim Romanos, vera antiqui nominis ratio. Quemadmodum ἐν Τάραντι, ἐν Ἀκράγαντι, ἐν Ὑδροῦντι Latine dicebatur *Tarenti Agrigenti*, *Hydrunti*, unde nominativi forma TARENTUM enata est, sic ἐν Μαλόεντι Romano ore *Maleventi* sonabat, unde primum

MaleventUM ortum est deinde *εὐφημότερον* BENEventum. Itaque nihili est Stephani *Μαλοεντός*, et perspicuum est olim oppido *Μαλόεντα* nomen fuisse. Contracta forma *Μαλοῦς* reperitur apud Strabonem pag. 603. Antiqua apud Thucydidem III. 3. *ἐς τὸν Μαλόεντα ἐξῆλθον.*

Revocandum *τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα.*

Etiam in libris vetustis, ubi *τὸ ἰῶτα* vetere more adscriptum comparet, complura vocabula *ἰῶτα* negligenter omisso mendosa sunt. Itaque Straboni passim reddendae sunt haec formae:

Ἀχελῷος.

ζῷον.

Κῷος, *Μυρτῷος*, *Γελῷος*, *Νειλῷος*, *Ἀκραθῷοι* (libri *ἀκρόθωοι* pag. 331). et omnino nullum est adiectivum Graecum in -ΩOC exiens, in -ΩIOC exeunt omnia.

λάθρᾳ.

Μητρῷα.

Μινῴα.

πρῴην.

πρῷρα cum compositis *ἀνδρόπρῳρος*, *βούπρῳρος*, *ἀκρόπρῳρον*, *ὑψόπρῳρος*, cett.

Πτῷον.

Τρῳάδα.

ὑπερῷοι.

ᾠά et *ᾠοτοκεῖν.*

Contrario errore peccant scribae ubi *ἀθήνῃσι*, *θήβῃσι* et sim. dederunt, et in aoristis *ἦιρα*, *ἔφηινα*, reliquaque id genus.

Perpetuo scribae librorum, quos habemus optimos et antiquissimos, Platonis, Demosthenis, Herodoti, adverbiis in -*τερω* et -*τάτω* ineptum *ἰῶτα* addere solent, *ἀνωτέρωι* scribentes et *ἀνωτάτωι* similiterque in caeteris omnibus. Idem mendum *constanter* apparet in Strabonis optimo A: ad pag. 9 annotat Kramerus: „*ἐγγύτερωι* A *et sic constanter*" et iterum ad pag. 289. „*ἐγγυτάτωι* A *ac sic plerumque.*" Quid potest esse hac scriptura ineptius? Sed librarii imbiberant semel hanc opionem eamque in scribendo sequebantur.

Ad idem genus vitiorum referendum est id, quod in AIIIZO-

MAI peccare solent. Quatuor syllabarum verbum esse opinantur omnes et ubique *ληΐζομαι* dederunt, quum *λῄζομαι* scriptum oportuisset, ut *λῃστής*, *λῃστρικός*, *λῃστήριον* cett. Eodem modo *ἠΐθεος* scribunt et *ἠϊών* formis Homericis in errorem inducti.

Dicebam modo adiectiva Graeca non dari, quae in -ΩΟC exeant, sed in his omnibus I inesse -ΩΙΟC, -ΩΙΑ, -ΩΙΟΝ, ut in *πατρῷος*, *μητρῷος*, *παππῷος*, *ἀθῷος* pro *ἀζήμιος*, et alia complura.

Lubet in hac re ostendere quam caute sit grammaticorum testimoniis utendum et quam sit futilis eorum auctoritas, quam nimis saepe inepti sequimur. Stephanus Byzantinus, qui totus esse solet in quaestiunculis grammaticis, in v. *Γέλα* scribit: *τὸ ἐθνικὸν Γελῶος οὐ Γελαῖος, ὡς Ἄβρων καὶ ἡ συνήθεια. καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ γέλως τὸ Γελῶος.* Sed ex *γέλως* *γελοῖος* nascitur, ut *αἰδοῖος* ex *αἰδώς*, et *ὑπηοῖος* ex *ἠώς*. Et quae tandem ratio esse potuit cur ex *Γέλα* *Γελῶος* produceretur? Sed *Γελῶος* nihil est: *Γέλα* ultima longa ex *Γελόα* coaluit et sic pro *Γελοαῖος* nata est forma tritissima *Γελῷος*.

Iuvat eadem opera *ὁδοῦ πάρεργον* historiolam in hoc ipso Stephani loco mendosa lectione obscuratam expedire. Duo fratres nescio qua de re oraculum Delphicum consuluisse narrantur, *τὴν δὲ Πυθίαν οὐδὲν περὶ ἐκείνων λέγουσαν προστάσσειν τὸν Λάκιον πρὸς ἀνατολὰς ἡλίου πλεῖν. τοῦ δ' Ἀντιφήμου γελάσαντος τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν „ἐφ' ἡλίου δυσμῶν," καὶ Γέλαν πόλιν οἰκίσαι.* Ne Pythia ineptire et nihil dicere videatur ita rescribe: *τὴν Πυθίαν εἰπεῖν πάλιν· „ϹΥ ΔΕ ἐφ' ἡλίου δυσμῶν καὶ Γέλαν πόλιν οἰκίσαι."* Fabulam de more peperit etymologia absurda.

Iterum in eadem re erravit Stephanus quum scriberet v. *Ἄθως* — *τὸ τοπικὸν Ἄθωος* ΧΩΡΙϹ ΤΟΥ Ι. *τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον προπερισπᾶται καὶ ἔχει τὸ* Ι *ἐκ τῆς θωῆς.* Certa enim analogia ut ex *Κῶς* *Κῷος* sic ex *Ἄθως* formabat *Ἀθῷος*, et discrimen inter *Ἄθωος* et *ἀθῷος* merum est grammaticorum commentum.

Nomina in -ΕΙΑ ultima brevi.

Fere constanter in -ΙΑ depravantur, ut *ἀκαδημία* pro *Ἀκαδήμεια*. Emendate igitur ubique rescribendum:

Αἰγιάλεια.	Εὐπατόρεια.
Ἀλεξάνδρεια.	Θεσσαλονίκεια.
Ἀντιγόνεια.	Καισάρεια.
Ἀντιόχεια.	Κασάνδρεια.
Ἀπάμεια.	Λυσιμάχεια.
Ἀρσάκεια.	Σελεύκεια.
Ἀττάλεια.	Φαρνάκεια.
Βουκεφάλεια.	Φιγάλεια.
Εὐκρατίδεια.	Φιλαδέλφεια.
Εὐμένεια.	Ψυττάλεια.

Tantum non ubique libri et veteres et nostri in his formis -ΙΑ pro -εια substituunt. Arguunt vitium et loci poëtarum et analogia tam certa quam evidens. Ostendam in uno: sola forma Ἀκαδήμεια penultima producta et ultima brevi usitata Graecis est: librarii contra tantum non ubique locorum substituunt Ἀκαδημία, quod exit in iambum. Itaque saepe metrum iugulant, ut apud Aristophanem in *Nub.* 992.

ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν κτέ.

et Epicratem Athenaei pag. 59. D.

ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημίας
ἤκουσα λόγων ἀφάτων ἀτόπων.

et Alexidem Athen. pag. 336. D.

τί ταῦτα ληρεῖς φληναφῶν ἄνω κάτω
Λύκειον, Ἀκαδημίαν, Ὠιδείου πύλας;

et eundem apud Athenaeum pag. 610. E.

τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδημία, τοῦτο Ξενοκράτης.

Ut stultum est in his librorum scripturam curare in tanta verae lectionis evidentia, sic semel statuendum nostri esse ubique iudicii definire quae sit scriptura verior, et non esse opus testibus praeter analogiam et metrum ut Alexidi reddatur suum:

τοῦτ' ἔστιν ἈκαδήμΕΙΑ, τοῦτο Ξενοκράτης.

Itaque Straboni quoque reddendum pag. 396. ἡ Ἀκαδήμεια καὶ οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων. et pag. 614. προσποιούμενος τῶν ἐξ Ἀκαδημείας φιλοσόφων εἶναι. et pag. 838. Καρνεάδης τῶν ἐξ Ἀκαδημείας ἄριστος φιλοσόφων. similiterque in omnibus similibus.

ἘπιθαλαττίΔΙΟΣ.

Pro hac proba et genuina forma saepius Strabonis libri

ἐπιθαλαττιαῖος obtulerunt, quod, quamquam aperte mendosum est, tamen in Strabonis textu pertinaciter haesit.

ΛΙΠΟ - non ΛΕΙΠΟ -

Pervulgato errore in libris Strabonis scribitur λειπανδρεῖν, λειψυδρία, et apud alios λειποτάξιον, λειποψυχεῖν et alia permulta. Quod ratio suadet, id loci poëtarum luculenter demonstrant in his omnibus primam esse brevem, et unice verum esse λιψυδρία, λιπανδρεῖν, ut λιποτάξιον, λιποψυχεῖν, λιπόξυλος, λιπόναυς, λίπουρος et cett. eiusdem compositionis ad unum omnia.

Λούεσθαι. λουόμενος. λούονται.

perperam scribitur multis locis pro λοῦσθαι et λούμενος et λοῦνται. Nova et recens dicendi συνήθεια veteres formas expulit, etiam apud scriptores Atticos.

Γυναικοκρασία.

perperam apud Strabonem et Plutarchum scribitur quum et ratio et usus γυναικοκρατία requirant, ut δημοκρατία, ἀριστοκρατία, ὀχλοκρατία, θεατροκρατία, et quidquid ad hanc analogiam ex κράτος nascitur. Adiectiva in -ΚΡΑΤΟΣ a κεράννυμι habent σ, veluti ἀκρασία, ἑωλοκρασία cett. Communis eruditorum opinio est, praeeunte Wyttenbachio in docta annotatione ad Plutarchi *Moralia* pag. 20. A. *duo* esse vocabula diversa „γυναικοκρασία *est* (iudice Wyttenbachio) *in viris, qui nimium mulieribus dediti sunt:* γυναικοκρατία *in mulieribus, quae imperium obtinent.*" Sed exempla quae afferuntur meliora docent. Plutarchus in *Agide et Cleomene* pag. 820. D. τῆς βασιλείας εἰς πολλὴν - γυναικοκρασίαν ἐμπεσούσης, nempe quia Ptolemaei Philopatoris concubina impotenter dominabatur, ὥστε (ut Plutarchus continuo addit) τὰ μέγιστα τῆς ἀρχῆς πράγματα διοικεῖν Ἀγαθόκλειαν τὴν ἐρωμένην τοῦ βασιλέως καὶ τὴν ταύτης μητέρα καὶ πορνοβοσκὸν Οἰνάνθην. et Polybius XIV. 11. (ex Athenaeo pag. 576. F) τοῦ δὲ Φιλοπάτορος βασιλέως Πτολεμαίου οὐκ Ἀγαθόκλεια ἐκράτει; Erat igitur haec γυναικοκρατία turpis et flagitiosa. Deinde ex

Plutarchi *Antonio* affertur pag. 920. D. ὥςε Κλεοπάτραν διδασκάλια Φουλβίᾳ τῆς Ἀντωνίου γυναικοκραςίας ὀφείλειν πάνυ χειροήθη καὶ πεπαιδαγωγημένον ἀπ' ἀρχῆς ἀκροᾶσθαι γυναικῶν παραλαβοῦσα αὐτόν. Sententia est luce clarior: Fulvia dudum Antonium docuerat γυναικοκρατεῖσθαι, id est *muliebri imperio parere* et *uxori esse obnoxium*. Itaque haec quoque erat γυναικοκρατία φανερά. Sic apud Aristotelem in *Polit.* II. 9. dicitur: ἂν τυγχάνωσι γυναικοκρατούμενοι καθάπερ τὰ πολλὰ τῶν ςρατιωτικῶν καὶ πολεμικῶν γενῶν ἔξω Κελτῶν. Sic Lacaenae imprimis solebant et dicebantur τῶν ἀνδρῶν ἄρχειν, et notum est Lacaenam ad hospitam quae dixerat: μόναι ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε, respondisse: μόναι γὰρ τίκτομεν ἄνδρας. Itaque apud Strabonem pag. 251. B. ἔχει γάρ τινα γυναικοκραςίαν· τοῦτο δ' οὐ πάνυ πολιτικόν, quia non de virorum mulierositate sermo est, sed de impotenti matronarum imperio facile intelligitur γυναικοκρατίαν unice esse verum. Senserant hoc Romani quoque, apud quos Cato maior Consul (suadens ne lex Oppia abrogaretur Liv. XXXIV. 2) λοιδορῶν τὴν ἐπιπολάζουσαν γυναικοκρατίαν ita dixit: ἡμεῖς πάντων ἀνθρώπων ἄρχομεν, ἡμῶν δὲ αἱ γυναῖκες· apud Plutarchum in vita *Catonis* cap. 8.

Itaque γυναικοκρασία ex κεράννυμι formatum et per se ipsum absurdum est et locum in quo consistat reliquum nullum habet. Solum γυναικοκρατία in usu erat, ut θεατροκρατία, ὀχλοκρατία, δουλοκρατία, πλουτοκρατία appellatur ὅπου ἂν θέατρον, ὄχλος, δοῦλοι, πλούσιοι κρατῶσιν.

- ΙΕΙ - in - ΕΙ - vel - Ι - depravatum.

Ubi concurrunt duae syllabae ΙΕΙ sequiorum temporum Graeculi alteram syllabam resecabant ὑγεία dicentes pro ὑγίεια, ταμεῖον pro ταμίειον, Ἄλεια (feriae Solis apud Rhodios) pro Ἁλίεια, Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον, Ἀσκληπίῳ pro Ἀσκληπιείῳ, aliaque id genus plura, quae Strabonis quoque Codices et textum maculant.

Ἐμπίμπλημι. ἐμπίμπρημι.

Scripturae Codicum pendent ex scribarum opinionibus, quae

si falsae fuerint passim errorem suum monumentis veterum affricant. Unanimi consensu omnes dicebant *πίΜπλημι, πίμπλαμαι, ἀποπιμπλάναι, ἐκπιμπλάναι, καταπιμπλάναι*, sed in uno composito, ut futilissimi Grammaticorum Suidas, Moschopulus et similes his magistelli opinabantur, ab ea analogia discedebatur. Si quid his credimus *ἐμπίπλημι* dicendum est, *διὰ τὸ κακόφωνον*, sed *ἐνεπίμπλη*, similiter *ἐμπίπρημι* sed *ἐνεπίμπρη*. Removetur alterum M altero praecedente, quo remoto statim revertitur. Itaque *ἐνεπίΜπλην* et *ἐνεπίΜπρην* sola proba sunt, sed *ἐμπίΜπλημι* et *ἐμπίΜπρημι* vitiosa sunt *διὰ τὸ κακόφωνον*. Imposuerunt homines nihili Dindorfio ad Stephani Thesaurum, cui adeo *ἐμπιπλάναι* et *ἐμπιπράναι* apud Comicos secundam recte producere videntur. Fatetur Dindorfius se in ea opinione versari propter „*optimorum librorum auctoritatem*," quasi non etiam optimus quisque et veterrimus liber mendis de genere hoc gravissimis scateret. Malo proferre quod mihi de his formis ex Parisino A. Platonis, quo fideliorem testem non habemus, est observatum.

Fol. 32. v. a prima manu habet *ἐμπιΜπλαμένους*. 35. r. *θυμοῦ ἐμπίπλαται* correctum *ἐμπίμπλαται*. 40. r. *μεθύων καὶ ἐμπιπλάμενος* corr. *ἐμπιμπ*. 57. r. *οἰκίας ἐμπιπρῶσιν* corr. *ἐμπιμπ*. et post pauca *οἰκίας ἐμπιπράναι* corr. *ἐμπιμπ*. 66 r. *ἄνευ νοῦ ἐμπιπλάμενον* corr. *ἐμπιμπ*. 67. v. *δυσμενείας ἐμπίπλασθαι* corr. *ἐμπίμπ*. 68. v. *χάσμης ἐμπίπλανται*. corr. *ἐμπίμπ*.

Ad eundem modum explosa et reiecta magistrorum opinione caeteri loci omnes eo vitio liberandi sunt.

ΓΥΜΝΗΣ – ΠΛΑΝΗΣ.

Titubant in his formis scribae omnes: primum *γυμνήτων*, *γυμνῆτας* et *πλανήτων*, *πλάνητας* corrumpunt in *γυμνητῶν*, *γυμνήτας* et *πλανητῶν πλανητάς*, quasi *γυμνῆται* et *πλανηταί* in usu essent, quorum *γυμνήτης* nonnumquam apud infimae aetatis Graeculos comparet, *πλανητής* Tragicorum est:

τίς τὸν πλανητὴν Οἰδίπουν κτέ.

Deinde gliscit error et *γυμνῆται* scribitur. In singulari numero recta forma fere elabitur, ut in *πλάνης βίος*, *πλάνητα καὶ μετανάστην βίον*, et sim.

ΠΛΗΜΜΥΡΕΙΝ.

Una tantum forma Graeca est *πλημμύρειν*, *πλημμύρων*, *πλημμύροντες*. Graeculi alteram vitio natam de suo addiderunt *πλημμυρεῖ*, *πλημμυρεῖν*, *πλημμυρῶν*, veluti pag. 742. ubi et *πλημμύροι* et *πλημμυρεῖν* legitur, et sic saepius alibi. Si *πλημμυρεῖν* esset in usu haberet *υ* correptum, ut in *μαρτύρεσθαι*, *μαρτυρεῖν*. Nunc constat ubique esse productum. Recte igitur scribitur *πλημμύροντος* pag. 743. sed passim peccatur alibi.

ΔΗΜΗΤΡΑ.

Quam saepe apud Strabonem et alios reperitur accusativus *Δημήτραν* ultima longa barbare. Faex Graeculorum dicebat *ἡ Δημήτρα*, ut *ἡ χεῖρα* similiaque complura. Homeri Hymnus hodieque inscribitur *εἰς Δημήτραν* vel peius etiam *εἰς Δήμητραν*, quod nullius linguae est. Formae *Δήμητρος* et *Δήμητρι* illaesae manent, sed in accusativo passim sic peccatur.

Ξενοδοκεῖν. πανδοκεύς. πανδοκεῖον.

Non sic apud Strabonem editur, quamquam hae solae formae probae sunt, sed *ξενοδοχεῖν* et *πανδοχεῖον*. Veteres ut *δωροδοκεῖν* sic constanter *ξεινοδόκος* et *ξενοδοκεῖν* dicebant, sed sequiorum *συνήθεια* etiam apud Atticos saepe veram lectionem expulit.

Nomina urbium mendosa.

Sunt quaedam oppidorum nomina, quae ubique in libris nostris certo errore vitientur. *Καλχηδών* verum nomen est et *Καλχηδόνιος*, *Μυτιλήνη* et *Μυτιληναῖος*, *Ἑρμιών*, *Γόρτυν*, in libris tantum non constanter *Χαλκηδών* comparet et *Μιτυλήνη* et *Ἑρμιόνη* et *Γόρτυνα*. *Συρακούσιος* tantum non ubique apud Strabonem mendose scribitur pro *Συρακόσιος*. In aliis *α* longum scribas et editores fefellit. Non *Ἴλιπα*, non *Μάλακα* Graecum est, sed *Ἰλίπα*, *Μαλάκα*, ut ostendunt genitivi *Μαλάκας*, *Ἰλίπας*, *Νέδας*, *Ἰδουβέδας* cett.

In aliis contra *α* breve producitur ut in *Κάρθαια*, *Νίσαια*, *Νέκυια* et sim., quae in Editionibus *παροξύνονται*.

Νόμας. Ἰόβας. Ἰουγόρθας.

Non sic apud Strabonem scribitur, quamquam ita oportebat, sed Νουμᾶς, Ἰούβας, Ἰουγούρθας errore manifesto.

Κρεοπώλια.

Mendosa forma in Strabonis libris legitur κρεΩφαγεῖν et κρεΩπώλια. Contra exhibent παρΟρειος et πολυΟροφος pro παρώρειος (ut ὑπώρεια, ἀκρώρεια) et πολυώροφος ut τριώροφος et notissimum ὁμωρόφιος. Contrario errore κλοπεία dare solent pro κλωπεία, ut κλῶπες, κλωπεύειν. Fefellit scribas forma κλοπή.

ЄΙ pro Ι longo.

Est haec perantiqua scribendi consuetudo in libris vetustis et monumentis omne genus, inscriptionibus et nummis, ut ubicumque sit Ι vocalis natura longa diphthongus ЄΙ illi substituatur. Τειμή ἄτειμος, νείκη Ὀλυμπιονείκης, κρείνω, ἔκρεινα, μέμεικται, μεῖξις scribitur similiaque sine exceptione omnia. Longa die mutatum hoc est et priscum ЄΙ in Ι conversum, praeterquam in nominibus quibusdam propriis, ut apud Strabonem in

Ἀβαεῖται.	Ὄσειρις, Ταπόσειρις.
Ἀβαεῖτις.	Σεῖρις, Σειρίτης.
Ἀρείων.	Ὑαμεῖτις.
Λεῖρις.	

Indidem manavit mendosa forma ὄρνεις pro ὄρνις ex ὄρνιθας natum.

Memorabile est φιλόνεικος, φιλονεικία, φιλονεικεῖν quae quum sint manifesto ex ΝΙΚΗ composita, factum est grammaticorum et scribarum errore ut in omnibus libris propemodum constanter ЄΙ pro Ι longo retinerent.

Graviore etiam errore ЄΙ nonnumquam irrepsit pro Ι correpto, ut in Λείγηρ pro Λίγηρ.

Deinde ut fit latius serpere coepit error et in nominibus quibuslibet pro necessario -ΙΑ editur -εια, ut in

ϛρατεία pro ϛρατιά. παιδεία pro παιδιά. παρθενεία pro παρθενία.

quae, quamquam est certus error, tamen apud Strabonem saepius leguntur.

Ὁδός, ὁδεύω, συνοδεύω συνοδεία, περιοδεύω, περιοδεία et sim.

Quae apud Strabonem hic illic leguntur formae συνοδία, περιοδία sim. omnes vitio natae sunt. Ὁδός cum praepositione compositum parit nomina *substantiva* σύνοδος, μέθοδος, περίοδος, ἔφοδος, πρόσοδος, ἔξοδος, εἴσοδος cett. Ex his omnibus nascuntur *adiectiva* ex Ἀ - ЄΥ - et ΔΥϹ - composita, ἄνοδος, εὔοδος, δύσοδος, εὐέφοδος, ἀπρόσοδος, δυσπρόσοδος, ἀνέξοδος. cett. quae quoniam *adiectiva* sunt nova ex se *substantiva* progenerarunt ἀνοδία, εὐοδία, δυσοδία cett.

Sic igitur συνοδία nasci non potuit neque περιοδία neque quidquam his simile. Sed ex ὁδός natum est ὁδεύω cum multis compositis συνοδεύω, περιοδεύω, διοδεύω, μεθοδεύω, παροδεύω cett. quibus veterum nemo utitur sed sequiores omnes passim.

Hinc igitur ex pervulgata analogia gignuntur nova nomina in - ЄΙΑ, et ut δουλεύω, μοιχεύω, παιδεύω habent nomen δουλεία, μοιχεία, παιδεία sibi respondens, sic συνοδεύω et περιοδεύω non possunt non συνοδεία et περιοδεία habere.

Multa sunt apud veteres nomina locorum et urbium, in quibus pro *compositione appositio* est, unde τὰ ἐθνικὰ in unum nomen per compositionem coalescunt. Exemplo esto ex Stephano Byzantino: Ἄρειος πάγος — τὸ ἐθνικὸν ἐκ δύο ἓν Ἀρεοπαγίτης. Similia sunt apud eundem Ἀβώνου τεῖχος — Ἀβωνοτειχίτης, et in v. Καλὴ ἀκτή. — Μεγάλη κώμη. ἐκ τῶν δύο δὲ ἡ παραγωγὴ Μεγαλο κωμήτης, Μεγάλη πόλις, ut in senario comico apud Strabonem:

ἐρημία μεγάλη 'στὶν ἡ Μεγάλη πόλις.

cuius τὸ ἐθνικόν est Μεγαλοπολίτης. sic Νέα πόλις dicebant, sed Νεοπολίτης, Ἑρμοῦ πόλις, Ἡλίου πόλις, sed Ἑρμοπολίτης, Ἡλιοπολίτης. Etiam in plurali numero Κυνῶν πόλις, Λεόντων πόλις, sed Κυνοπολίτης, Λεοντόπολις et sim. Saepe in his Codices fallunt et falluntur Editores. Meinekius in Stephano edidit: Κωνσταντινούπολις ΔΥΟ ΜЄΡΗ λόγου καὶ ἐξ αὐτῶν ἝΝ Κωνσταντινοπολίτης. Apud Strabonem antiquae formae raro apparent.

Νεάπολις, *Νεαπόλεως*, *Νεαπόλει* et sim. recurrunt ubique locorum, ac videtur Strabo in his, ut in compluribus aliis, aequalium *συνήθειαν* esse secutus. Veteribus usitatum errat dicere *Πομπηίου πόλις* et *Πομπηιοπολίτης*, sed apud Strabonem non semel reperitur forma sequior *Πομπηιόπολις*. Hinc, credo, sumsit Stephanus suam annotationem v. *Πομπηίου πόλις*: — *τινὲς δὲ δίχα τοῦ Υ Πομπηιόπολις λέγουσιν.*

C vitiose duplicatum.

Constans ferme ac perpetuum hoc genus mendi est in:

Ἁλικαρνασσός.	*Κηφισσός* et *Κηφισσὶς λίμνη.*
Ἐρεσσός.	*Κνωσσός.*
Ἰλισσός.	*Παρνασσός.*

Editur pag. 399. *Ὑμηττὸς καὶ Βριλησσὸς καὶ Λυκαβηττός.* Cur medium nomen non habet formam Atticam? Vera forma est *Βριλησός.*

Eadem est ratio in *τιθασός*, *τιθασεύω* cett. in quibus fere ubique sigma duplicato editur *τιθασσός* cett.

Idem vitii genus in aliis quoque consonantibus cernitur, ut in:

θρυλλεῖν, *διατεθρύλληται*,

quum constet testimoniis poëtarum *θρυλεῖν* penultima brevi Graecis in usu fuisse.

Idem mendum ubique committitur in scriptura nominis

Σιμμίας.

ut ex *πυρρός* et *ξανθός* formantur nomina propria *Πυρρίας*, *Ξανθίας*, sic *Σιμίας* ex *σιμός* producebatur.

Contrario errore apud Strabonem passim scribitur:

πρόσβορος et *προσβορώτερος*

quum sine ulla controversia ex *Βορρᾶς* nascerentur *πρόσβορρος* et *προσβορρότερος*, *προσβορρότατος.*

Ὡραῖον in margine adscriptum.

Olim si cui quid inter legendum scitum ac lepidum esset visum in ora libri apponebat *ὡραῖον* scriptum noto compendio

litera ρ medium ω secante. Quod saepe in re simili factum est, ut annotatiuncula marginalis in textum irreperet, idem usu venit in Strabone pag. 147. Strabo dixerat: *τοιαῦτα μὲν οὖν ἐν σχήματι εἴρηκε περὶ τούτων.* In optimo Codice A teste Kramero *in margine manus prima* addidit ὡραίῳ (ὡραῖον, opinor). Nunc perperam editur: *ἐν ὡραίῳ σχήματι εἴρηκε.*

Est in libris Graecis et reliquis et in Strabonianis duplex mendorum genus, quod ex Mss. in editiones omnes manavit et nimium patienter ab Editoribus toleratur. Obscurantur a scribis *crases* veteres, quas ineleganter resolvunt, et passim expletis vocabulis certo usu et more elisis foedos et ineptissimos hiatus invexerunt. Crases apud Strabonem ut apud caeteros creberrimae olim fuerunt, quarum pars tantum nunc superest. Perpetuae fere erant in vocula καί κἂν, κἀγὼ, κἀκεῖ, κἀκεῖνος, καλὸς κἀγαθός cett. et in articulis ἀνὴρ τἀνδρός, ἄνθρωπος τἀνθρώπου, ἀδελφὸς τἀδελφοῦ, τἀγαθὸν τἀγαθά, τἀληθὲς τἀληθοῦς, τἀκριβές, τοὔδαφος, τοὐλάχιστον, τἄλλα, τἀναντία, τἀργύριον, τοὐπίγραμμα τἀπιγράμματα, τἀπιτήδεια, τἀνδράποδα, τἀπίχειρα, τἀπιτίμια, τἀπινίκια, similiaque complura. Saepius haec omnia in bonis Strabonis Codicibus emendate scripta reperiuntur, in permultis tamen distracta videas quae contrahi solere satis constet.

Multo etiam peiora et auri molestiora ea sunt in quibus elisa vocalis a scriba inficete expleta est. Paucis apud Strabonem paginis legimus ἀλλὰ ἀνοδίαις, ἀλλὰ ἀπό, εἶτα ἀπελθεῖν, μετὰ ἀνδρῶν, μετὰ αὐλοῦ et alia eiusdemmodi passim. In rapido flumine orationis Demosthenicae aequis animis audiunt παρὰ Ἀθηναίων, παρὰ Ἀλεξάνδρῳ, quasi haec umquam sic Graecorum ore rotundo efferri potuissent.

At leguntur haec omnia passim (dixerit aliquis) etiam in optimis et antiquissimis Codicibus. Scio, sed in tali re nihil libris Mss. esse credendum satis ostendent Codices poëtarum, Aeschyli et Sophoclis Mediceus, Aristophanis Ravennas, in quibus saepe vocales, quas elisas oportuit, metro iugulato expletas videbis.

Nunc quidem de genere hoc mendorum satis esse dictum

arbitror: *οὐκ οἶδα ὅ, τι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐδὲν ἀγνοεῖν τῶν εἰρημένων.*

AD DIONYSIUM HALICARNASSENSEM.

περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος.

Pag. 690. 7. Reiskii in fragmento Thrasymachi: *ἢ γὰρ ἀναίσθητος ἢ καρτερώτατός ἐϛιν ὅϛις ἐξαμαρτάνειν ἑαυτὸν ἔτι παρέξει τοῖς βουλομένοις.* Legendum *ὅϛις* 'ΕΝ*εξαμαρτάνειν ἑαυτὸν παρέξει,* ut apud Terentium in *Andria* I. 4. 5.

Di, date facultatem, obsecro,
huic pariendi, atque illi in aliis *potius* peccandi *locum.*

Pag. 961. 9. *οἰόμενοι γὰρ ἐναντία λέγειν ἀλλήλοις οὐκ αἰσθάνονται τὰ αὐτὰ [πράττειν] πράττοντες οὐδὲ τὸν τῶν ἑτέρων λόγον ἐν τῷ* 'Ε*τέρῳ λόγῳ ἐνόντα.* Expunge *πράττειν* et scribe *ἐν τῷ* ΣΦ*ετέρῳ λόγῳ.*

Pag. 967. 6. *μὴ γὰρ* ἌΝ *οὕτω σκαιὸς μηδ' ἀναίσθητος ἐγὼ γενοίμην ὥϛε ταύτην τὴν δόξαν ὑπὲρ ἀνδρὸς τηλικούτου* (Platonis) *λαβεῖν.* Pag. 761 ubi hunc locum describit legitur: *οὐ γὰρ ἂν οὕτω σκαιὸς μηδ' ἀναίσθητος — λαβεῖν.* Utrobique scribendum: ΜΗ *γὰρ* ΔΗ *οὕτω σκαιὸς μηδ' ἀναίσθητος κτέ.*

Pag. 1015. 1. *καὶ ποικιλίαι σχημάτων, ἃ πέφυκε λύειν τὸν τῆς διανοί*ΑΣ Σ*κοπόν.* Lege *τὸν τῆς διανοί*ΑΣ ΚΟΡΟΝ, SATIETATI *occurrunt.*

Pag. 1025. 12. *καί μοι γε πολλάκις ἐπῆλθεν εἰπεῖν ἐπὶ τῶν τοιούτων αὐτοῦ* (Platonis) *λόγων·*

οὔ τοι, τέκνον ἐμόν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα,
ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα [γάμοιο]

Σωκρατικῶν διαλόγων. Sublato emblemate redit sententia lepida.

Pag. 1027. 10. *ἐξετάσω Δημοσθένους λέξεις τινὰς οὐκ ἐκ τούτου· τὸν μὲν γὰρ οὐχ ἡγοῦμαι ὑπ' ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς γεγράφθαι.* Lacunam sic supple: *οὐκ ἐκ τοῦ* ('Ε*πιταφίου λόγου*), *τοῦτον μὲν γὰρ κτέ.*

Pag. 1050. 7. *ἔχει μέντοι τὰ πλείω καλῶς. οὐ γὰρ* ΔΟΚΕΙ *ψεύδεσθαι.* Verba sunt Aeschinis de Demosthenis patre: *οὐ γὰρ* ΔΕΙ *ψεύδεσθαι.*

Pag. 1069. 3. (Demosthenes) *ὀνόμασι χρῆσθαι Φιλεῖ μεγάλοις καὶ μακροσυλλάβοις καὶ τὰς ἕδρας αὐτῶν εἶναι* ΠΛΟΥΣ*ίως πάνυ βεβηκυίας.* Ineptum est *πλουσίως.* Repone ΠΑΓΙΩΣ *παγίως πάνυ βεβηκυίας.*

Pag. 1088. 6. *οὔτε γὰρ* ΠΙΣΤ*εύειν τὰς τοιαύτας προσθήκας οὔτ' ἀπαιτοῦντος λόγου παραλιπεῖν καλῶς ἂν ἔχοι.* Legendum: *οὔτε γὰρ* ΠΕΡΙΣΣ*εύειν.*

Pag. 1093. 10. *σπανίως δέ που (εὕροι ἄν τις τῶν ῥυθμῶν) τοὺς ὑπορχηματικούς τε καὶ Ἰωνικοὺς καὶ διακλωμένους.* Obversatur ei versus Aristophanis *Thesmoph.* 170.

ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκλῶντ' Ἰωνικῶς.

et dedit: - *καὶ Ἰωνικῶς διακλωμένους.* Simul confirmat scripturam apud Comicum emendatam, nam in libris est *διεκίνων ἰωνικῶς.*

Pag. 1116. 9. *εἰ δέ τῳ δοκεῖ ταῦτα καὶ πόνου πολλοῦ καὶ πραγματείας μεγάλης ἔργα εἶναι, καὶ μάλ' ὀρθῶς δοκεῖ κατὰ τὸν Δημοσθένην.* Lepide interpres: „*is sibi persuadeat in Demosthene id maxime locum habuisse.*" At tu audi Demosthenem pag. 101. 12. *εἰ δέ τῳ δοκεῖ ταῦτα καὶ δαπάνης μεγάλης καὶ πόνων πολλῶν καὶ πραγματείας εἶναι καὶ μάλ' ὀρθῶς δοκεῖ.* Sequitur apud Demosthenem: *ἀλλ' ἐὰν λογίσηται τὰ τῇ πόλει μετὰ ταῦτα γενησόμενα ἂν ταῦτα μὴ ἐθέλῃ ποιεῖν, εὑρήσει λυσιτελεῖν τὸ ἑκόντας ποιεῖν τὰ δέοντα.* Apud Dionysium: *ἀλλ' ἐὰν λογίσηται τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτοῖς καρποὺς — πᾶσαν ἡγήσεται τὴν πραγματείαν ἐλάττω τῆς προσηκούσης.* sic scite et lepide solebant locos veterum in suam rem convertere.

HOMERICA.

I.

ʼΑΠΡΕΠΗ apud Homerum pravo Alexandrinorum iudicio.

Multis mihi apud Homerum locis animadvertisse videor eruditos Alexandrinos Grammaticos et Criticos heroicae et Homericae aetatis simplicitatem et candorem et sinceritatem, quum in regia Ptolemaeorum et in aulicae assentationis foetore inter purpuratos aetatem agerent, non satis ubique sensisse aut in tempore recordatos esse. Plurimum aberat ut in ista vita molli et delicata heroum Homericorum τὸ ἀφελὲς καὶ ἀπλοϊκόν omni fuco et affectatione plane vacuum libero animo aestimare possent. Ex suae aetatis modulo antiquos heroes metiebantur, ex suo et aequalium sensu de Homericis rebus personisque iudicabant, unde quam perversae de locis quibusdam opiniones ortae sint compluribus exemplis ostendere iuvat. Nemo veterum Criticorum eo vitio plane liber est: Aristarchus etiam in his multo est caeteris sanior, sed tamen et ipse nonnihil nonnumquam peccat. Sed omnium plurimum, si quid video, in eo genere impegit Aristophanes Byzantinus.

Proferam primum insigniora quaedam testimonia et exempla. Odyss. O. 19.

μή νυ τι σεῦ ἀέκητι δόμων ἐκ κτῆμα φέρηται.

ἀθετεῖ 'Αριστοφάνης ἐπὶ σμικρολογίᾳ παντελῶς. Odyss. O. 82. Menelaus ad Telemachum ita dicit:

ἄστεα δ' ἀνθρώπων ἡγήσομαι· οὐδέ τις ἡμέας
αὔτως ἀππέμψει, δώσει δέ τοι ἕν γε φέρεσθαι.

Scholion: καὶ ταῦτα ἀπρεπῆ διδάσκεσθαι πρὸς Μενελάου τὸν Τηλέμαχον 'Επαιτεῖν (*mendicare*). Cf. Mnemos. 1873. pag. 6.

Odyss. O. 88.

βούλομαι ἤδη νεῖσθαι ἐφ' ἡμέτερα, —
μὴ πατέρ' ἀντίθεον διζήμενος αὐτὸς ὄλωμαι,
ἤ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται.

Scholion: αὐτὸς ὄλωμαι: ἀντὶ τοῦ τὸν βίον μου ἀπολέσω. τοῦτο δὲ ἀγνοήσαντές τινες προσέθηκαν τὸν ἑξῆς. nam sic legendum. Cf. Mnemos. 1873. pag. 7.

(ἤ τί μοι ἐκ μεγάρων κειμήλιον ἐσθλὸν ὄληται)

ὅ ἐστι σμικρολόγου, ὡς 'Αριστοφάνης φησίν. Odyss. Σ. 281.

γήθησεν δὲ πολυτλὰς δῖος 'Οδυσσεύς
οὕνεκα τῶν μὲν δῶρα παρέλκετο.

Scholion: εὐτελὲς τοῦτο. διὸ καὶ κεραύνιον παρέθηκεν 'Αριστοφάνης. Quam multum ille aberat ab Homericae aetatis candore! Antiquorum simplicitas non fallax, non erudita artificio simulationis, dona et munera non minus lubenter accipiebat quam dabat: sed grammatico in aula regia opibus affluenti *indecorum* videtur regium iuvenem a rege Menelao *mendicare doceri*, ἐπαιτεῖν διδάσκεσθαι! Metuit Telemachus ne qua sibi pretiosa suppellex domo auferatur ac pereat: *angusti animi* (σμικρολόγου) homini aulico ille metus esse videtur. Ptolemaeus quidem nihil huiuscemodi metuebat. Penelope a procis petit munera et ὁ μὲν 'Οδυσσεὺς ἐγήθησεν, ὁ δὲ 'Αριστοφάνης δυσχεραίνει et εὐτελὲς τοῦτο, inquit. εὐτελὲς ἂν ἦν si id Berenice aliqua aut Arsinoe fecisset Aegypti regina. Eiusdem generis et ab eodem profectas agnosces et hasce reprehensiones. Odyss. Λ. 523.

αὐτὰρ ὅτ' εἰς ἵππον κατεβαίνομεν, ὃν κάμ' 'Επειός,
'Αργείων οἱ ἄριστοι, ἐμοὶ δ' ἐπὶ πάντ' ἐτέταλτο
ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν λόχον ἠδ' ἐπιθεῖναι.

Scholion ad vs. 525: περιγραπτέον ὡς ἀπρεπῆ. θυρωροῦ γὰρ ἔργον. Hercle in Ptolemaei regia vile erat *ianitoris* ministerium ianuam claudere et recludere, sed alia, opinor, res erat in

equo Troiano. Neoptolemus pugnandi avidus precibus fatigat Ulyssem, ut sese emittat foras, ὁ δέ με μάλα πόλλ' ἱκέτευεν ἱππόθεν ἐξέμεναι. In cuius igitur manu erat aut clausam tenere ianuam aut recludere, penes eum erat summa imperii et sociorum vita et salus. Sed molles et delicatuli aulici hanc incomtam simplicitatem non capiebant. Audi alterum exemplum. Odyss. H. 225.

ἰδόντα με καὶ λίποι αἰών
κτῆσιν ἐμὴν δμῶάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.

Indignatur Aristophanes. Quid? Haeccine potissimum Ulyssem videre expetere ante omnia κτῆσίν τε δμῶάς τε! non *patriam*, non *uxorem!* Audi ipsum: ΑΜΕΙΝΟΝ ΑΝ ΗΝ

πατρίδ' ἐμὴν ἄλοχόν τε. [1])

κομιδῇ γὰρ σμικρολόγος φαίνεται προτάσσων τῶν φιλτάτων τὴν κτῆσιν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ Σμικρίνης ἐν Ἐπιτρέπουσιν. Ex suae aetatis modulo animos ac mentes τῶν ἡρώων metitur et nihil ei interesse videtur Smicrinesne loquatur an heros. Ptolemaeorum nemo umquam ita dixisset: credo, sed quid ad Homerum id attinet? Eandem ex cantu avem agnosces Odyss. B. 133.

κακὸν δέ με πόλλ' ἀποτίνειν Ἰκαρίῳ.

simplex horum verborum sententia Aristophani *indecora* et intoleranda visa est: εἰ περὶ χρημάτων ἔλεγε σμικρολόγος ἂν ἐφαίνετο. Itaque ne id fieret commentus est Aristophanes de suo mirificum quoddam et perineptum ὑπέρβατον, de quo infra erit dicendi locus. Nunc Zenodoti peccatum ex eodem fonte ductum inspiciamus. Iliad. Γ. 422.

ἀμφίπολοι μὲν ἔπειτα θοῶς ἐπὶ ἔργα τράποντο,
ἡ δ' εἰς ὑψόροφον θάλαμον κίε δῖα γυναικῶν.
τῇ δ' ἄρα δίφρον ἑλοῦσα φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
ἀντί' Ἀλεξάνδροιο θεὰ κατέθηκε φέρουσα·
ἔνθα κάθιζ' Ἑλένη κούρη Διὸς αἰγιόχοιο
ὄσσε πάλιν κλίνασα, πόσιν δ' ἠνίπαπε μύθῳ.

ad haec Aristonicus excerpsit ex Aristarchi commentariis: ἀπὸ

---

1) Sumsit haec Aristophanes ex Iliad. E. 213.

πατρίδ' ἐμὴν ἄλοχόν τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα.

est autem versiculus:

κτῆσιν ἐμὴν δμῶάς τε καὶ ὑψερεφὲς μέγα δῶμα

n utroque carmine κυκλικός vid Iliad. *T.* 333. Odyss. *H.* 225 et *T.* 526.

τούτου ἕως τοῦ „ἔνθα κάθιζ' Ἑλένη" ςίχοις τέσσαρσι παράκεινται διπλαῖ περιεςιγμέναι ὅτι Ζηνόδοτος μετετίθει τὴν συνέπειαν οὕτως·

ἀμφίπολοι μὲν ἔπειτα θοῶς ἐπὶ ἔργα τράποντο,
αὐτὴ δ' ἀντίον ἷζεν Ἀλεξάνδροιο ἄνακτος
ὄσσε πάλιν κλίνασα, πόσιν δ' ἠνίπαπε μύθῳ.

ἈΠΡΕΠΕΣ *γὰρ αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ τῇ Ἑλένῃ τὴν Ἀφροδίτην δίφρον βαςάζειν.* *Indecorum* est, si quid aliud, Venerem id facere quod Aegyptiorum regina, Zenodoti domina, numquam facere sustinuisset! idque ei tanti ponderis esse visum est ut eximium antiqui vatis locum insigni interpolatione auderet corrumpere, et vestigia omnia *τῆς τῶν παλαιῶν ἀφελείας* funditus delere. Vide autem quid respondeat Aristarchus: *ἐπιλέληςαι δὲ ὅτι γραῒ εἴκαςαι καὶ ταύτῃ τῇ μορφῇ τὰ προσήκοντα ἐπιτηδεύει.* Reperit *colorem* aliquem, ut antiquos versus servare ac retinere posset, non ipsam causam *τὸ τῶν παλαιῶν περὶ τὰ τοιαῦτα ἁπλοϊκόν* perspexit. Necesse est in antiquarum litterarum interpretatione ut tibi animus *antiquus* fiat et ita sentias ut illi veteres sentiebant, quem sensum Alexandrinis Criticis non inesse, aut saltem non satis acrem in iis aut acutum fuisse, multis iam exemplis ostendimus et mox pluribus ostendemus. Ad eundem Iliados locum Γ. 424 annotavit alius nescio quis Aristarchi animadversione usus: *τὸν δὲ δίφρον εἰ* ΜΕΝ *ὡς γραῦς τίθησιν οὐκ ἄτοπον, εἰ* ΔΕ *ὡς Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ λύχνον φαίνει Ὀδυσσεῖ.* Respicit locum in Odyssea Τ. 34.

πάροιθε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη
χρύσεον λύχνον ἔχουσα φάος περικαλλὲς ἐποίει.

non offenderant haec veterum animos, qui nihil de genere hoc mirabantur: deos inter homines versari et omnibus modis quos caros habebant adiuvare, nihilque adeo quod humanum esset a Diis alienum putabant. Sed supervenerunt theologi et philosophi, qui quidquid ex suae aetatis sensu et opinionibus esset *ἀπρεπές*, in Homero aut acerbe notabant indignati Deos immortales

κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατύλλειν.

aut malesana subtilitate aut *ὑπονοίαις* (allegoriis) perabsurdis excusare aut defendere satagebant. Quam vellem nihil huiusmodi opinionibus tribuissent Criticorum Alexandrinorum principes. Sed illi quoque stomachabantur Minervam servili minis-

terio fungi Ulyssi praelucentem. Δουλοπρεπὲς (inquiunt) καὶ λίαν εὐτελὲς τὸ τῆς διανοίας. πολλῷ γὰρ ἦν ἄμεινον ἐπιδημησάσης τῆς δαίμονος αὐτόματον ἐπιλάμψαι πολυτελὲς φῶς. Agnoscisne in his Aristophanem? Quemadmodum autem supra eum vidimus in verbis πόλλ' ἀποτίνειν 'Ικαρίῳ perineptum ὑπέρβατον excogitasse, sic nunc mirificam ellipsin commentus est, quam in Scholio, si tanti est, leges ipse: namque equidem

ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω
πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

Venio nunc ad ipsum Aristarchum, etiam in his longe caeteris saniorem, sed ita tamen ut eadem reprehensione non plane careat.

In Iliad. A. 259 sqq. erat in omnibus libris antiquis et in Zenodoti editione scriptura haec:

ἀλλὰ πίθεσθ', ἄμφω δὲ νεωτέρω ἐστὸν ἐμεῖο.
ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ καὶ ἀρείοσιν ἠέ περ 'Υμῖν
ἀνδράσιν ὡμίλησα καὶ οὔποτέ μ' οἵγ' ἀθέριζον.

Aristarchus de suo 'Ημῖν reposuit pro 'Υμῖν, quod quo argumento adductus fecerit, audi ex ipso: (ἡ διπλῆ περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἠέ περ 'Υμῖν. 'ΕΦΥΒΡΙΣΤΟΣ δὲ ὁ λόγος. διὰ δὲ τοῦ 'Ημῖν καὶ ἑαυτὸν συγκαταριθμεῖ καὶ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτόν. Ain' vero? ἐφύβριστος δὲ ὁ λόγος? Si quis ad regem Ptolemaeum τὸν Εὐεργέτην (vel potius τὸν Κακεργέτην iudice populo apud Athenaeum pag. 184. c), quem Aristarchus discipulum habuit (Athen. pag. 71. b.), ita dixisset: καὶ ἀρείοσιν ἠέπερ ὑμῖν ἀνδράσιν ὡμίλησα, contumeliosa oratio et nullo pacto toleranda omnibus purpuratis visa fuisset. Sed neque illae blanditiae, quas crescente humanitate inter homines elegantiores ἀρέσκεια quaedam peperit, heroibus Homericis notae fuerunt et Aristarchi coniectura cum loci sententia pugnat. 'Αλλὰ πίθεσθε, Nestor inquit, ἐπίθοντο γάρ μοι καὶ ἀμείνονες ἤπερ ὑμεῖς. Plena gravitatis et auctoritatis oratio est, qualis Octaviani Augusti fuit ad iuvenes ita dicentis: *audite iuvenes senem, quem iuvenem senes audiebant* [1]). Ex Aristarchi autem correctione Nestor ita dicit: ἐπίθοντο γάρ μοι καὶ ἀμείνονες ἤπερ ἡμεῖς, σφῷ τε καὶ

1) Stobaeus in *Append. Florent.* I. 5. ἀκούσατε, ἔφη, νέοι γέροντος οὗ νέου γέροντες ἤκουον.

ἐγώ. Cur ergo illi veteres, quales viros se neque vidisse umquam praedicat neque posthac visurum, hominis auctoritatem sequebantur ultro fatentis se illis esse inferiorem? At Nestor μέγα φρονῶν καὶ παρρησιαζόμενος et illos veteres et semet ipsum Agamemnoni et Achilli anteponens sic eos sibi optime monenti obtemperare postulat: πίθεσθε, ἐπίθοντο γάρ μοι καὶ ἀρείονες ἠέ περ ὑμεῖς.

Alius Homeri locus, ubi Aristarchi sententiae non subscribimus, est in Iliad. A. 28—30.

τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης
ἱστὸν ἐποιχομένην καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.

Hos tres versus Aristarchus damnavit. ἀθετοῦνται, ὅτι ἀναλύουσι τὴν ἐπίτασιν τοῦ νοῦ καὶ τὴν ἀπειλήν. ἠσμένισε γὰρ καὶ ὁ Χρύσης εἰπούσης (an συνούσης?) αὐτῆς τῷ βασιλεῖ. ʼΑΠΡΕΠΕΣ δὲ καὶ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα τοιαῦτα λέγειν. Nemini facile credo haec Aristarchum probaturum. Quod autem dixit patri *gratum esse* filiam suam esse Regis concubinam, Alexandriae fortasse in aula dissoluta verum esse poterat, sed non apud heroicae aetatis homines. Contra quod contendit ἀπρεπὲς τὸν Ἀγαμέμνονα τοιαῦτα λέγειν, si id Ptolemaeus Rex dixisset ἀπρεπὲς ἂν ἦν, sed Homerici heroes in talibus εὐθυρρημονοῦσιν.

Iterum ab Aristarcho dissentiendum Iliad. Ω. 130. ubi ad Achillem sua mater ita dicit:

τέκνον ἐμόν, τέο μέχρις ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
σὴν ἔδεαι κραδίην μεμνημένος οὔτε τι σίτου
οὔτ' εὐνῆς; ἀγαθὸν δὲ γυναικί περ ἐν φιλότητι
μίσγεσθ'. οὐ γάρ μοι δηρὸν βέῃ, ἀλλά τοι ἤδη
ἄγχι παρέστηκεν θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή.
ἀλλ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα.

Audi nunc Aristarchi iudicium: ἀθετοῦνται στίχοι τρεῖς (130—132) ὅτι ʼΑΠΡΕΠΕΣ μητέρα υἱῷ λέγειν·

ἀγαθόν ἐστι γυναικὶ μίσγεσθαι.

ἜΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ἁπάντων ἀσυμφορώτατόν ἐστι καὶ μάλιστα τοῖς εἰς πόλεμον ἐξιοῦσιν. χρεία γὰρ εὐτονίας καὶ πνεύματος.

Facile credimus neque Ptolemaeorum matres neque reliquas in aula Alexandrina matronas quidquam huiuscemodi filiis suis praecipere solitas, ut neque nunc matres facile talia filiis suis

suaserint. Sed quid haec omnia adversus antiquam in tali re παρρησίαν τε καὶ εὐθυρρημοσύνην? Ut cogitabant ita aperte loquebantur, et quo natura ducebat ultro sequebantur nihil praeter animi sensum ἀκκιζόμενοι. Deinde πάντων ἀσυμφορώτατον id esse hominibus vita molli et delicata et luxuriosa enervatis facillime nunc intelligimus et credimus, sed quid homines οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν, et quales vivo Aristarcho erant in Aegypto, prae illis Homeri heroibus? Nihil prorsus. Quis autem Achillem cogitare potest nimia Venere languidum et quantumvis acri proelio lassum et imparem? Est hoc diversissima tempora ac mores temere confundentis. Sed in Ptolemaei regia etiam fastidiosis foeminarum auribus erat consulendum. Hinc in Odysseae versiculo O. 373.

τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα,

ne mulierculae offenderentur commenti sunt grammatici aliquid, quod difficile est sine risu audire. Nempe αἰδοίοισιν ἔδωκα esse ἱκέταις καὶ αἰδοῦς ἀξίοις ἔδωκα. vide Scholia ad Odyss. O. 373. et Iliad. X. 124. et Ω. 208. Poterat Eumaeus πτωχοῖς τισὶ καὶ ἀλήταις aliquid dedisse, et ἱκέται αἰδοῖοι usitate dicebantur, ut Odyss. H. 165. ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ, sed non αἰδοῖοι per se *supplices* significabat. Sed honos erat habendus auribus matronarum, in quarum gratiam in Odyss. Θ. 333—342 decem versus in libris quibusdam omittebantur: ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις οἱ δέκα στίχοι οὐ φέρονται διὰ τὸ 'ΑΠΡΕΠΕΙΑΝ ἐμφαίνειν, sed numquam ista artificia bonis moribus quidquam profuerunt et desperandum de eo, cui versus Homerici libidines movere possint. Plato illo tempore anxie reformidabat ne loci quidam Homerici iuventutem in vitium flecterent, quum moribus dudum dissolutis ac perditis nulla amplius remedia prodesse possent. Itaque Aristarchea ἀθετήσει nunc quidem non acquiescemus. Non muliercularum causa olim haec cantabantur, ἀλλὰ τῆς ἀνδρωνίτιδος, ubi rem suo nomine appellare erat consuetum.

Enumerabo nunc ordine complures alios Homeri locos, ubi doctos Criticos videbis chorda oberrantes eadem. Iliad. Δ. 345. ubi Agamemnon Menestheum et Ulyssem increpans „*primos vos ad epulas soleo vocare*", inquit.

ἔνθα φίλ' ὀπταλέα κρέα ἔδμεναι ἠδὲ κύπελλα
οἴνου πινέμεναι μελιηδέος, ὄφρ' ἐθέλητον.

Sordidum id visum Aristarcheo nescio cui, qui annotavit: *ἐπαιτιῶνται δὲ αὐτοὺς οἱ ἡμέτεροι (οἱ Ἀριςάρχειοι) ὡς ἀπρεπῶς καὶ παρὰ τὰ πρόσωπα εἰς κρεᾴδιον (καὶ οἰνάριον* addi debuerat) *ὀνειδίζοντος τοῦ Ἀγαμέμνονος.* Haec quoque *παρρησία* in Ptolemaeorum tempora non cadebat: poterant talia tacitis animis apud se cogitare nonnumquam, sed perquam *indecorum* tunc erat, et nunc est, illa palam dicere. Antiqua simplicitas quae sentiebat aperte loquebatur.

Iliad. H. 390. Fetialis Troianorum Paridi propalam in Graecorum castris pestem et exitium imprecatur. *Indecora* ea res visa Democrito est, itaque non palam sed *secum* illa dixisse hominem suspicatur. *ὡς πρὶν ὤφελλ' ἀπολέσθαι: καθ' ἑαυτὸν καὶ ἠρέμα (λέγει ὁ κήρυξ), ὡς Δημόκριτος ἀξιοῖ* ΆΠΡΕΠΕϹ *ἡγησάμενος τὸ φανερῶς λέγεσθαι.* Multa Democritus de Homero scripsit vehementer poëtae divinum ingenium et eloquium admiratus [1]): sed interpretationem carminum Homericorum parum aut nihil promovit, unde rarissime in Scholiis pauca quaedam ex eo afferuntur perexigui momenti. Quo pacto quaeso fetialis illa sic dicere potuit ut nemo Graecorum audiret? et cur non libere Paridem exsecraretur, quem omnes mortis instar odissent? Iliad. Γ. 454.

Ἶσον γάρ σφιν πᾶσιν ἀπήχθετο κηρὶ μελαίνῃ.

praeterea quam incongruum est fetialem in media oratione nescio quid secum mussitare.

Iliad. I. 203. *ζωρότερον δὲ κέραιε*: reprehendit ea nescio quis his verbis: ΆΠΡΕΠΕϹ *δὲ τὸ ὡς ἐπὶ κῶμον ἥκουσιν ἀκρατότερον διδόναι παρακελεύεσθαι.* Sensum communem non habet homo, quisquis est, aut numquam amicos meracioribus poculis invitavit.

Non agnoscimus Aristarchi sanum ac sobrium iudicium Iliad. I. 222.

αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο.

ubi annotavit: *φαίνονται καὶ παρ' Ἀγαμέμνονι δειπνοῦντες* paullo ante. ἎΜΕΙΝΟΝ *οὖν* ΕΙΧΕΝ ἊΝ, *φησὶν ὁ Ἀρίσαρχος, εἰ ἐγέγραπτο*

1) Dio Chrysost. Orat. LIII. *ὁ Δημόκριτος περὶ Ὁμήρου φησὶν οὕτως· „Ὅμηρος φύσιος λαχὼν θεαζούσης ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων.“*

(αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος) ἊΨ 'ЄΠΑCΑΝΤΟ. ἵνα μὴ εἰς κόρον ἐσθίειν καὶ πίνειν λέγωνται. Cogitare videtur de Ptolemaei convivis, qui quum ex epulis regiis saturi revertissent, non facile statim novis dapibus vesci potuissent. Alia erant τῶν ἡρώων ἥ τε ῥώμη καὶ ἡ δίαιτα. Mirari soleo quod Didymus addidit: ἀλλ' ὅμως ὑπὸ περιττῆς εὐλαβείας οὐδὲν ΜЄΤЄΘΗΚЄΝ ἐν πολλαῖς οὕτως εὑρὼν φερομένην τὴν γραφήν. Utuntur omnes illo loco ad demonstrandum quanta religione in constituendo Homerico textu Aristarchus fuerit usus. Sed omnia suadent ut credamus ἄψ ἐπάσαντο esse ipsius Aristarchi coniecturam non admodum felicem neque elegantem, et vulgatam scripturam non ἐν πολλαῖς sed ἐν πάσαις lectam fuisse. Quae est igitur, quaeso, illa περιττὴ εὐλάβεια?

Iliad. I. 452. παλλακίδι προμιγῆναι: 'ΑΠΡЄΠЄC τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ διεξιέναι πρὸς μηδὲν ἀναγκαῖον. Ex suae aetatis sensu homo iudicat. Illi veteres si quid deliquissent ultro candide fatebantur. Et quid est magis ἀναγκαῖον quam Phoenicem agnoscere culpam? Qui commenti sunt de suo lectionem perineptam:

τῇ σὺ πιθόμην οὐδ' ἔρξα,

poëtam secum ipsum pugnare nil morabantur. Pugnant enim aperte inter se: τῇ οὐ πιθόμην οὐδ' ἔρξα, et: πατὴρ δ' ἐμὸς ΑΤΤΙΚ' ὀϊσθεὶς πολλὰ κατηρᾶτο.

Iliad. I. 688—693. ἀθετοῦνται στίχοι πέντε —. καὶ γὰρ ὅλοι 'ΑΠΡЄΠЄΙC οἱ στίχοι. Quid est tandem in his ἀπρεπές? Nempe dixit: εἰσὶ καὶ οἵδε. τὰ εἰπέμεν, et *indecorum* videtur ὅτι ὡς ἀπιστησόμενος μάρτυρας ἐπισπᾶται. Omnes hoc faciunt et lubenter faciunt qui vera loquuntur.

Iliad. Ξ. 1.

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης.

'ΑΠΡЄΠЄC τινες οἰηθέντες εἶναι καὶ ΟΥ κατὰ πρεσβύτην τὸ πίνειν — ἀκολάστως φασὶ καὶ ὡς μέθυσος πίνει. quod quum nullo pacto ferendum esse inepti opinarentur, excogitarunt aliquid quod infra proferam. Quam sit senum naturae congruens id quod apud poëtam est Grammatici in aula regia non sentiebant.

Iliad. Π. 85.

ἀτὰρ οἱ περικαλλέα κούρην
ἂψ ἀποδάσσωσι, προτὶ δ' ἀγλαὰ δῶρα πόρωσιν.

ecce iterum Crispinus: 'ΑΠΡЄΠЄC δὲ τὸ παλλακίδος καὶ δώρων

μεμνῆσθαι, et ineptius etiam alter: *ἔρωτα δὲ παλλακίδος καὶ φιλαργυρίαν ἐπιδείκνυνται οἱ στίχοι.* Ain' vero? *Φιλαργυρίαν*? O simplex et candida antiquitas, quam nihil hi homines te noverant aut intelligebant! Aperto olim voto vivebant neque simulata humanitate et elegantia ea quae valde cupiebant specie recusantium volebant aspernari videri.

Iliad. Π. 667. Apollini imperat Iupiter occiso Sarpedone *κελαινεφὲς αἷμα κάθηρον — καί μιν ἔπειτα λοῦσον ποταμοῖο ῥοῇσι κτέ.* Zenodoto visum est *παράλογον τὸν* ΆΠΕΝΘΗ *τοιαῦτα διακονεῖσθαι*, eoque levissimo argumento *ἠθέτηκε τοὺς στίχους*, quos Aristarchus rectissime retinuit. Cur est tandem *παράλογον* Apollinem Iovi carissimi filii funus curanti dicto esse audientem?

Subridicula annotatio legitur ad Iliad. Π. 747. „*heroes neque piscibus vescuntur neque volucribus*" *καθόλου γὰρ τὴν τοιαύτην χρῆσιν διὰ τὸ μικροπρεπὲς παρῃτήσατο*, et post pauca: *ὅρα δὲ οἷον ἦν ἰχθὺν καθαίρειν τὸν τῆς Θέτιδος ἢ τὸν ζωμὸν ἕψειν.* Sunt haec *σατυρικὰ καὶ κωμικά* et ab Homerici carminis maiestate aliena.

Iliad. Σ. 591. Vulcanus in Achillis clypeo chorum caelavit:

τῷ ἴκελον οἷόν ποτ' ἐνὶ Κνωσῷ εὐρείῃ
Δαίδαλος ἤσκησεν.

fuerunt nonnulli qui opinarentur *δύσφημον εἶναι μᾶλλον δὲ* ΆΠΡΕΠΕΣ *Ἥφαιστον μιμητὴν γίνεσθαι τῶν Δαιδάλου ἔργων.* Itaque opem Deo ferentes minime necessariam pro *οἷον* de suo *οἷον* dederunt et omnem loci compositionem plane perverterunt.

Ex simili opinionis errore Zenodotus corrupit locum Iliad. Δ. 88, ubi Minerva

Τρώων κατεδύσεθ' ὅμιλον
Πάνδαρον ἀντίθεον διζημένη εἴ που ἐφεύροι.
εὗρε Λυκάονος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε
ἑσταότα.

Indignum Zenodoto visum deam immortalem *nescire* ubi esset Pandarus. Itaque *de suo* dedit: *Πάνδαρον ἀντίθεον διζημένη· εὗρε δὲ τόνδε ἑσταότα* et vs. 89. expunxit *δοκῶν ἀνθρώπινον τὸ ζητεῖν εἶναι.* Subridens annotavit Aristarchus: *καταλέλοιπε δὲ τὸ διζημένη*, nempe hoc quoque *ἀνθρώπινον* erat et in Deam

non cadebat, ut *tum* quidem vulgo opinabantur. In simplicitate antiqua quis tandem in tali re offendisset?

Unum ex Iliade locum addam. Legitur T. 318.

κρείσσων εἶς ἐμέθεν καὶ φέρτερος οὐκ ὀλίγον περ
ἔγχει, ἐγὼ δέ κε σεῖο νοήματί γε προβαλοίμην
πολλόν, ἐπεὶ πρότερος γενόμην καὶ πλείονα οἶδα.

laudans hunc versum Aristides περὶ τοῦ παραφθέγματος Tom. II. pag. 499. Dind. addit: οἱ φαῦλοι τῶν γραμματιστῶν λυμαίνονται τῷ ἔπει, οἳ τὸ ΠΟΛΛΟΝ ἀπολύουσιν ἀπὸ τοῦ προτέρου, ἄγουσι δ' ἐπὶ τὰ ἑξῆς, ὧν ἡγεῖται κατὰ τὴν τοῦ ἔπους ἀρχήν. Eadem res multis commemoratur in Scholiis: θαυμασία καὶ διαβόητος ἡ στιγμὴ ἡ εἰς τὸ π ρ ο β α λ ο ί μ η ν καὶ ἀναφέρεται εἰς Ἀριστοκλέα. Quid tandem permovit Aristoclem ut tam coactam et contortam verborum compositionem naturali ac simplici anteponeret? Nempe ἈΠΡΕΠΕC δοκεῖ αὐτῷ τὸ π ο λ λ ό ν τοῖς ἡγουμένοις συνάπτειν, poteratque ea res Achilli displicere aut bilem movere. Grammaticorum deliramenta haec sunt eo turpiora quo pluribus exemplis constabat τοὺς ἥρωας in semet ipsis laudandis naturam magis secutos quam artificiose simulatam modestiam.

Scholion ad Odyss. Γ. 367. ita constituendum: χρεῖός μοι ὀφέλλεται οὔτι νέον γε οὐδ' ὀλίγον: AICXPON γὰρ τὸ δοκεῖν διὰ βραχὺ ἀργύριον ἀπαλλάττεσθαι, mirum ni ἀργυρίδιον scripserit ut est tota observatiuncula εὐτελὴς καὶ νεωτερική.

Odyss. H. 238. τίς τοι τάδε εἵματ' ἔδωκεν; annotatur: δοκεῖ τισὶ μ ι κ ρ ο π ρ ε π ὲ ς καὶ τ α π ε ι ν ὸ ν τὸ τὴν Ἀρήτην παρὰ τοῦ ξένου πρῶτον περὶ τῆς ἐσθῆτος πυνθάνεσθαι.

Quid contra naturae congruentius est, quid matronarum ingenio convenientius? Regina Aegypti et opulentae Alexandrinorum uxores talia non curabant: facile credo, sed quid ad Homerum? Μικροπρεπές et ταπεινόν vocabula sunt arrogantium aulicorum.

Odyss. H. 311.

εἰ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι, τά τε φρονέων ὡς ἐγώ περ,
παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι.

τοὺς ἕξ (311—316) Ἀρίσταρχος διστάζει Ὁμήρου εἶναι. εἰ δὲ καὶ Ὁμηρικοὶ (id est *etiamsi forma et verbis similis sunt Homericis, etiamsi versuum Homericorum speciem referunt*) εἰκότως (ἂν add.)

αὐτοὺς περιαιρεθῆναί φησι. πῶς γὰρ ʼΑΓΝΟΩΝ *τὸν ἄνδρα μνηστεύεται αὐτῷ τὴν θυγατέρα;* Facile intelligimus numquam Aristarchum suam filiam *ignoto homini* in matrimonium daturum fuisse, nedum ut ipse ultro ei hanc conditionem offerret, sed heroicae aetatis alia ratio erat et alii mores et opiniones: *οὐ γὰρ εἰς τὸν πλοῦτον ἀφεώρων οἱ παλαιοὶ ἀλλ' εἰς τὴν ἀρετὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως.*

βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικας (Od. Ω. 253.)
γενεῇ δὲ Διὸς μεγάλοιο ἐΐκτην. (Od. Δ. 27.)
οἷοί τε ἀνάκτων παῖδες ἔασιν. (Od. N. 223.)
ἐπεὶ οὔ κε κακοὶ τοιούσδε τέκοιεν. (Od. Δ. 64.)

Bonum factum quod eximium locum intactum reliquerunt, neque ex perversa opinione praeclaros versus *περιεῖλον*, quod Aristarchus merito fieri dixerat.

Si quid Plutarcho credimus *de audiendis poëtis* pag. 26. F. versus ex Iliad. I. 458—461. Aristarchus expunxit: *ὁ μὲν ʼΑρίσταρχος ἐξεῖλε τὰ ἔπη φοβηθείς.*

Satis est damni quod ex huiuscemodi pravis et praeposteris opinionibus saepius perineptas interpretationes nobis procuderunt, quarum exempla quaedam subiicere iuvat.

In Odyss. B. 133. commentus est aliquis, cui Telemachus *εἰ περὶ χρημάτων ἔλεγε σμικρολόγος ἂν ἐφαίνετο*, mirificum quoddam *ὑπέρβατον*, quod nemo in Scholiis sine risu poterit legere aut saltem relegere.

Non minus absurdas et incredibiles traiectiones de nihilo finxerunt in Iliad Ξ. 1. ne Nestor potare videretur, quod isti *οὐ κατὰ πρεσβύτην* esse iudicabant, quod contra esse sciunt omnes. Vix est credibile fuisse qui verba poëtae ita *βιαίως* distinguerent:

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή, πίνοντά περ ἔμπης
ἀλλ' ʼΑσκληπιάδην ἔπεα πτερόεντα προσηύδα,

ut non Nestor sed Machaon vulneratus potaret. Talia serio refutare quis dignabitur? Similiter in Iliad. T. 218. et Iliad. Π. 849.

ἀλλά με μοῖρ' ὀλοὴ καὶ Λητοῦς ἔκτανεν υἱός,
ἀνδρῶν δ' Εὔφορβος, σὺ δέ με τρίτος ἐξεναρίζεις.

ubi gravissima quaestio oritur: *πῶς τέσσαρας καταριθμήσας* — *ἐπιφέρει σὺ δέ με* ΤΡΙΤΟϹ *ἐξεναρίζεις;* spreta simplicissima solutione nonnulli ad *ὑπέρβατον* confugerunt, ut verba quasi sic

disposita acciperentur: ἀνδρῶν δὲ τρίτος Εὔφορβος, σὺ δέ μ' ἐξεναρίζεις. quod qui concoquere poterit numquam ei arte Critica aut omnino iudicio in vita erit opus.

Caeterum mirificae hae et portentosae verborum traiectiones praeter naturam fictae revocant mihi in memoriam lepidam historiolam apud Athenaeum pag. 493. F. ubi Ptolemaeus Philadelphus similem verborum traiectionem a Sosibio grammatico excogitatam salsissime ludificatur.

Multae Criticorum ἀθετήσεις non aliunde quam hinc natae sunt. Ex suo et aequalium sensu, iudicio, opinione aestimabant antiquitatis sensum ac mentem. In Iliad. Ξ. 317. ἀθετοῦνται ςίχοι ἕνδεκα, ὅτι ἌΚΑΙΡΟΣ ἡ ἀπαρίθμησις τῶν ὀνομάτων. καὶ ὁ ἐπειγόμενος συγκοιμηθῆναι πολυλογεῖ. Itaque Aristarchus ἀθετεῖ καὶ Ἀριςοφάνης προηθέτει. Aristophanes, quem constat ἐρωτικόν fuisse, numquam in tali re longo sermone usurus fuisse videtur: facile credimus, sed alia veteribus cantoribus quique eos audiebant olim placuisse credibile est, quibus nihil his erat iucundius εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι. Homeri carmina vitae et naturae speculum esse iudicant: esto, sed *antiquae* naturae et ingenii, non Aristophanis et Aristarchi aequalium.

Οὐδὲν ἂν ἦν τῶν γραμματικῶν μωρότερον εἰ μὴ φιλόσοφοι ἦσαν, quorum nonnulli in Homero interpretando palmam stoliditatis grammaticis praeripuerunt. Calypso Ulyssi immortalitatem pollicetur, quam ille accipere noluit. Odyss. H. 256.

ἔφασκε
θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήρων ἤματα πάντα.
ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ ςήθεσσιν ἔπειθεν.

Scin cur recusaverit? Numquam reperies nisi ab Antisthene audiveris. Ἀντισθένης φησὶν ὅτι τοὺς ἐρῶντας ἤδη (leg. ᾔδει) ψευδομένους τὰς ὑποσχέσεις. τοῦτο γὰρ ποιεῖν οὐκ ἠδύνατο δίχα τοῦ Διός. Hem! hoc demum est Homerum interpretari et sapere! Peius etiam est ubi Alcinous ultro filiam Ulyssi uxorem offerre *videtur:* videtur, inquam, namque ταῦτά φησι πειρώμενος εἰ ταῖς ἀληθείαις ἀπείπατο τὸν Καλυψοῦς γάμον, nempe si conditionem accepisset in manifesto mendacio deprensus foret. ad Odyss. Η. 311 et 313. Sunt haec philosophorum iocantium, ut saepissime Socratem apud Platonem et Xenophontem in versibus Homericis ludentem videmus, non ut poëtae sententiam

aut verba interpretaretur, πόθεν; sed ut etiam hinc dialogorum suavitas tamquam sale condita foret Melius igitur omnia haec philosophorum ludibria et iocos Porphyrius, qui solus omnium iis utitur, omisisset, quia ad poëtae interpretationem *nihil conferunt* neque adeo serio sunt dicta. Etiam Grammaticorum interpretationes, quales multas protulimus, satis apparet non esse *serio* scriptas, sed aut ingenii ostentandi gratia excogitatas aut ad impetus adversariorum acute et solerter eludendos. Haec igitur omnia iis, qui Poëtam vere et utiliter interpretari student, seponenda sunt et contemnenda:

ψεῦδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον.

Ante omnia vero abiiciendae sunt Etymologiae, quibus nihil est ληρωδέστερον: nam praeterquam quod falsae sunt omnes ac nulli rei utiles, ne *seriae* quidem sunt sed ingenii lascivientis ludusque iocusque. *Una* tantum est in Scholiis ad Odysseam etymologia vera: θεουδής esse θεοδεής, idque homo casu magis quam ratione reperit. Reliquae sunt mera παίγνια, et aegrorum somnia et deliramenta, veluti φερνή ὅτι φέρει εἰς εὐνήν, similiaque sexcenta. Lepide Cicero deridens Stoicorum in hoc genere ineptias *de Nat. Deor.* III. § 62. *quoniam* NEPTUNUM *a* NANDO *appellatum putas nullum erit nomen quod non possis una littera explicare unde ductum sit. In quo quidem magis tu mihi natare visus es quam ipse Neptunus.* Salsissime autem ea imitando deridet, ut *de Offic.* I. § 23. *audeamus imitari Stoïcos — credamusque quia* FIT *quod* DICTUM *est appellatam* FIDEM. Aperte iocatur neque his quidquam credit, omninoque tales ineptiae in vitae luce et celebritate ab hominibus elegantibus et festivis multo facilius redarguuntur quam in scholae otio et umbra. Nunc nova Etymologiarum ars calet, sed, ne dicam dolo, ἡ νῦν τέχνη τῆς πρότερον ἀτεχνίας οὐ πάνυ τι πιθανώτερα τίκτει. Melius Ciceronem imitabimur qui Etymologiam a se fictam promens addidit subridens: *lusisse putemur si nihil sit* [1]), idque omnibus huiuscemodi veriverbiis accinendum. Putasne serio

1) Cic. *Tusc. Quaestt.* III. § 18. FRUGALITAS, *ut opinor, a* FRUGE, *qua nihil melius e terra:* NEQUITIA *ab eo* (*etsi erit hoc fortasse durius; sed tentemus;* LUSISSE PUTEMUR, SI NIHIL SIT.) *ab eo, quod* NEQUIDQUAM *est in tali homine.* Ergo lusisse nunc iocosum virum putabimus.

et graviter et ex animi sententia scribere magistrum nescio quem (ad Odyss. A. 75.) Ulyssem esse ita appellatum ἐπειδὴ κατὰ τὴν ὁδὸν ὗσεν ὁ Ζεύς? Itaque haec quoque omnia seponemus memores dicti Tulliani *de Divin.* II. § 119. *sed nescio quomodo nihil tam absurde dici potest quod non dicatur ab aliquo philosophorum*, quod non erit minus vere dictum si substitueris „*ab aliquo* GRAMMATICORUM".

II.

Ἕ∆NA — MEIΛIA — ∆ΩPA.

Odyss. A.

277. οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα
278. πολλὰ μάλ, ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι,
279. σοὶ δ' αὐτῷ πυκινῶς ὑποθήσομαι αἴ κε πίθηαι.

annotatur ad vs. 277: οὗτος δὲ ὁ στίχος ἐν τῇ κατὰ Ῥιανὸν οὐκ ἦν, manifesto errore. Olim quum Marcianum Codicem excuterem subnata mihi suspicio est vs. 283. apud Rhianum omissum fuisse. Nunc non dubito quin Rhianus omiserit vs. 278

πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι.

quoniam et molestus est et cum certa Homericae aetatis consuetudine pugnat. Confunditur enim certum ac perpetuum discrimen inter ἕδνα et μείλια, in qua re quum Criticos Alexandrinos errare suspicer, primum eorum sententiam quam disertissimis testimoniis declaratam proponam. Apollonius v. Ἀλφεσίβοιαι: ἀλφαίνουσαι βόας, τοῦτ' ἔστιν ἈΝΑλαμβάνουσαι. οἱ γὰρ γαμοῦντες ἐδίδοσαν ταῖς γαμουμέναις βόας καὶ τὰ ὅμοια μήπω νομίσματος εὑρημένου.

ἔνθα μὲν ἠΐθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι. (Iliad. Σ. 593.)

ubi primum emenda ἀλφΑνουσαι, non enim alia forma Graeca est (ut infra ostendam) quam ἀλφΑνω penultima brevi et aoristus ἦλφον. Deinde pro ἈΝΑλαμβάνουσαι vera lectio est ἕ∆NA λαμβάνουσαι.

Cum hoc loco primum compone locum ex Iliad. A. 242.

ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου
κουριδίης, ἧς οὔτι χάριν ἴδε, πολλὰ δ' ἔδωκεν.

πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέστη,
αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς, τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο.

ad quem locum haec est Aristarchi annotatio: *ἡ διπλῆ ὅτι θρέμμα* (leg. *θρέμματα*) *ἐδίδοσαν οἱ μνηστευόμενοι. πρὸς τὴν ἐξήγησιν τῶν ἀλφεσιβοιῶν παρθένων, ὅτι εἰσὶν αἱ ἀλΦΑΙνουσαι βόας, ὅ ἐστιν εὑρίσκουσαι.* ubi *ἀλφάνουσαι* scribendum. Ad Odyss. A. 276. annotatur: *ἜΔΝΑ λέγει τὰ ὑπὸ νυμφίων διδόμενα, τὰ δὲ ὑπὸ πατέρων* ΜΕΙΛΙΑ (absurde editur ΚΕΙ*μήλια*). Recurrunt eadem Odyss. B. 195.

μητέρ' ἑὴν ἐς πατρὸς ἀνωγέτω ἀπονέεσθαι.
οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα
πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι.

ubi Scholion est: *οἱ δὲ γάμον τεύξουσιν: δηλονότι οἱ μνηστῆρες καὶ εὐτρεπίσουσιν ἔεδνα, ὅσα δεῖ ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ παιδὶ δίδοσθαι παρὰ τῶν γαμούντων.* ΚΕΙ*μήλια δὲ* (imo vero ΜΕΙΛΙΑ *δέ*) *τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς τῆς νύμφης διδόμενα.* et post pauca: *ἔεδνα: τὰ παρὰ τοῦ νυμφίου,* ΓΑ*μήλια* (optime V. *μείλια*) *δὲ τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς τῆς νύμφης διδόμενα,* et iterum: *οἱ δὲ γάμον τεύξουσιν: οὗτοι οἱ μνηστῆρες οἱ ἐν τῷ δώματι τοῦ πατρὸς ἑτοιμάσουσιν ἔεδνα.*

Quo melius res appareat omnes Homeri locos deinceps proponam et Criticorum animadversiones, quae supersunt, apponam: deinde errorem, in quo se induerunt, aperiam.

Iliad. Π. 178.

ὅς ῥ' ἀναφανδὸν ὄπυιε πορὼν ἀπερείσι' ἔεδνα.

ἡ διπλῆ ὅτι ἕδνα τὰ ὑπὸ τῶν γαμούντων διδόμενα ταῖς γαμουμέναις.

Iliad. I. 146 et 288.

τάων, ἥν κ' ἐθέλῃσι φίλην ἀνάεδνον ἀγέσθω
πρὸς οἶκον Πηλῆος· ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω
πολλὰ μάλ', ὅσσ' οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί.

ad vs. 146. annotatur: *ἀνάεδνον: ἡ διπλῆ ὅτι ἕδνα ἐδίδοσαν οἱ νυμφίοι ταῖς παρθένοις.* et ad vs. 147. *ἡ διπλῆ ὅτι καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν μόνων ἐπέμπετο, ἃ λέγει.* manifestum est deesse aliquid in fine: supplendum: *ἃ λέγει* (Μ*είλια*).

Iliad. N. 365.

ᾔτεε δὲ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην
Κασσάνδρην ἀνάεδνον, ὑπέσχετο δὲ μέγα ἔργον
ἐκ Τροίης ἀέκοντας ἀπωσέμεν υἷας Ἀχαιῶν.

cui Graeci per derisionem Agemennonis se filiam eadem lege daturos pollicentur vs. 378.

δοῖμεν δ' Ἀτρεΐδαο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην
Ἄργεος ἐξαγαγόντες ὀπυιέμεν.
ἀλλ' ἕπευ, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποντοπόροισιν
ἀμφὶ γάμῳ, ἐπεὶ οὔτοι ἐεδνωταὶ κακοί εἰμεν.

Scholion ad vs. 366. ἀνέεδνον: ἡ διπλῆ ὅτι ἕδνα ἐδίδοσαν οἱ μνηστευόμενοι. διὸ οὗτος ὑποσχόμενος ἐξελάσειν τοὺς Ἕλληνας ἀνέεδνον αἰτεῖ τὴν Κασσάνδραν. et ad vs. 382. ἐεδνωταί: ἡ διπλῆ ὅτι ἕδνα ἐδίδοσαν οἱ μνηστευόμενοι. ἐεδνωταὶ δὲ κηδεσταί, πενθεροί. οὗτοι γὰρ τὰ ἕδνα παρὰ τῶν μνηστευομένων ἐνεδέχοντο, leg. Ἐδέχοντο.

Iliad. Π. 190.

ἠγάγετο πρὸς δώματ' ἐπεὶ πόρε μύρι' ἔεδνα.

cf. Schol. ad. vs. 178.

Iliad. X. 472.

ὅτε μιν κορυθαίολος ἠγάγεθ' Ἕκτωρ
ἐκ δόμου Ἠετίωνος ἐπεὶ πόρε μύρι' ἔεδνα.

Quemadmodum de sponso dicitur πόρε μύρι' ἔεδνα, sic dicitur de iis qui filiam elocarunt Odyss. O. 367.

τὴν μὲν ἔπειτα Σάμηνδε δόσαν καὶ μύρι' ἕλοντο.

id est μύρια ἕδνα ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ἔλαβον.

Iliad. X. 51

πολλὰ γὰρ ὤπασε παιδὶ γέρων ὀνομάκλυτος Ἄλτης.

Scholion: ἡ διπλῆ ὅτι οἱ πατέρες ταῖς θυγατράσι γαμουμέναις δῶρα παρεῖχον.

ἐγὼ δ' ἐπὶ μείλια δώσω.

Iliad. X. 88. οὐδ' ἄλοχος πολύδωρος: ἡ διπλῆ ὅτι ἕδνα ἐδίδοσαν οἱ παλαιοὶ ταῖς θυγατράσι καὶ πολύδωρον λέγει τὴν πολύεδνον.

Adde his quae ex Aristarcho Hesychius servavit: Ἕδνα: τὰ ὑπὸ τῶν μνηστήρων ταῖς μνηστευομέναις διδόμενα. μείλια δὲ τὰ ὑπὸ τῶν γονέων ταῖς γαμουμέναις. Idem in v. Ἀνάεδνον (male pro ἀνέεδνον): — ἕδνα ἐστὶ τὰ πρὸ τῶν γάμων ταῖς γαμεῖσθαι μελλούσαις παρὰ τῶν μνηστήρων διδόμενα δῶρα. Cf. Etym. M. v. Ἕδνα: τὰ πρὸ τοῦ γάμου ὑπὸ τοῦ νυμφίου διδόμενα δῶρα τῇ νύμφῃ. et Eustath. ad Odyss. A. 277. pag. 1417, 12. οἱ δὲ

ἀκριβέϛεροι τῶν παλαιῶν ἕδνα λέγεσθαι κυρίως φασὶ τὰ ὑπὸ τῶν νυμφίων ἀλλήλοις διδόμενα.

Nunc locos ex Odyssea tamquam testes audiamus β. 53.

οἳ πατρὸς μὲν οἶκον ἀπερρίγασι νέεσθαι
Ἰκαρίου ὥς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα,
δοίη δ' ᾧ κ' ἐθέλοι.

ζ. 159.

ὅς κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται.

θ. 318.

εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδῷσιν ἔεδνα,
ὅσσα οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεκα κούρης.

λ. 117. et ν. 378.

μνώμενοι ἀντιθέην ἄλοχον καὶ ἕδνα διδόντες.

λ. 280.

Χλῶριν περικαλλέα Νηλεύς
γῆμεν ἑὸν διὰ κάλλος ἐπεὶ πόρε μύρι' ἔεδνα.

ο. 16.

ἤδη γάρ ῥα πατήρ τε κασίγνητοί τε κέλονται
Εὐρυμάχῳ γήμασθαι. ὁ γὰρ περιβάλλει ἅπαντας
μνηϛῆρας δώροισι καὶ ἐξώφελλεν ἔεδνα.

π. 391. et φ. 161.

ἕκαϛος
μνάσθω ἐέδνοισι διζήμενος, ἡ δέ κ' ἔπειτα
γήμαιθ' ὅς κε πλεῖϛα πόροι.

et τ. 529.

ἢ ἤδη ἅμ' ἕπωμαι Ἀχαιῶν ὅϛις ἄριϛος
μνᾶται ἐνὶ μεγάροισι πορὼν ἀπερείσι' ἔεδνα.

Videamus nunc an ex hisce incorruptis antiquitatis testimoniis melius quam Alexandrini fecerunt, heroicae aetatis morem colligere possimus. Ac primum quidem statuemus falli Criticos veteres in eo quod unanimi consensu narrant omnes τὰ ἕδνα esse δῶρα τὰ ὑπὸ τῶν μνηϛήρων, τῶν μνηϛευομένων, τῶν νυμφίων, τῶν γαμούντων διδόμενα ταῖς ΓΑΜΟΥΜЄΝΑΙϹ, atque ita omnes existimant novam nuptam τὰ ἕδνα secum in mariti domum deferre. Itaque sine ulla offensione legebant Odyss. A. 278. et B. 196.

οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα
πολλὰ μάλ', ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι.

quae alii de *parentibus* dicta accipiebant, de *procis* alii, sed ἕπεσθαι, id est ἀκολουθεῖν, nullo alio sensu accipi potest, nisi ut τὰ ἕεδνα novam nuptam *sequantur* et in mariti domum deferantur. Eadem est etiamnunc vulgaris opinio ἕδνα de *dote* quoque apud Homerum dici solere: sed quicumque testimonia, quae supra scripta sunt, diligenter consideraverit dabit mihi, credo, τὰ ἕδνα non ταῖς παρθένοις, ταῖς γαμουμέναις, ταῖς μνηϛευομέναις dono dari, sed τοῖς τῶν μνηϛευομένων παρθένων πατράσι et patres suas filias illi tradere ὅϛις περιβάλλοι ἅπαντας μνηϛῆρας δώροισιν, id est illi *qui dedisset plurimum*: itaque uno verbo patres suas filias VENDERE τοῖς ἑέδνοις et procos τῶν ἕδνων ὑπερβολῇ puellam a patre suo EMERE. In aula Ptolemaeorum inter purpuratos de illo more antiquitatis, qui olim plurimus in Asia et alibi locis consuetus fuerat, cogitabat nemo. Sponsae *mittere munera* et *sponsalia dona* quid esset probe noverant, sed filiam armentis et gregibus (νομίσματος οὔπω εὑρημένου) a patre *emere* quid esset numquam audiverant. Sed Aristoteles id probe noverat, qui scribit in *Polit.* II. cap. 5. τοὺς ἀρχαίους νόμους λίαν ἁπλοῦς εἶναι καὶ βαρβαρικούς· ἐσιδηροφοροῦντο γὰρ οἱ Ἕλληνες καὶ τὰς γυναῖκας ἘΘΝΟΥΝΤΟ παρ' ἀλλήλων. Sic igitur formosae puellae non sibi erant ἀλφεσίβοιαι, sed patribus suis. Audi poëtam Odyss. Λ. 287.

τοῖσι δ' ἐπ' ἰφθίμην Πηρὼ τέκε θαῦμα βροτοῖσι,
τὴν πάντες μνώοντο περικτίται· οὐδέ τι Νηλεὺς
τῷ ἐδίδου ὃς μὴ ἕλικας βοῦς εὐρυμετώπους
ἐκ Φυλακῆς ἐλάσειε βίης Ἰφικληείης.

optime Pausanias de ea re sic scribit IV. 36. 2. ταύτας γὰρ δὴ τὰς βοῦς Νηλεὺς ἝΔΝΑ ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ᾔτει τοὺς μνωμένους. Quid? putesne Neleum eximias ex Thessalia boves Iphicli filiae suae petere an *sibimet ipsi?* Minime obscurum hoc quidem est, et Pausanias diserte § 3. Νηλεὺς γενέσθαι οἱ βοῦς ἐπεθύμησε τὰς Ἰφίκλου, et sic pulcherrima puellarum Pero patri suo, non sibi, fuit ἀλφεσίβοια. Haec sibi pater ἕδνα ἐπὶ τῇ θυγατρὶ αἰτεῖ, et uno verbo ἐεδνοῦται τὴν θυγατέρα, id est ἐπὶ τούτοις τοῖς ἕδνοις τὴν θυγατέρα τῷ μνηϛῆρι δίδωσιν. Hinc uxori iratus Ἥφαιϛος Odyss. Θ. 317 ita dicit:

ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει,
εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδῷσιν ἕεδνα,

ὅσσα οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεκα κούρης.

patri, ut vides, *τὰ ἕδνα* dederat, ergo et *a patre reposcit* non facturus si ea nova coniux pro dote ad maritum attulisset. Quid attinebat commemorare Iliad. Λ. 243. ingentia sponsi dona:

πολλὰ δ' ἔδωκε
πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέςη,
αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς, τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο.

si ea omnia statim cum uxore ad eum reditura fuissent? Nulla est dubitatio quin haec quoque formosa puella non *sibi*, sed *patri suo*, fuerit *ἀλφεσίβοια*. Iam reliquos Homeri locos inspiciamus: Agamemnon Achilli ut in magni beneficii loco filiam *ἀνέεδνον* pollicetur; Othryoneus a Priamo paciscitur *Κασσάνδρην ἀνέεδνον*, si hostes ab Ilio repulisset. Quid esset ea re sordidius abiectiusque si sic *nova nupta* suis *ἕδνοις* spoliaretur? Sed Agamemnon nihil *sibi* dari postulat, et Othryoneus sat Priamo pro filia datum iudicat si eum hostili metu liberasset. Quod ad Nausicaam dicit Ulysses:

ὅς κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται.

non significat: „qui te donis *oneratam* domum duxerit", sed qui donis reliquos procos superaverit omnes eoque fuerit potior. Esto, dixerit aliquis, est illa interpretatio naturae congruens et refert antiquitatis morem et colorem, quadratque in caeteros omnes quos apposuisti locos, sed quid faciemus Homeri verbis:

ὡς κ' αὐτὸς ἐεδνώσαιτο θύγατρα.

nonne id est: *ἵν' αὐτὸς ὁ πατὴρ* ΔΟΥΣ *ἕδνα τὴν θυγατέρα ἐκδοίη*? Est haec vulgaris huius loci interpretatio, quae et veteribus omnibus placuit: *ἐεδνώσαιτο* enim interpretantur esse *ἕδνα ἐπιδώσει, ἀποπροικίσει, χρήματα δώσει.* Audi et Aristarchum: *κυρίως μὲν ἕδνα ἐςὶ τὰ διδόμενα ὑπὸ τοῦ γαμοῦντος τῇ γαμουμένῃ,* ΝΥΝ *δὲ καταχρηςικῶς κεῖται ἡ λέξις ἀντὶ τοῦ χρήματα* 'ΕΠΙΔΟΙΗ. Vides Criticum in angustias redactum haerere et sibi non constare. In caeteris omnibus *τὸ διηνεκές* et acute perspicit et strenue vindicat. *Φέβεσθαι semper* est *φεύγειν* et *βάλλειν eminus ferire* et *μάχαιρα culter* et *σῶμα cadaver.* Quis ferret: *σῶμα κυρίως μὲν τὸ ψυχῆς ἐςερημένον,* ΝΥΝ *δὲ καταχρηςικῶς τὸ ἔμψυχον*? Sed etiamnunc admirabilis linguae Homericae constantia *τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν τιθείσης* apparebit. *ὁ πατὴρ ἐεδνοῦται τὴν θυγατέρα* est *ὁ πατὴρ περὶ τῶν ἕδνων, ἐφ'*

οἷς τὴν θυγατέρα δώσει, συνθήκας ποιεῖται: paciscitur pater quibus donis sponsalibus acceptis daturus sit filiam: si conveniunt *τὰ ἕδνα* nuptiae fiunt. Plane haec confirmantur loco in Iliad N. *ἐπεὶ οὔτοι ἐεδνωταὶ κακοί εἰμεν.* Daturi sumus tibi, inquit, uxorem filiam Agamemnonis; quin igitur sequeris ad naves *ut paciscamur: ὄφρα συνώμεθα περὶ τῶν ἕδνων.* Pater et fratres (*οἱ ἐεδνωταί*) qui plurima dedisset illi *ἐεδνοῦνται*, et qui filiam *gratiis* dedisset (*ἄνευ ἕδνων*) perinde *ἀπριάτην ἀνέεδνον* dedisse videtur, ut Agamemnon Chryseïdem *ἀπριάτην ἀνάποινον* patri reddidisse narratur.

Multo melius antiquitatis morem cognitum habuit Asclepiades *ἐν τρίτῳ Τραγῳδουμένων* apud Scholiasten Pindari Olymp. II. 39. ita scribens: *Ἰξίων ἔγημε Δίαν τὴν Δηϊονέως θυγατέρα. ἔθος δὲ τοῖς παλαιοῖς τῶν νυμφῶν* ΤΟΙϹ ΠΑΤΡΑϹΙ *δῶρά τινα προσάγειν, ὡς καὶ Ὅμηρος·*

> *πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέστη,*
> *αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς.*

ὁ γοῦν Δηϊονεὺς κατὰ τὸ σύνηθες τὴν τῶν δώρων εἰσεπράττετο δόσιν, id est *τὰ* ἝΔΝΑ *ἀπῄτει*, et eam ob causam (ut scribit Asclepiades) ab avaro genero per insidias interemtus est. De eadem re scribit Diodorus Siculus IV. 16: *Ἰξίων — ὑποσχόμενος* ἝΔΝΑ *πολλὰ δώσειν* Ἡσιονεῖ (leg. *Δηϊονεῖ*) *ἔγημε τὴν τούτου θυγατέρα, — ἐπειθ' ὁ μὲν Ἰξίων οὐκ ἀπέδωκε τὰ* ἝΔΝΑ [*τῇ γυναικί*], *ὁ δὲ Δηϊονεὺς τὰς ἵππους ἀντὶ τούτων ἠνεχύρισεν*, et reliqua ut apud Asclepiadem, cuius *Τραγῳδούμενα* fortasse Diodorus in hac parte operis sequebatur. Luce clarius est *τῇ γυναικί* interpolatum esse ab aliquo, qui *τὰ ἕδνα τῇ γαμουμένῃ δίδοσθαι* putabat, nec satis animadverterat cur Ixion suum socerum necasse narraretur. Asclepiades, ut Aristoteles, probe sciebat, *ὅτι οἱ πάλαι Ἕλληνες τὰς γυναῖκας παρὰ τῶν πατέρων τοῖς* ἝΔΝΟΙϹ *ἐωνοῦντο.*

Si haec vera et certa sunt de verbis:

> *οἱ δὲ γάμον τεύξουσι καὶ ἀρτυνέουσιν ἔεδνα,*

nulla esse potest dubitatio quin haec *περὶ τῶν μνηστήρων* dicantur: quinam enim praeter procos dici possunt *ἕδνα ἑτοιμάζειν* sive *εὐτρεπίζειν*? Itaque quod utrobique additur:

> *πολλὰ μάλ' ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι,*

quia manifesto cum praecedenti versu pugnat et absurdum est,

necessario est eliminandum et magna Rhiano habenda gratia est, quem constat in Odyssea A. hunc versum in suam editionem non recepisse. Utrum in suis libris non repererit an suo iudicio usus expunxerit semper ignorabitur, quia hoc unum scimus: οὗτος ὁ ϛίχος ἐν τῇ κατὰ Ῥιανὸν οὐκ ἦν.

Ne hoc quidem dubitationi obnoxium est quin etiam in altero loco B. 195. sqq. ubi *iidem* versus repetuntur, in Rhiani διορθώσει omissus fuerit vs. 197.

πολλὰ μάλ' ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι.

quem qui supposuit διασκευαϛής de *dote* cogitans adumbravit verba Agamemnonis:

πολλὰ μάλ', ὅσσ' οὔπω τις ἑῇ ἐπέδωκε θυγατρί.

et grammaticus nescio quis qui verba interpolata: ὅσσα ἔοικε φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι in Scholiis ita interpretatur: ἔεδνα ὅσα δεῖ ʼЄΠΙ τῇ τοιαύτῃ παιδὶ ΔΙΔΟϹΘΑΙ παρὰ τῶν γαμούντων, non interpretis fungitur munere, sed comminiscitur de suo aliquid quod reliquis verbis satis commode aptari posse videbatur.

Restat ut ostendam quid sit ἀλφάνειν, unde puellae forma eximia ἀλφεσίβοιαι appellabantur. Ἀλφάνειν et εὑρίσκειν propria *in venditione* verba sunt, quando non venditor certum pretium postulat sed emtor offert. Perpetuum igitur hoc verbum est in vectigalium locatione et ubicumque emturientes licitantur et augendo pretio inter se certant. Res ipsa quae sic oblato pretio vaeniit dicitur τιμὴν εὑρεῖν et apud veteres τιμὴν ἀλφεῖν, unde τιμαλφής natum est et τιμαλφέϛατον κτῆμα, de quo vid. Ruhnken. ad Tim. pag. 258. τιμαλφέϛατον: τὸ τιμὴν πολλὴν εὑρίσκον. τὸ γὰρ ἀλφεῖν εὑρίσκειν ἐϛὶν, ἐξ οὗ καὶ Ὅμηρος ἀλφεσιβοίας καλεῖ τὰς εὑρισκούσας τιμὴν βόας. Passim eo sensu εὑρίσκειν. legitur. Theophrastus *Charactt.* 15. καὶ πωλῶν τι μὴ λέγειν. τοῖς ὠνουμένοις πόσου ἂν ἀπόδοιτο, ἀλλ' ἐρωτᾶν τί εὑρίσκει; postulat ut ipse emtor definiat pretium offeratque. Sic in vectigalibus apud Xenophontem περὶ πόρων. IV. 25. ὅσον τὸ τέλος εὕρισκε τῶν ἀνδραπόδων πρὸ τῶν ἐν Δεκελείᾳ, et. IV. 40. ὅσα πρὸ τῆς εἰρήνης χρήματα εὕρισκε τὰ τέλη, et apud Aristotelem *Oeconom.* 2. ἐποίησε τὸ ἐλλιμένιον εὑρεῖν τὸ διπλάσιον, *effecit ut portorium duplo maiore pretio locaretur.* Sic quidquid sub praecone vaenit τιμὴν εὑρεῖν dicitur, servi, captivi, praeda

hostilis, domus, ager, fundus. Herodotus I. 196. (*τὰς παρθένους*) *κήρυξ πωλέεσκε, πρῶτα μὲν τὴν εὐειδεςάτην ἐκ πασέων· μετὰ δὲ ὅκως αὕτη εὑροῦσα πολλὸν πρηθείη ἄλλην ἀνεκήρυσσε*, ubi leg. *ἄλλην ἂν ἐκήρυσσε*. Hinc si quid *quolibet pretio abiicitur*, dici solet *τοῦ εὑρίσκοντος* et saepius *τοῦ εὑρόντος* vaenire. Quod apud Plautum dicitur in *Menaechmis* III. 3. 24.

Num quid vis? ME. *haec me curaturum dicito.*
tum secum ne ancilla audiat,
ut quantum possint quique liceant *vaeneant.*

id Xenophon in *Memor.* II. 5. 5. ita dixit: *ὅταν τις οἰκέτην πονηρὸν πωλῇ καὶ ἀποδιδῶται τοῦ εὑρόντος*, ubi *πωλεῖν* de more significat emtorem *quaerere*, et *ἀποδίδοσθαι invenire.*

Hoc ipsum igitur apud Homerum et Atticos veteres *ἀλφάνειν* significabat. Capti in bello, rapti a praedonibus sic dicuntur *ὦνον ἀλφεῖν*. Iliad. Φ. 79. *καί μ' ἐπέρασσας — ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον.* Odyss. O. 452. *ὁ δ' ὑμῖν μύριον ὦνον ἄλφοι ὅπῃ περάσητε.* P. 250.

ἄξω τῆλ' Ἰθάκης ἵνα μοι βίοτον πολὺν ἄλφοι.

et Υ. 383. *ὅθεν κέ τοι ἄξιον ἄλφοι.*

Ex antiquo poëta sumsit Plutarchus quod in *Symposiacis* dixit pag. 668. C. *πλείονος πιπράσκεται ἐν Ῥώμῃ ἰχθὺς ἢ βοῦς. κεράμιον γὰρ πωλοῦσι τιμῆς, ὅσην οὐκ ἂν*

ἑκατόμβη βούπρῳρος ἄλφοι.

Nesciremus *ἀλφάνειν* eo sensu olim Atheniensibus tritum fuisse, nisi nobis *ἀττικιςὴς* pereruditus (Aelius Dionysius *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασι*) certam huius rei memoriam et documenta servasset in Bekkeri *Anecd.* pag. 382. 8. *Ἀλφάνει: εὑρίσκει. Ἀριςοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·*

οἴμοι κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμέρας ὅτε
εἶπέν μ' ὁ κήρυξ οὗτος ἀλφάνει.

Εὔπολις Ταξιάρχοις·

οὐ θᾶττον αὐτὴν δεῦρό μοι τῶν τοξοτῶν
ἄγων ἀποκηρύξει τις ὅ, τι ἂν ἀλφάνῃ;

καὶ ὁ ποιητής·

ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον.

nihil est his luculentius, nisi quod Aristophanis verba labem et vitium conceperunt. Supplendum:

εἶπέν μ' ὁ κήρυξ· „οὑτοσὶ τί ἀλφάνει";

quod plane idem est atque apud Theophrastum *τί εὑρίσκει*; ut *ἀποκηρύξει ὅ, τι ἂν ἀλφάνῃ* est *ἀποδώσεται τοῦ εὑρόντος.*

Quoniam igitur solemnem ac stabilem in ea re sedem habet verbum *ἀλφάνειν* consequitur *ἀλφεσιβοίας* dici formosas puellas, *ὅτι* ΠΩΛΟΥΜΕΝΑΙ *τῷ πατρὶ βόας ἀλφάνουσιν,*

quod erat demonstrandum,

ut loquuntur mathematici.

Sequitur ex ipsa natura *οὐ γεωμετρικαῖς ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις* (ut Plato iocatur *de Rep.* pag. 458. D.) procos puellis, quarum nuptias ambirent, dona ac munera mittere. Sed ea non *ἕδνα* sed suo nomine *δῶρα* appellantur. Penelope suos procos increpans ita dicit Odyss. Σ. 275.

μνηστήρων οὐχ ἥδε δίκη τὸ πάροιθε τέτυκτο,
οἵ τ' ἀγαθήν γε γυναῖκα καὶ ἀφνειοῖο θύγατρα
μνηστεύειν ἐθέλωσι καὶ ἀλλήλοις ἐρίσωσιν.
αὐτοὶ τοίγ' ἀνάγουσι βόας καὶ ἴφια μῆλα
κούρης δαῖτα φίλοισι καὶ ἀγλαὰ ΔΩΡΑ *διδοῦσιν.*

deinde poëta *τὰ δῶρα* ad Penelopen delata enumerat, vestem splendidam, fibulas, torquem, inaures, omnia ex auro aut gemmis distincta.

ἄλλο δ' ἄρ' ἄλλος ΔΩΡΟΝ *'Αχαιῶν καλὸν ἔνεικεν.*

κόσμον γυναικεῖον ταῖς μνηστευομέναις ἐδωροῦντο, non *armenta* et *greges.*

Sic igitur quid inter *ἕδνα* et *μείλια* et *δῶρα* constanti Poëtae usu intersit liquido apparere arbitror.

Poëtae Lyrici et Tragici, qui magno artificio linguam Homericam et Epicam imitabantur, quum multa essent vocabula antiqua ipsis incognita, utebantur iis eo sensu, quem indocti *γλωσσογράφοι* aut pervulgata aequalium opinio tribuisset. Opinabantur homines vivo Pindaro et Aeschylo idem quod diu post Aristarchum dicentem audimus: „*κυρίως μὲν τὰ ἕδνα εἶναι τὰ διδόμενα ὑπὸ τοῦ γαμοῦντος τῇ γαμουμένῃ*, sed interdum *τὰ ἕδνα dotem* quoque significare". Itaque Pindarus de *dote* posuit *Olympion.* IX. 7.

ἀκρωτήριον Ἄλιδος τὸ δήποτε Πέλοψ
ἐξάρατο κάλλιστον ΕΔΝΟΝ *Ἱπποδαμείας.*

ubi doctus interpres: *ἕδνον* ΝΥΝ *οὐ τὸ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς διδόμενον τῇ γαμουμένῃ λέγει, ἀλλ' ὃ αὐτὸς ἐκείνην λαβὼν προσεκτήσατο.*

et severior alius: ἄκαιρόν (leg. ἄκυρον) ἐστιν ἐπὶ τῆς Ἱπποδαμείας τὸ ἝΔΝΟΝ. ἕδνα γὰρ διδόασιν οἱ ἄνδρες, φερνὰς δὲ αἱ γυναῖκες. Melius igitur Euripides in *Oreste* vs. 1660.

Ἄργους δ' Ὀρέστην, Μενέλεως, ἔα κρατεῖν,
ἐλθὼν δ' ἄνασσε Σπαρτιάτιδος χθονός
φερνὰς ἔχων γυναικός.

ubi Scholiastes: φερνή τὰ ἀπὸ τῆς γυναικὸς διδόμενα. Sed idem Euripides ἕδνα de *dote* posuit in *Andromache* vs. 871.

οὐ γάρ τί σ' αἰχμάλωτον ἐκ Τροίας ἔχει,
ἀλλ' ἀνδρὸς ἐσθλοῦ παῖδα σὺν πολλοῖς λαβὼν
ἝΔΝΟΙΣ.

Aeschylus opinatus τὰ ἕδνα esse τὰ ὑπὸ τῶν μνηστευομένων τῇ γαμουμένῃ διδόμενα dixit in *Prometheo* v. 560.

ἝΔΝΟΙΣ ἄγαγες Ἡσιόναν
πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

Nemo horum Homeri vocabulum usurpavit sensu Homerico ac suo, sed omnes opinio fefellit, qui in communi omnium errore impune peccabant. Plus etiam Pindarus ab usu Homerico recessit quum diceret *Pythionic.* III. 94. „*Cadmus et Peleus in nuptiis Deos convivas habuerunt* ἝΔΝΑ τε δέξαντο, ubi ἕδνα plane idem est atque δῶρα, unde eruditus grammaticus adscripsit: ἀκύρως τὰ δῶρα ἝΔΝΑ εἶπεν. Perierat igitur plane in Graecia antiqui vocabuli intelligentia, neque veterum poëtarum quisquam neque eruditorum ex Homeri tot locis tam perspicuis veram et nativam significandi potestatem τῶν ἕδνων perspexerat. Sequiores etiam omnes in ea re antiquorum auctoritatem sequebantur, ex quibus omnibus unum producam, perineptum scriptorem Aelianum apud Suidam v. Παίσωμεν. — καὶ ἝΔΝΑ ᾔτει γενέσθαι βασιλὶς τὸ τοῦ Μενάνδρου, ἵνα τι καὶ παίσω, Τρικορυσία βασίλιννα, καὶ αὕτη δέσποινα εἶναι τοῦ Πόντου ἐθέλουσα. quae de Mithridatis uxore Monima Milesia dicta esse suspicor, quae τοῦ βασιλέως πειρῶντος αὐτὴν καὶ μυρίους καὶ πεντακισχιλίους χρυσοῦς προσπέμψαντος ἀντέσχε μέχρις οὗ — διάδημα πέμψας βασίλισσαν ἀνηγόρευσεν (Plutarch. in *Lucullo* cap. 18.) Aelianus igitur quum dixisset καὶ ἝΔΝΑ ᾔτει γενέσθαι βασιλίς, mirifice se credidit esse locutum.

III.

ΝΩΙ ET ΣΦΩΙ.

Φεύγετ', Ἀριστάρχειοι, ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἑλλάδα τῆς ξουθῆς δειλότεροι κεμάδος.
γωνιοβόμβυκες, μονοσύλλαβοι, οἷσι μέμηλε
τὸ ΣΦΙΝ *καὶ τὸ* ΣΦΩΝ *καὶ τὸ* ΜΙΝ *ἠδὲ τὸ* ΝΙΝ.

De re tenui dicturi nihil reformidamus aut has aut his similes urbanorum hominum facetias et lepores. Ut in bello sic in grammatica nihil contemni oportet, nec quisquam, qui minuta haec spreverit, umquam fecit in re critica operae pretium.

Qui hanc grammaticam artem nobis a primordiis condiderunt, incredibile dictu est in quibus ab initio tenebris veluti tentabundi viam quaesiverint et in quantos errores se induerint librorum veterum mendis decepti, donec Aristarchi *ἀγχίνοια* et sanum iudicium *φόως ἑτάροισιν ἔθηκεν*. *En cor Zenodoti*, qui per totam vitam quid interesset inter *νῶϊ* — *νῶϊν* et *σφῶϊ* — *σφῶϊν* et *σφῶϊ* — *σφωε* non potuit perspicere. Huius in ea re errores Aristarchus abstersit, sed ipse Aristarchus in uno errore tenetur, quem aperire conabimur et tollere. In Iliad. A. 8. Zenodotea editio (id est libri veteres, quos Zenodotus testes et auctores sequebatur) scripturam exhibebant hanc:

τίς τάρ ΣΦΩΙ *θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;*

emendavit Aristarchus incertum e librisne an ex linguae Homericae interiore notitia: *τίς τάρ* ΣΦΩΕ pro ΣΦΩΙ et apposuit *διπλῆν περιεστιγμένην*, cuius quum Aristonicus rationem aperiret ex Commentariis Aristarcheis haec ferme enotavit: *ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει* ΣΦΩΙ. *κακῶς. ἡ γὰρ σφῶϊ δύο πτώσεις ἐπιδέχεται ὑμεῖς τε καὶ ὑμᾶς, ὧν οὐδέτερον ἁρμόττει. τὸ δὲ* ΣΦΩΕ *μᾶλλον*, (*ὃ* add.) *τρίτου ἐστὶ προσώπου καὶ σημαίνει τὸ αὐτούς.* quae nunc mendose scripta et disiecta in libris circumferuntur. Aristarchus dixit: *τὸ* ΣΦΩΕ *σημαίνει τὸ αὐτούς*, non *αὐτώ*, quod erat melius, namque utitur aequalium et popularium lingua, apud quos *τὰ δυϊκά* non erant in usu, et omnino Aristarchus omni scribendi elegantia destitutus nihil aliud quaerit quam perspicuitatem.

In Zenodoti scripturis, quae ferme omnes deteriores sunt et mendosae, numquam obliviscendum est mirificas istas et nonnumquam portentosas lectiones non esse ipsi Zenodoto imputandas, sed argumento esse potius quam fuerint mendis vitiisque obsiti libri veteres, unde Zenodotus suam διόρθωσιν constituerit. Proponam exempla quaedam ex libro primo.

Iliad. A. 56. ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο: ὅτι Ζηνόδοτος ὁρῆτο γράφει· ἀγνοεῖ δὲ ὅτι Δωρικὸν γίνεται.

Iliad. A. 68. κατ' ἄρ' ἕζετο: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἐκαθέζετο. οὐκ ἐᾷ δὲ ἑλληνίζειν τὸν Ὅμηρον· ὥσπερ γὰρ οὐδὲ λέγει ἐκατέβαινεν, οὕτως οὐδὲ ἐκαθέζετο. Corrig. ὥσπερ γὰρ οὐδεὶς λέγει κτἑ.

Iliad. A. 80. κρείσσων γὰρ βασιλεύς: ὅτι Ζηνόδοτος χωρὶς τοῦ Ν γράφει (ΚΡЄΙϹϹΩ). τὰ δὲ τοιαῦτα εὐσύγκριτα (leg. συγκριτικά) ἔχει ἐπὶ τῆς εὐθείας τὸ Ν· cf. ad Γ. 71 et 92.

Iliad. A. 83. σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει φράσον. μᾶλλον δὲ τὸ φράσαι ἁρμόζει.

Iliad. A. 86. Κάλχαν: ὅτι Ζηνόδοτος χωρὶς τοῦ Ν Κάλχα. τὰ δὲ εἰς -ΑϹ λήγοντα διὰ τοῦ ΝΤ κλινόμενα ἐπὶ τῆς γενικῆς ἔχει τὴν κλητικὴν εἰς Ν Θόαν, Αἶαν.

Iliad. A. 100. τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει αἴ κέν μιν. γελοῖον δὲ διςακτικῶς λέγειν τὸν μάντιν.

Iliad. A. 198. τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ὁρῆτο. τοῦτο δὲ Δώριον.

Iliad. A. 249. μέλιτος γλυκίων: ὅτι Ζηνόδοτος χωρὶς τοῦ Ν γράφει γλυκίω. τὰ δὲ τοιαῦτα συγκριτικὰ ἔχει τὸ Ν.

Iliad. A. 271. καὶ μαχόμην κατ' ἔμ' αὐτὸν ἐγώ: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κατ' ἐμωυτόν. τὸ δὲ πλῆρες ἐμὲ αὐτὸν.

Iliad. A. 351. χεῖρας ὀρεγνύς: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει χεῖρας ἀναπτάς. Emenda: χειρ' ἀναπιτνάς. ut in Odyss. Λ. 392.

πιτνὰς εἰς ἐμὲ χεῖρας.

Iliad. A. 404. ὁ γὰρ αὖτε βίῃ οὗ πατρὸς ἀμείνων: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει· ὁ γὰρ αὖτε βίῃ πολὺ φέρτατος ἁπάντων ὁππόσοι ναίουσ' ὑπὸ Τάρταρον εὐρώεντα. Scripserat Zenodotus: — πολὺ φέρτατος ἦεν Τῶν ὁπόσοι κτἑ.

Iliad. A. 530. κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κρητός. οὐκ ἔςι δὲ Ἰακόν.

ἄψ Ὀδυσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυψάμενος (Od. Θ. 92.)

Iliad. Α. 567. ἆσσον ἰόνθ': ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἆ σ σ ο ν ἰ ό ν τ ε. οὐκ ἔστι δὲ ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἰ ό ν τ ο ς. συγχεῖ δὲ καὶ τὸ διός. Emenda: ἀντὶ τοῦ ἰόντΑ. συγχεῖ δὲ καὶ τὸ δ υ ϊ κ ό ν, cum Bekkero.

Facile apparet omnes has Zenodoti scripturas vitiosas esse et perversas, sed non ipsi Zenodoto imputandas, sed libris quos sequebatur, id quoque satis apparere arbitror. Non ille bonis lectionibus malas anteponebat, sed non habebat meliores. Reprehendere autem Zenodotum quod illa vetusta librorum vitia non sustulit perinde est ac si quis vellet Zenodotum vituperare quod non esset Aristarchus. Itaque Ζηνόδοτος γράφει nihil aliud significat quam *sic scriptum esse* in Zenodoti editione ex libris, qui illa aetate suppetebant, composita. Omnia haec *emendavit* Aristarchus et libris longe pluribus et melioribus adiutus et usus illa admirabili ἀγχινοίᾳ, qualis praeterquam in BENTLEIO in nullo alio umquam fuit.

In uno tantum libri primi loco Aristarchus Zenodoteae lectionis emendationem ingeniose et acute instituit magis quam perfecit. Iliad. Α. 129.

εἴ κέ ποθι Ζεὺς
δῷσι πόλιν Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.

Audi Aristarchum: (ἡ διπλῆ περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Τ ρ ο ί η ν, ὡς ἐπὶ τὴν Ἴλιον βουλόμενος γενέσθαι τὴν ἀναφοράν. ἀπιθάνως. ἄδηλον γὰρ ἦν εἰ ἑλοῦσιν αὐτήν. ἔστιν οὖν ὁ λόγος περὶ μιᾶς πόλεως τῶν περιοίκων. ταύτας γὰρ ἐπόρθει Ἀχιλλεύς. διὸ καὶ ἐν ΤΡΙCI συλλαβαῖς ἀναγινώσκεται. Haec Aristonicus, qui addit ad vs. 164.

ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.

(ἡ διπλῆ) ὅτι φανερὸν ἐκ τούτου ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω περί τινος τῶν περιχώρων ἐστὶ πόλεων ὁ λόγος. Aristarchi correctionem probavit et novo argumento stabilivit Herodianus ad vs. 129. his verbis: Τ ρ ο ΐ η ς: οὕτως Ἀρίσταρχος τ ρ ι σ υ λ λ ά β ω ς καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῇ Λ τῆς Ὀδυσσείας (510.)

ἤτοι ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τ ρ ο ΐ η ν φραζοίμεθα βουλάς.

καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις. ἔστι δὲ καὶ τὸ τῆς χρήσεως τῆς Ὁμηρικῆς ἰδίωμα παραφυλάξαι οὕτως ὡς ὅτι εἴπου λέγει τὸ Τροία (Τροίη leg.) δισυλλάβως οὐδέποτε ἐπιφέρει τὸ π ό λ ι ς οἷον·

εἰσόκε περ Τροίην διαπέρσομεν.

καὶ·

ἔνθα κεν ὑψίπυλον Τροίην ἕλον υἷες Ἀχαιῶν.

καὶ·

Τροίῃ ἐν εὐρείῃ.

καὶ ἀλλαχοῦ. ἐπὶ μέντοι τούτων τῶν δύο ὁμοιοπτώτως ἐπήνεγκε τὸ πόλιν Τροΐην „δῶσι πόλιν Τροΐην" καὶ τὸ „ἤτοι ὅτ' ἀμφὶ πόλιν Τροΐην".

Rectissime omnia haec disputata sunt et nihil iis obiici potest praeter unum. Τροΐη non est Graeca forma. Satis ostendimus in Mnemos. 1873. pag. 53. et 56. adiectivum Τρωΐος, Τρωΐη et Τρώϊον contrahi in Τρῳός, Τρῳή et Τρῳόν, et ex vetere scriptura τῆς ἀρχαίας γραμματικῆς, quae fuerat ΤΡΟΙΕΝ, errore τῶν μεταχαρακτηρισάντων bis esse natam vitiosam lectionem πόλιν Τροίην pro πόλιν Τρῳήν. Quod si quis verum esse agnoverit, novo exemplo apparebit iure dixisse lepidum iuvenem in Platonis *Rep.* pag. 596. A. πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ἀμβλύτερον ὁρῶντες πρότεροι εἶδον.

Ex hoc igitur exemplo potissimum apparet quid sit Ζηνόδοτος γράφει. Una enim et consentiens omnium librorum et διορθώσεων lectio erat πόλιν Τροίην, de qua nulla umquam fuerat cuiusquam dubitatio donec ei Aristarchus controversiam moveret. Sic igitur et in caeteris Ζηνόδοτος γράφει nihil aliud denotat nisi hanc esse vulgatam librorum a Zenodoto adhibitorum lectionem, quam Aristarchus aut ex melioribus libris aut ex ingenio correxerit.

In Zenodoti ἀθετήσεσιν multum abest ut credam plus Criticum suo iudicio et sensui cuidam pulchri et decori tribuisse, quam librorum veterum, quos sequebatur, auctoritati et testimonio.

Quis credat, ut hoc uno utar, Zenodotum in Iliad. A.

207. ἦλθον ἐγὼ παύσουσα τὸ σὸν μένος, αἴ κε πίθηαι,

208. οὐρανόθεν. πρὸ δέ μ' ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη

209. ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε κηδομένη τε.

expunxisse duos versus 208 et 209, quasi inesset aut in sententia aliquid aut in verbis, quo potuisset offendi? Non reperit, credo, in libris compluribus eoque interpolatos esse suspicatus est. Invicto argumento genuinos esse demonstravit Aristarchus ad vs. 216.

χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεά, ἔπος εἰρύσσασθαι.

Aristonicus: (ἡ διπλῆ) ὅτι πρὸς ΔΥΟ ἀμείβεται. τὸ γὰρ σφωΐτερόν ἐςι δυϊκόν. κακῶς ἌΡΑ ἀθετεῖ Ζηνόδοτος τόν·

(οὐρανόθεν). πρὸ δέ μ᾽ ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη.

καὶ τόν·

ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε κηδομένη τε.

Aristarchus igitur qua solebat perspicacitate feliciter usus observaverat has esse apud Homerum pronominum personalium formas *duales:* in prima persona:

ΝΩΙ, id est ἡμεῖς καὶ ἡμᾶς.

et

ΝΩΙΝ, id est ἡμῶν καὶ ἡμῖν.

in secunda:

ΣΦΩΙ, id est ὑμεῖς καὶ ἡμᾶς.

et

ΣΦΩΙΝ, id est ὑμῶν καὶ ὑμῖν.

in tertia:

ϹΦΩЄ, id est αὐτούς, nam σφωε ubique est accusativus.

et

ϹΦΩΙΝ, id est αὐτῶν et αὐτοῖς (αὐταῖς), encliticum utrumque et accentu destitutum. Haec omnia Zenodotum et antiquiores fugerant, et omnino in pronominum formis inter se stulte permiscendis poëtae Alexandrini omnes conspirant. Claram lucem praeferebat lingua Attica, quae tot habet ac tantas linguae Homericae in omnibus rebus maximis minimis similitudines, ut minime mirer Aristarcho Homerum Atheniensem fuisse videri [1]). In frequentissimo usu τῶν δυϊκῶν, quem lingua Attica (observante Aristarcho ad Iliad. N. 197.) cum lingua Homerica habet communem, Athenienses saepissime ΝΩΙ et ΝΩΙΝ, ϹΦΩΙ et ϹΦΩΙΝ usurpabant sed in unam syllabam contracta νῴ — νῷν, σφῴ — σφῷν, non νώ et σφώ, ut infra ostendemus. Aris-

1) Eadem sagacitate Aristarchus Homerici carminis auctorem ex Attica oriundum esse collegit ex Iliad. N. 827.

τιοίμην δ᾽ ὡς τίετ᾽ Ἀθηναίη καὶ Ἀπόλλων,

ubi annotatur: ἔνθεν Ἀθηναῖον ὑπονοοῦσιν Ὅμηρον· πατρῷον γὰρ τιμῶσιν Ἀπόλλωνα Δία. Emenda Ἀπόλλωνα, (ἀλλ᾽ οὐ) Δία. Plato in *Euthydemo* pag. 302. c. οὐκ ἔςι Ζεὺς πατρῷος — ἀλλ᾽ Ἀπόλλων πατρῷος διὰ τὴν Ἴωνος γένεσιν.

tarchus, ut solet, solis Homericis exemplis usus est, quibus et hanc, quam diximus, rationem firmiter stabilivit et Zenodoteae recensionis vitia correxit. Audiamus nonnulla. Iliad. O. 437.

Τεῦκρε πέπον, δὴ νῶϊν ἀπέκτατο πιϛὸς ἑταῖρος
Μαϛορίδης, ὃν νῶϊ Κυθηρόθεν ἔνδον ἐόντα
ἶσα φίλοισι τοκεῦσιν ἐτίομεν.

Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι παραλλήλως καὶ διδασκαλικῶς ἡ διαφορὰ τοῦ νῶϊν καὶ νῶϊ. Iliad. Ψ. 403.

ἔμβητον καὶ σφῶι τιταίνετον.

ἡ διπλῆ ὅτι ὑγιῶς κεῖται ἡ ἀντωνυμία χωρὶς τοῦ N. et vs. 408.

μὴ σφῶϊν ἐλεγχείην καταχεύῃ.

ἡ διπλῆ ὅτι σφῶϊν ὑμῖν ἢ ὑμῶν. ἄνω δὲ „ἔμβητον καὶ σφῶϊ τιταίνετον" ἀντὶ τοῦ „ἔμβητε ὑμεῖς".

Iliad. Θ. 402.

γυιώσω μέν σφωϊν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους.

ἐγκλιτικὴ νῦν ἐϛιν ἡ ἀντωνυμία. τὰ δὲ τρίτα δυϊκὰ τό τε σφωε καὶ σφωϊν ἐγκλιτικά ἐϛιν. ὅτε μέντοι δευτέρου γίνεται τὸ σφῶϊν προπερισπᾶται (ut in vs. 416.). Iliad. Ψ. 281.

ὃ σφωϊν μάλα πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον
χαιτάων κατέχευεν.

Scholion: ἐγκλιτικῶς τὴν ΣΦΩΙΝ ἀντωνυμίαν ἀναγνωϛέον. ἔϛι γὰρ τρίτου προσώπου. Iliad. Λ. 767.

νῶϊ δέ τ' ἔνδον ἐόντες ἐγὼ καὶ δῖος Ὀδυσσεύς.

ἡ διπλῆ ὅτι χωρὶς τοῦ N Ὁμηρικῶς ἡμεῖς ἢ ἡμᾶς. Iliad. Ψ. 411.

οὐ σφῶϊν κομιδή.

ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σφῶϊ, ὅτι οὐχ ὑμῖν. Apparet verum esse πρὸς τὸ σφῶϊν. Aristarchus igitur ex illa observatione hos Homeri locos emendavit. A. 336.

ὃ σφῶϊ προΐει.

erat vulgata apud Zenodotum σφῶϊν: τοῦτο δὲ σημαίνει ὑμῶν ἢ ὑμῖν, ὧν οὐδὲν ἁρμόζει τῷ λόγῳ, ἀλλὰ τὸ ὑμᾶς.

Iliad. Θ. 376.

ὄφρα ἴδωμαι
ἢ νῶϊ Πριάμοιο πάϊς κορυθαίολος Ἕκτωρ
γηθήσει προφανέντε.

edebatur apud Zenodotum νῶϊν· τοῦτο δὲ τίθεται ἀντὶ τοῦ ἡμῶν ἢ ἡμῖν. — τὸ γὰρ νῶϊ ἔϛιν ἢ ἡμεῖς ἢ ἡμᾶς. Iliad. Θ. 428.

οὐκέτ' ἔγωγε
νῶϊ ἐῶ Διὸς ἄντα βροτῶν ἕνεκα πτολεμίζειν.

ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς γράφουσι σὺν τῷ N κακῶς. Sic illi festinantes. Aristonicus dederat: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κτέ. Iliad. X. 216.

νῦν δὴ νῶΐ γ' ἔολπα — οἴσεσθαι μέγα κῦδος.

ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει νῶϊν· τοῦτο δέ ἐστιν ἡμῖν ἢ ἡμῶν. — τὸ δὲ νῶϊ χωρὶς τοῦ N σημαίνει ἡμᾶς ἢ ἡμεῖς. Ergo Zenodotus legebat: νῦν δὴ νῶϊν ἔολπα, mendose sine controversia, sed non magis sanum est: νῶΐ Γ' ἔολπα, est enim γε tam ineptum, ut apud Aristophanem olim multis locus οὐδὲν πρὸς ἔπος, sed πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ a Brunckio et aliis γε inseri solebat. Miror Bekkerum dedisse: νῶΐ γ' ἔϜολπα, quum esset vera lectio ad manum:

νῦν δὴ νῶϊ ϜέϜολπα — οἴσεσθαι μέγα κῦδος.

Gravius etiam in libris corrupta erat lectio Iliad. Θ. 139. ubi Zenodotus edidit:

Τυδεΐδη, ἄγε νῶϊ φόβονδ' ἔχε μώνυχας ἵππους.

prorsus sine sensu. Correxit Aristarchus ex libris melioribus: ἄγε δὴ αὖτε, et annotatur: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἄγε νῶϊ, ὅ ἐστιν ἡμεῖς ἢ ἡμᾶς.

Non minus bene de Homerico textu Aristarchus meritus est in restituenda forma ΣΦΩΕ pro σφῶϊ aut contra. Vulgata lectio erat Iliad. K 546.

ἦ τις ΣΦΩΙ πόρεν θεὸς ἀντιβολήσας.

restituit Aristarchus verum σφωε, et hinc annotatur: ἡ διπλῆ (περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει σφῶϊ· τοῦτο δὲ τίθεται ἀντὶ τοῦ ὑμεῖς καὶ ὑμᾶς. Aristarchi de ea re sententia optime exponitur in altero scholio: ἡ ΣΦΩΕ τρίτου προσώπου ἐγκλιτική ἐστι σημαίνουσα τὸ αὐτούς.

τίς τάρ σφωε θεῶν (Il. A. 8.).
ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμός (Od. Θ. 317.)

ὥστε οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς οὐδὲ μονοσύλλαβον τὴν ΣΦΩ, εἰ μή ποτε (leg. εἰ μὴ ὅτε) ὀρθοτονεῖται καὶ δευτέρου προσώπου ἐστὶ καὶ σημαίνει τὸ ὑμεῖς ἢ ὑμᾶς·

σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον. (Il. I. 782.)

ἔνθεν οὖν οἱ ἀκριβέστερον αὐτὰ παραφυλάξαντες ἔκθλιψιν δεδώκασι τοῦ Ε ἐν τῷ·

εἰ μή σφω' Αἴαντε διέκριναν (Il. P. 531.).

ἵνα τὸ διηνεκὲς φυλαχθῇ. Plane Aristarcheum hoc est: ἵνα τὸ ΔΙΗΝΕΚΕϹ φυλαχθῇ, sed quid sit τὸ διηνεκές ex librorum mendis dispicere hoc opus, hic labor et olim fuit et nunc est. Itaque Aristarchi iudicio vel emendatione nunc recte scribitur:

τίς τάρ σφωε θεῶν.
ἤ τίς σφωε πόρεν θεός.
ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει.
εἰ μή σφω' Αἴαντε διέκριναν.

similiterque Iliad. Λ. 751.

εἰ μή σφωε πατὴρ — ἐκ πολέμου ἐσάωσεν.

Contrario errore libri Zenodotum deceperunt M. 366.

Αἶαν, σφῶϊ μὲν αὖθι, σὺ καὶ κρατερὸς Λυκομήδης,
ἑσταότες Δαναοὺς ὀτρύνετε ἶφι μάχεσθαι.

ubi Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει σφῶε. τοῦτο δέ ἐστιν αὐτούς, ὅπερ οὐχ ἁρμόζει. τὸ δὲ σφῶϊ ὑμεῖς.

Quia numquam quicumque inveteratum errorem redarguit caret reprehensoribus, qui mendosa vetera novis emendatis anteponunt et suum *Mumsimus* mordicus retinent, sic non defuerunt qui Aristarcho vera monenti acriter obloquerentur. In versu Iliados:

τίς τάρ σφωΕ θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

veterem Zenodoti scripturam σφωΙ teste Apollonio *de Syntaxi* pag. 167, 9. Bekk. καὶ Σιδώνιος προκρίνει καὶ ἄλλοι πλεῖστοι παρατιθέμενοι καὶ ἐκδόσεις Ὁμηρικάς. Nemo negabat σφωϊ in multis Homeri editionibus circumferri, et Zenodotus σφωϊ dederat, quoniam id in suis libris repererat aut omnibus aut plerisque neque quisquam ante Aristarchum discrimen inter σφωΙ et σφωΕ animadverterat, quemadmodum Zenodotus σφῶϊ et σφῶϊν quoque quasi nihil interesset inter se confuderat.

Similiter Iliad. H. 279 pro

μηκέτι, παῖδε φίλω, πολεμίζετε,
ἀμφοτέρω γὰρ σφῶΙ φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεύς.

pertinaciter nonnulli retinebant Zenodoteam lectionem σφῶΕ. Apollonius περὶ Ἀντωνυμιῶν pag. 114. A. Βίαιος ὁ Ἰξίων (Demetrius) ἐστὶ τὴν σφωΕ καὶ ἐπὶ δευτέρου τάσσων

ἀμφοτέρω γὰρ σφῶΕ φιλεῖ.

ἔπε καὶ ἡ νῶΕ διὰ τοῦ Ε. Antimachus enim et Corinna νῶΕ

dixerant pro νῶϊ teste Apollonio ibid. pag. 113. B. Commemorat ibid. Apollonius eos qui τίς τάρ σφῶϊ servabant pro σφωε, sed recte eorum ratiunculas confutavit, quae neminem posthac in dubitationem induxerunt.

Est in eodem genere etiam gravius mendum in Homeri Codicibus O. 155.

τὼ δὲ πάροιθ' ἐλθόντε Διὸς νεφεληγερέταο
ςήτην· οὐδέ σφωΙΝ ἰδὼν ἐχολώσατο θυμῷ.

pro tertia persona *secunda* ponitur, pro accusativo *genitivus* vel *dativus* et Homericum ϝιδών in ἰδών mutatur tam perverse ac si quis Latine pro *Videre* mallet *Idere* dicere. Omnes has molestias penitus sustulit Heynii emendatio οὐδέ σφωϵ ϝιδών, ut Iliad. A. 330.

οὐδ' ἄρα τώ γε ϝιδὼν γήθησεν 'Αχιλλεύς.

Non est hoc mendum antiquum, sed in libris recentioribus natum quum veteres σφωϵ ἰδών exhiberent. Innumerabiles Homeri versus in antiquis Scholiis aut Lexicis aut apud scriptores veteres afferuntur, ut certa sit in iis Alexandrinae aetatis lectio: sed permulti sunt alii, quos nemo laudavit, in quibus eadem scribendi vitia quae in caeteris scriptoribus ac poëtis nos legentes ludificantur, et in his turpissima quaedam et barbara, de quibus alius dabitur dicendi locus.

Venio nunc ad Aristarchi errorem in talibus commissum et ad nostra tempora propagatum, quem si potero radicitus evellam. Aristarchus pervulgato librorum errore deceptus in animum induxit ΝΩ et CΦΩ antiquas et sinceras formas esse et perinde bene in carminibus Homeri et disyllabas formas ΝΩΙ et CΦΩΙ poni et monosyllabas ΝΩ et CΦΩ.

Apud me satis constat formas νώ et σφώ apud Homerum et Atticos ubique esse vitiosas tralaticio illo mendi genere, quod in vocabulis plurimis sexcenties apud omnes impune commissum esse et committi video. Nempe in libris antiquis τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα non aliter quam in iis, quos hodie non admodum vetustos habemus, non adscribi, sed prorsus omitti solebat. Itaque pro monosyllabis νῷ et σφῷ scribebatur ΝΩ et CΦΩ, idque Aristarchum fefellit, qui formas νώ et σφώ integras et probas esse opinatus est. Inspiciamus primum ea, quae ex illius commentariis ad nostram notitiam pervenerunt. Iliad. E. 218.

μὴ δὴ οὕτως ἀγόρευε· πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως,
πρίν γ' ἐπὶ νὼ τῷδ' ἀνδρὶ σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν
ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.

et Odyss. O. 475.

ἐπέπλεον ὑγρὰ κέλευθα Νὼ ἀναβησάμενοι.

ad locum Iliados annotatur: νώ: τὸ νὼ βαρυτονητέον. ἅπαξ δὲ ἐν Ἰλιάδι καὶ ἅπαξ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῷ ΝΩ ἐχρήσατο κατ' αἰτιατικὴν πτῶσιν, ὥσπερ καὶ ἐνθάδε.

νὼ ἀναβησάμενοι.

ὁπότε μέντοι γε σὺν τῷ Ι λέγεται καὶ ἐπ' εὐθείας αὐτὸ τάσσει καὶ ἐπ' αἰτιατικῆς καὶ προπερισπᾶται.

νῶϊ δ' ἐγὼ Σθένελός τε (Il. I. 48.).

καὶ·

οὐδ' ἂν νῶϊ διαδράκοι ἠέλιός περ (Il. Ξ. 344.).

Aristarchus animadvertit in Homeri carminibus bis tantum ΝΩ reperiri, semel in Iliade, semel in Odyssea, et utrobique esse *accusativum*. Vide quam circumspecte et anxie investiget omnia. Perinde est sitne nominativus an accusativus, et νώ (νῴ) utroque casu passim apud Atticos poëtas legitur et Tragicos et Comicos; sed in re controversa et rariore nihil omittendum putat. Deinde docet νῶϊ et nominativum esse et accusativum.

Transeamus ad secundam personam: σφῶϊ et σφῶϊν plurimis locis inveniuntur. Pro σφῶϊ quatuor locis in Iliade σφώ scribitur, pro σφῶϊν uno loco Odysseae legitur σφῶν an σφῷν, nam Grammatici certant. Optimum est ipsos apponere. Iliad. A. 574.

εἰ δὴ σφὼ ἕνεκα θνητῶν ἐριδαίνετον ὧδε.

Iliad. Λ. 782.

σφὼ δὲ μάλ' ἠθέλετον.

Iliad. N. 47.

Αἴαντε, σφὼ μέν τε σαώσετε λαὸν Ἀχαιῶν.

Iliad. O. 146.

Ζεὺς σφὼ εἰς Ἴδην κέλετ' ἐλθέμεν ὅττι τάχιστα.

Σφῶν (an σφῷν) reperitur in Odyss. Δ. 62.

οὐ γὰρ σφῶν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων.

ad omnes in Iliade locos tacet Aristonicus. Itaque delabimur ad Herodiani — dicam libere quod sentio — argutias. Ad A.

574. legimus: *πρωτότυπον αὐτὴν (τὴν σφώ) φησὶν Ἡρωδιανὸς οὐκ ἀπὸ τῆς σφῶϊ. διὸ ὀξύνεται. τὸ γὰρ Ω τῶν δυϊκῶν ἀπέστραπται τὴν περισπωμένην.* et ad O. 146. *σφώ: τῆς σφῶϊ ἀποκοπή.* Non satis sibi constat, ut vides: sed sic solet Herodianus *οὐ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν.* Longa est de ea re annotatio apud Etymol. M. pag. 609, 43. *ὅτι τὸ* ΝΩ *καὶ τὸ* ΣΦΩ *σὺν τῷ* Ι *τινὲς γράφουσι λέγοντες ἀπὸ τοῦ* ΝΩΙ *καὶ* ΣΦΩΙ *γίνεσθαι κατὰ συναίρεσιν τοῦ* Ω *καὶ* Ι *εἰς τὴν* ΩΙ *δίφθογγον.* Quicumque est qui ita censuit (nam *τινές* de *uno* noto homine in tali re poni solet) verum vidit; sed Herodiano aliter visum. Ἀλλ' (inquit) *ἡ παράδοσις οὐκ ἔχει τὸ* Ι *ἐγκείμενον.* Contendit igitur *ὅτι τὸ* ΝΩ *καὶ* ΣΦΩ *οὐκ ἐγένετο ἀπὸ τοῦ* ΝΩΙ *καὶ* ΣΦΩΙ *ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἑτέρων θέματά ἐστι καὶ ἐκείνων ἕτερα θέματα.* Hoc est quod modo audivimus Herodianum dicere *πρωτότυπόν ἐστιν.* Audiamus nunc Apollonium Dyscolum *περὶ* Ἀντωνυμ. pag. 110. B. *αἱ* Ἀττικαὶ *(ἀντωνυμίαι)* ΝΩ *καὶ* ΣΦΩ *κατὰ τὴν εὐθεῖαν ὀξυτόνως ἀνεγνώσθησαν παρὰ τῷ ποιητῇ καὶ ἅπασι τραγικοῖς τε καὶ κωμικοῖς, αἵ τε γραφαὶ οὐκ ἔχουσι τὸ* Ι *προσκείμενον.* Erat, ut vides, *παράδοσις* quaedam per grammaticorum manus in libris ad nostram memoriam propagata *νώ* et *σφώ* esse scribendum, non *νῴ* et *σφῴ*. Quam *παράδοσιν* si ratio et analogia redarguunt tuto valere iubebis. Consensu omnes agnoscunt *ἀττικιστί* non aliter quam *νῷν* et *σφῷν* esse scribendum, quae sunt, credo, ex Homericis *νῶϊν* et *σφῶϊν* contracta. Quod autem Herodianus asseverat *νῶϊ* et *νώ*, *σφῶϊ* et *σφώ* *diversa* esse vocabula quis serio credet? Quod idem alibi dicit *σφώ* esse *τῆς σφῶϊ ἀποκοπήν* quis est hodie qui concoquere possit? Erant olim in artis infantia haec magistrorum veluti puerorum *παίγνια* et ludibria, *ἀποκοπή*, *ἀντίφρασις*, *ἀντίπτωσις*, *ἐναλλαγή* *generis*, *numeri*, *temporis* unde illa olim decantata *singularis pro plurali*, *praesens pro futuro*, sim. quae nunc vel a Theologis fastidiuntur ac deridentur. Quid igitur impedit ut suadente ratione et adstipulante analogia statuamus quemadmodum *νῷν* et *σφῷν* ex *νῶϊν* et *σφῶϊν* prognata sunt, sic ex *νῶϊ* et *σφῶϊ* iam apud Homerum *νῴ* et *σφῴ* esse orta? Accentusne? at *πρῴ* ex *πρῶϊ* natum nemo negat, et *Τρῷς* ex *Τρώϊος* fieri ab ipso Herodiano didicimus in Mnemos. 1873. pag. 55. Restat igitur sola librorum veterum fides: *ἡ παράδοσις οὐκ ἔχει τὸ* Ι *ἐγκείμενον.* Quid

tum postea? Nonne pendent librorum scripturae ab opinionibus Grammaticorum? In antiquissimis Platonis et Herodoti Codicibus *εἰς κάλλος γεγραμμένοις ubique* adverbiis in -*τέρω* et -*τάτω* importunum I additum videmus, ut *ἀνωτάτωι*, *ἐκαςάτωι*, *πορρωτάτωι*, *κατωτάτωι* sim. Sed res etiam longius repetenda est. Plurimis et gravissimis indiciis satis constat in vetustis Homeri libris, quibus Critici Alexandrini utebantur, *τὸ παραγεγραμμένον ἰῶτα* fere *adscriptum non fuisse*, et de cuiusque Critici sententia centenis locis pronuntiari videmus utrum *σὺν τῷ* I, *μετὰ τοῦ* I scribendum sit an *χωρὶς τοῦ* I, *ἄνευ τοῦ* I. Indicabo unum locum ut lacunam suppleam. ad Iliad. Ω. 8. ex Aristarcho affertur: *ἔςιν οὖν διττὸν τὸ ῥῆμα* (ΠЄΙΡΩ et ΠЄΡΩ) *καὶ τὸ μὲν σὺν τῷ* I *περισπασθήσεται*, imo vero: *σὺν τῷ* I (*βαρυνθήσεται*, *τὸ δὲ ἄνευ τοῦ* I) *περισπασθήσεται*. Multa igitur apud Homerum vocabula ea de causa hodie primitivam formam amiserunt neglecto et omisso necessario *ἰῶτα*. Dabo pauca de multis, in quibus Bekkerum errare video. Ex *Τρώς* formatur *Τρωΐη*, ex *δμώς δμωΐη*, quae in *Τρῳή* et *δμῳή* contrahuntur. Bekkerus ubique *Τρωαί* dedit et *δμωαί*. vid. Mnemos. 1873. pag. 54 et 56. Admonuerat Aristarchus ad Odyss. T. 121. *δμωιῶν σὺν τῷ ἰῶτα καὶ περισπωμένως. θηλυκὸν γάρ ἐςιν. οὕτως Ἀρίςαρχος.* nemo praebet aurem. *Πρώην* est Iliad. O. 470 et alibi. analogia et Aristarchus *πρῴην* scribi iubent. *Θωήν* legimus Iliad. N. 669. et Odyss. B. 192 ratio et usus *θῳήν* postulant. Archilochus apud Etym. M. pag. 26, 19.

ὡς ἄν σε θωΐη λάβοι.

Iliad. A. 129 rident Homerum Zoilus et Chrysippus dicentem *εἴ κέ ποθι Ζεὺς* ΔΩCΙ *πόλιν Τροίην ἐξαλαπάξαι.* Soloecum esse opinantur: *τὸ γὰρ δῶσι, φασὶ, πληθυντικόν.* Aristarchus docuit singularem esse coniunctivi ΔΩΙCΙ. Perspicuum est illos ΔΩCΙ legisse. Ubi est *ἤσαν* Iliad. Λ. 33. Aristarchus emendat *ibant*, *ᾖσαν*.

Iliad. Σ. 407. Bekker. *ζωάγρια τίνειν.* sed *μετὰ τὸ* I *ζῳάγρια ὁ Ἀρίςαρχος*, nempe *ζῷον* Graecum est et *ζῳός*, non (ut vulgo) *ζῶον* et *ζωός*. Ex Simonide affertur:

οἷον τόδ' ἡμῖν θηρίον παρέπτατο,
τὸ ζωΐων κάκιςον ἔκτηται βίον.

Bekk. Σ. 418. *ζωῇσι νεηνίσι*, male pro *ζωῇσι*, et multis aliis locis, quos postea ordine collectos proponam.

Homerus autem pro re nata iisdem utitur *συναιρέσεσι*, quibus et Atticos uti videmus. Ad Odyss. B. 410. *δεῦτε φίλοι, ἤϊα φερώμεθα*, annotatur: *Καλλίστρατος·*

δεῦτε φίλοι, ὄφρ' ἦα φερώμεθα.

καὶ ἔστι τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος τὸ οὕτω συναιρεῖν. Neque *τῆς νεωτέρας Ἀτθίδος* haec forma est, nam Pherecrates ita dixit apud Eustath. ad Odyss. pag. 1455, 42.

τὴν γαστέρ' ἦων κἀχύρων σεσαγμένος.

et eadem synaeresi usus est Homerus ipse Odyss. E. 368.

ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ἦων θημῶνα τινάξῃ.

Sic modo *δήϊοι ἄνδρες, δήϊον ἄνδρα, δηΐου ἐκ πολέμοιο, δήϊον ἐς πόλεμον* dixit *τρισυλλάβως*, modo per synaeresin *δῄοισι μάχεσθαι, δῄοισι δὲ χάρμα γενέσθαι, μάρνασθαι δῄοισι, δῄοισι λιπέσθαι, γνῶ ῥ' ἄνδρας δῄους, δῄων ἀνδρῶν, δῄων ἐν αὐτῇ, δῄων κυσὶ κῦρμα γενέσθαι, πρῆσαι δὲ πυρὸς δῄοιο θύρετρα, πυρὸς δῄοιο θέρωνται*, sed Bekkero placuit *δηίοισι, δηίους, δηίων, δηίοιο* scribere incertum quo more aut iure. Similiter in verbo modo *δηϊόων* legitur et *δηϊόωντο*, modo *δῃῶν* (P. 65. ubi annotatur: *περισπαστέον — καὶ σὺν τῷ Ι γραπτέον*) et *Ἕκτορα δῃώσαντε* (X. 218.). Sic modo *Θρήϊκες* appellantur, ut *Θρήϊκες οἵδ' ἀπάνευθε νεήλυδες* (K. 434.), modo *κατὰ συναίρεσιν Θρῇκες*, ut *ὅ τοι Θρῇκες πόρον ἄνδρες.*

Omitto similia plura et hoc unum addo Aristarchum ex huius rei observatione palmari coniectura restituisse locum Π. 202. ubi Zenodotus ex libris suis ediderat sine sensu: *καὶ* ΜΗ*τιάασθε ἕκαστος*, at Aristarchus inserto *ἰῶτα* dedit lucem. *δεῖ σὺν τῷ* Ι *γράφειν*, inquit,

καί Μ' Ἠ*Ιτιάασθε ἕκαστος.*

addidit *ἰῶτα* de suo, quod sexcenties viderat omitti solere. Itaque nos quoque ubi sana ratio et linguae Homericae et Atticae usus *ἰῶτα* additum postulant spreta librorum auctoritate ficulnea et *παράδοσιν* nullis argumentis fultam valere iubentes *νῴ* et *σφώ* a longo exilio revocata simul Homero et Atticis tandem aliquando reddemus.

Restat controversia utrum Homerus *σφῶν* pro *σφῶϊν* Atticorum more dixerit in Odyss. Δ. 62.

οὐ γὰρ σφῶν γε γένος ἀπόλωλε τοκήων.

annotatur: χωρὶς τοῦ Ι ἡ σφῶν, ὡς Ἀρίσταρχος — ἐπίτηδες δὲ Ἀρίσταρχος ἀθετουμένων τῶν στίχων καὶ ἄνευ τοῦ Ι εἴασε τὴν γραφὴν ἵνα καὶ τοῦτο πρὸς τὴν ἀθέτησιν λαμβάνῃ. Aristonici haec sunt. Didymus addit: προηθετοῦντο καὶ παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ Ἀριστοφάνει. τό τε γὰρ ΣΦΩΙΝ οὐχ Ὁμηρικῶς μονοσυλλάβως ἐξηνέχθη ὅ τε ἔπαινος τῶν νέων οὐκ ἀναγκαῖος. In his quod firmissimum argumentum esse videtur invalidum est: si σφῶϊ et νῶϊ Homero et σφώ et νώ potuerunt sonare, quis sanus neget eodem iure σφῶϊν in σφῶν contrahi potuisse? in tanta praesertim eiusdemmodi apud Homerum συναιρέσεων frequentia. Sintne autem tres versus, quos unanimi consensu tres Critici ὠβέλισαν, accommodati ad loci naturam et argumentum an non sint alia quaestio est ita coniuncta cum cuiusque sententia de horum carminum origine et conservatione et compositione, ut satius sit hanc controversiam ex suo cuique iudicio dirimendam relinquere, itaque ὡς ἕκαστος ἑαυτὸν πείθει οὕτως ἐχέτω· τὸν γὰρ ἀντιλέγοντα καὶ φιλονικοῦντα πείθειν ἔν γε τοῖς τοιούτοις μηχανή ἐστιν οὐδεμία.

IV.

ΔΙΓΑΜΜΑ.

Homeri Editio a Bekkero curata Bonnae 1858 quamquam languidum ac senile opus, hoc tamen habet praeter caetera boni ut antiquam linguae Homericae literam Ϝ *„postquam vetustate et negligentia perierat admirabili Bentleii sagacitate ab oblivione vindicatam"* ex longo exilio tandem in Homerica carmina id est in antiquam patriam reduxerit cum incredibili et sermonis et metri Homerici emolumento. Caute admodum et circumspecte Bekkerus in ea re versatus est, sed satius est ipsum audire. *„Reduxi digamma*, inquit, *sed quantum poteram et licebat caute pedetentimque reduxi, sed in sedem reduxi suam, proditam illam manifestis vestigiis, non optatam cupideve arreptam"*. Arduum et anceps negotium est et periculosae plenum opus aleae. Qui in Homero edendo nullam τοῦ δίγαμμα rationem habent levitatis

crimine tenentur, similesque sunt philologis quibusdam in Gallia festivissimis illis quidem et elegantissimis viris sed *οὐδὲν ἐπαΐουσι τῶν τοιούτων πέρι*, qui digamma per ludum iocumque pro Aeolico *Britannicum* appellitabant. Fuerunt alii qui in contrarium errorem se inducerent et fere ubique levi suspicione ducti digamma infercirent. Bekkerus ut erat in omni re cautus et anxius mediam quamdam viam tenuit, ita tamen ut in multis erraverit, nonnumquam sed perraro tamen *τὸ δίγαμμα* importune inserens, longe saepius necessarium negligens, aut in emendandis locis ubi hominum socordia antiqua literula periisset parum felix aut festinantior paullo et inconsideratior. Ex hisce errorum generibus nonnulla subinde exempla paucis redarguere iuvat.

Faciam initium ab eo loco, ubi necessarium et sententiae et metro *δίγαμμα* apud reliquos omnes amissum a Bekkero quoque neglectum est.

Pronomina trium personarum habent accusativum encliticum *με*, *σε* et *Ϝε*. Elisa vocali superest *μ'* et *σ'*: in tertia autem, quia Ϝ non scribitur, pronominis nec vola nec vestigium superest. Vel sic tamen in vitam ac lucem poterit revocari, ut luculento exemplo ostendemus.

Habet hoc linguae Epicae simplicitas ut quae quis mandata ad aliquem dederit perferenda, ea *iisdem* verbis repetitis ad eum perferantur tertia tantum persona in secundam mutata. Pauca exempla haec vide. Iliad. Β. 11.

> *θωρῆξαί* 'Ε *κέλευε κάρη κομόωντας* 'Αχαιούς
> *πασσυδίῃ· νῦν γάρ κεν* ἕλΟΙ *πόλιν εὐρυάγυιαν.*

et vs. 28. et 65.

> *θωρῆξαί* C' *ἐκέλευε κάρη κομόωντας* 'Αχαιούς
> *πασσυδίῃ· νῦν γάρ κεν* ἕλΟΙC *πόλιν εὐρυάγυιαν.*

Iliad. Θ. 402.

> *γυιώσω μέν σφωϊν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους,*
> *αὐτὰς δ' ἐκ δίφρου βαλέω κατά θ' ἅρματα Ϝάξω.*

et vs. 416.

> *γυιώσειν μὲν σφῶϊν ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους,*
> *αὐτὰς δ' ἐκ δίφρου βαλέειν κατά θ' ἅρματα Ϝάξειν.*

Iliad. Ο. 160.

> *παυσάμενόν μιν ἄνωχθι μάχης ἠδὲ πτολέμοιο —*

εἰ δέ μοι οὐ Ϝεπέεσσ' ἐπιπείσεται ἀλλ' ἀλογήσει.

et vs. 176.

παυσάμενόν σ' ἐκέλευε μάχης ἠδὲ πτολέμοιο —
εἰ δέ Ϝοι οὐ Ϝεπέεσσ' ἐπιπείσεαι ἀλλ' ἀλογήσεις.

Iliad. Ω. 113.

σκύζεσθαί Ϝοι Ϝειπὲ θεούς, ἐμὲ δ' ἔξοχα πάντων
ἀθανάτων κεχολῶσθαι, ὅτι Φρεσὶ μαινομένῃσιν
Ἕκτορ' ἔχει παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν οὐδ' ἀπέλυσεν.

et vs. 134.

σκύζεσθαι σοί Φησι θεοὺς ἐϜὲ δ' ἔξοχα πάντων
ἀθανάτων κεχολῶσθαι, ὅτι Φρεσὶ μαινομένῃσιν
Ἕκτορ' ἔχεις παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν οὐδ' ἀπέλυσας.

Ad hanc lucem contemplare mihi locum hunc Iliad. Ω. 152.

μηδέ τί Ϝοι θάνατος μελέτω Φρεσὶ μηδέ τι τάρβος·
τοῖον γάρ Ϝοι πομπὸν ὀπάσσομεν ἀργεϊΦόντην,
ὃς ἄξει εἵως κεν ἄγων Ἀχιλῆϊ πελάσσῃ.

quibus ad verbum respondent haec vs. 181.

μηδέ τί τοι θάνατος μελέτω Φρεσὶ μηδέ τι τάρβος·
τοῖος γάρ τοι πομπὸς ἅμ' ἕψεται ἀργεϊΦόντης,
ὅς C' ἄξει εἵως κεν ἄγων Ἀχιλῆϊ πελάσσῃ.

Nonne luce clarius est ut hoc loco *ὅς* CE *ἄξει* dicitur, sic illo *ὅς* ϜE *ἄξει* dictum fuisse? Eliditur utrobique vocalis: itaque hoc loco *ὅς* C' *ἄξει* recte scribitur, sed illic, quia digamma non superest, nullum pronominis indicium est relictum et versus *ἀκέΦαλος* circumambulat

ὋC *ἄξει εἵως κεν ἄγων Ἀχιλῆϊ πελάσσῃ.*

Nulla igitur superesse potest dubitatio quin vera scriptura sit: *ὅς* Ϝ' *ἄξει*, et nihil amplius est molestiarum neque in sententia neque in metro.

Eodem modo idem pronomen periisse suspicor Π. 545.

κεῖται Σαρπηδών —
ἀλλά, Φίλοι, πάρστητε νεμεσσήθητε δὲ θυμῷ
μὴ ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται ἀϜεικίσσωσι δὲ νεκρόν.

sententia postulat: *μή μιν ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται*, ut Χ. 18. *ἐμὲ μὲν μέγα κῦδος ἀΦείλεο*: ergo rescribendum:

μή Ϝ' *ἀπὸ τεύχε' ἕλωνται.*

Iterum pronomen idem ex fuga retrahendum esse arbitror in Odyssea *α*. 204.

οὔτοι ἔτι δηρόν γε Φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης
ἔσσεται, οὐδ' εἴπερ ΤЄ σιδήρεα δέσματ' ἔχησι.

quoniam δέσματα ex ipsa rei natura nominativus est, δέσματα ἔχει με, non ἔχω δεσμά, male abest pronominis accusativus. Sed vide quam nullo negotio in pristinam sedem redeat si scripseris:

οὐδ' εἴπερ ϜЄ σιδήρεα δέσματ' ἔχησι.

ut in Odyss. θ. 340.

δεσμοὶ μὲν τρὶς τόσσοι ἀπείρονες ἀμφὶς ἔχοιεν.

et aliis locis δεσμὸς ἐρύκει. Sequiores demum ἔχω δεσμά aut ἁλύσεις aut κλοιόν dicere coeperunt.

Iterum periit ϝε Iliad. Ω. 337.

ὣς ἄγαγ' ὡς μήτ' ἄρ τίς ϝίδῃ μήτ' ἄρ τε νοήσῃ.

sed poëta dixisse videtur:

ὡς μή τίς ϜЄ ϝίδῃ μή τάρ τε νοήσῃ.

V.

'ΑϜϜΕΡΥΕΙΝ.

Bekkerus mendose edidit A. 459 et B. 422. ἀϜέρυσαν, et Θ. 325. ἀϜερύοντα, et M. 261. ἀϜέρυον. Est verbum Ϝερύω idem significans atque ἕλκω, habetque *ubique* sine controversia digamma, ut O. 464. ἐπὶ τῷ Ϝερύοντι, et passim. Composita sunt eiusdem significationis 'ΑΝέλκειν et 'ΑΝϜερύειν, id est εἰς τοὐπίσω ἕλκειν, ἀνακλᾶν de *capitibus victimarum* et de *arcu*, ut Λ. 375 et N. 583. ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἄνελκεν, et Odyss. Φ. 150. πρὶν γὰρ κάμε χεῖρας ἀνέλκων, nempe τὸ τόξον. In 'ΑΝϜερύειν, ut in ἀλλέξαι, ἀλλύεσκον et sim. N in digamma conversum est scribendumque ἀϜϜέρυσαν, ἀϜϜερύοντα et ἀϜϜέρυον, quae olim in αὐέρυσαν et etiam peius in αὖ ἔρυσαν depravata circumferebantur. Quod Bekkerus dedit ἀϜερύοντα perinde est vitiosum ac si quis pro ἀΝέλκοντα vellet ἀЄλκοντα substituere.

VI.

’ЄϜϜΑΔЄΝ.

Tribus in Homero locis Bekkerus edidit ἔϝαδεν. Iliad. Ξ. 340. et Ρ. 647. et Odyss. Π. 28.

ἐπεί νύ τοι ἔϝαδεν εὐνή.
ἐπεί νύ τοι ἔϝαδεν οὕτως.
ὣς γάρ νύ τοι ἔϝαδε θυμῷ.

ut pro tribrachi ter dactylus reponatur geminato digammate scribendum ἔϝϝαδεν, unde εὔαδεν ortum est, ut καυάξαις ex καϝϝάξαις et αὐέρυσαν pro ἀϝϝέρυσαν et αὐίαχοι pro ἀϝϝίαχοι, similiaque complura. Apud Hesychium post Αὐΐαχοι legitur:

Αὐϊδέτου: ἀφανοῦς, ἀοράτου.

nihil aliud est quam ἀϝϝιδέτου, quod formatum est ut ἀλάμπετος.

VII.

ΔϜΗΝ — ΔϜЄΙϹΑΙ, ΔϜЄΟϹ, ΔЄΔϜΙΑ.

Digamma quum sit *littera liquida* mutis quibusdam subiungitur. Apud Homerum quidem in duobus tantum vocabulis liquido apparet digamma literae Δ fuisse subiunctum. Primum in ΔϜΗΝ, quod *ubique* sine ulla exceptione antecedentem brevem positione producit, ut in

μίνυνθά περ οὔτι μάλα δϝήν.

Α. 416. Ν. 573. χ. 473 et

οὐδ' ἄρ' ἔνι δϝήν.

Ζ. 139. Θ 126. Ψ. 690. β. 36. 296. 397. ρ. 72. et οὐδ' ἂν ἔτι δϝήν Υ. 426. et οὔτοι ἔτι δϝήν. et οὐδὲ δϝήν Π. 736. et ε. 127.

Alterum exemplum Δ et Ϝ coniunctorum est in Homerico verbo δείδια. Scribebatur olim ἔδδεισεν, ὑποδδείσας, ἀδδεές et similia. Aristarchus in his unum tantum Δ scribebat. Scholion ad Θ. 423. ἀδεὲς δι' ἑνὸς Δ 'Αρίσταρχος. et ad Ο. 123. περιδείσασα διὰ τοῦ ἑτέρου Δ 'Αρίσταρχος, et ad. Ψ. 417. διὰ τοῦ

ἑτέρου Δ τὸ ὑποδείσαντες. Aristarchum Bekkerus sequitur, inconsiderate admodum. Aristarchus enim quae esset antiqua horum vocabulorum forma scire non poterat, quoniam numquam suspicatus est in lingua Homerica subesse consonantem literam quae oculis non cerneretur, Bekkerum vel solae metricae rationes advertere potuerant et ad verum reperiendum adducere.

Producitur enim prima in ἔδϝεισεν (ut in ὣς ἔφατ', ἔδϝεισεν δ' ὁ γέρων) A. 23. 568. Γ. 418. K. 240. Τ. 61. Ψ. 425. Ω. 571. 689. κ. 448.

Producitur eadem in ἔδϝεισας X. 19. Ω. 364.
et in ἐδϝείσατε N. 624.
et in ἔδϝεισαν κ. 219. ν. 184.
et in coniunctivo δϝείσῃ Ω. 116.

εἴ κέν πως ἐμέ τε δϝείσῃ.

et in participio δϝείσαντες ι. 236. 396.

Producitur secunda in περίδϝεισαν Λ. 508.
et in περιδϝείσασα O. 123. Φ. 328.
et in περιδϝείσαντες Ψ. 822.

Producitur secunda in ὑπέδϝεισαν A. 406.
et in ὑποδϝείσας X. 282. ι. 377. π. 425.
et in ὑποδϝείσασα κ. 296.
et in ὑποδϝείσαντες M. 413. Σ. 199. Ψ. 417. 446. Ω. 265.

Ubicumque legitur δέος, δεινός, δειμός, δειλός, Δεισήνωρ videbis antecedentem brevem positione productam. Erat enim antiqua forma δϝέος A. 515. οὔτοι ἔπι δϝέος. E. 816. οὔτε τί με δϝέος ἴσχει. K. 376. χλωρὸς ὑπὸ δϝείους. N. 224. οὔτε τινὰ δϝέος ἴσχει. Ξ. 387. ἀλλὰ δϝέος. O. 4. χλωρὸς ὑπὸ δϝείους. θ. 563. ἐπὶ δϝέος.

Erat δϝεινός Γ. 172. φίλε ϝεκυρὲ δϝεινός τε. K. 254. 272. ἐνὶ δϝεινοῖσιν Λ. 10. μέγα τε δϝεινόν τε. Φ. 25. κατὰ δϝεινοῖο. γ. 322. μέγα τε δϝεινόν τε. ε. 52. κατὰ δϝεινούς.

Erat forma vetus δϝειμός Λ. 37. περὶ δὲ δϝειμός. O. 119. κέλετο Δϝειμόν.

Erat forma antiqua δϝειλός E. 574 ἄρα δϝειλώ, obliterata Λ. 293. ἦ γάρ κεν (leg. κε) δϝειλός et P. 38. ἦ κέ σφιν (leg. σφι) δϝειλοῖσι.

Sic et producit antecedentem brevem forma Δϝεισήνωρ P. 217.

τε Δϝεισήνορα, et prima in ἀδϝεές longa est Φ. 481. κύον ἀδϝεές et τ. 91.

Sic igitur δείδια natum est et δείδοικα, nempe ex δέδϝια et δέδϝοικα, sic θεουδής ex θεοδϝεής pro ὅσιος, εὐσεβής, θεοσεβής, δεισιδαίμων.

In tanta frequentia locorum, ubi antiquae linguae tam expressa et certa vestigia apparent, non miraberis esse locos pauculos, in quibus longa dies et communis omnium linguae vetustae ignoratio vocabulorum veterum formam variis modis ἠφάνισεν. Quae carmina per multas aetates volitarant per ora virorum longo post intervallo ex cantantium ore excepta literis describi coepta sunt, postquam digamma, sexta alphabeti litera, apud Iones et Atticos plane in desuetudinem abierat describentibusque prorsus erat ignotum. Itaque pro ἔϝϝαδεν scribebatur εὔαδεν, pro καϝϝάξαντες et καϝϝάξαις dederunt καυάξαντες et καυάξαις, pro ἀϝϝέρυσαν exarabant αὐέρυσαν et αὐΐαχοὶ pro ἀϝϝίαχοι, similiaque ubi ϝ erat geminatum. Simplex autem ϝ omitti solebat et penitus sine vestigio interire.

Itaque quia passim litera consonans exciderat carmina vetusta literis exarata plena erant rimarum versusque canori et eximia arte compositi passim intolerabili hiatu fatiscebant, veluti:

ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδΕ Οἶνος
κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλΑ 'Εοργώς.
ὡς δὲ λέων ἐν βουσὶ θορὼν ἐξ αὐχένΑ "Αξῃ.
ἔνθα μὲν ἐκπεσέειν οἴω κατὰ θ' ἅρματΑ "Αξαι.

Non est igitur mirandum rhapsodos et cantores centum modis molestum hiatum sarcire conatos, qui aut inferciebant literulam στοιβῆς δίκην πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ veluti τ' aut γ' aut κ', aut voculas inter se permutabant pro δέ aut τε γάρ substituentes, aut verba transponebant veluti πᾶσιν ἐμοὶ δὲ μάλιστα pro πᾶσι μάλιστα δ' ἐμοί, omninoque lenissima vulgatae scripturae mutatione numeris et auribus consulebant. Eodem modo quo illi vetustas formas obscurabant, nostrum est easdem revocare in lucem, non per vim grassantes urendo secandoque et audaci transpositione aut correctione violenta, sed lenissima literulae inflexione aut omissione. Optimum factu est locos poëtae omnes, ubi vetustae formae obliteratae sunt, sub uno conspectu ponere omnibusque diligenter consideratis expensisque ita linguae

antiquae rationem et usum, si fieri potest, restituere. Sunt autem loci pauculi hi: H. 117 ἀδειής prima brevi εἴπερ ἀδειής ἐςι. Θ. 133. βροντήσας ἄρα δεινόν. N. 163. ἀπό ϝεο δεῖσε δὲ θυμῷ. O. 626. ἀνέμοιο δὲ δεινὸς ἀήτης. Ω. 663. Τρῶες δεδίασιν, et duobis locis μ. 203. et ω. 534. τῶν δ' ἄρα δεισάντων et β. 66. ὑποδείσατε.

Quod autem saepius in utroque carmine legitur δείδω et ubique in hexametri initio collocatur, non arbitror esse linguae Homericae, ut neque Atticae linguae esse satis constat. Athenienses constanter δέδοικα aut δέδια dicebant et δέδιθι, δέδιμεν, ἐδέδισαν, δεδιέναι, δεδιώς caet. Homerus de more omnia habet eadem, sed prima ob amissum digamma in diphthongum producta: δείδοικα, δείδια, δείδιμεν, ἐδείδισαν, ὑπεδείδισαν, δείδιθι, δειδίμεν (δεδιέναι) et δειδιότες. Pro vulgata δείδω nonnumquam discrepans lectio *antiqua* δείδια ex vetustis poëtae editionibus sive διορθώσεσιν profertur, ut Iliad. Ξ. 44, quam equidem ubique cantoribus Ionicis reddendam esse arbitror, et pro δείδω reponendum δείδια K. 39. Λ. 470. N. 745. Ξ. 44. T. 24. Υ. 30. X. 455. et in Odyssea ε. 300. 419. 473. et μ. 122.

VIII.

ϜΕΛΛΟΜΑΙ — 'ΕϜΑΛΗΝ — ϜΕϜΕΛΜΕΝΟΙ.

Editur apud Homerum E. 203.

ἀνδρῶν εἰλομένων.

et E. 782.

ἕςασαν — εἰλόμενοι.

et Θ. 215.

εἰλομένων. εἴλει δὲ — Ἕκτωρ Πριαμίδης.

Bekkerus τὸ δίγαμμα addidit ϝειλόμενοι, ϝειλομένων, ϝείλει. Consentiunt libri, confirmant testes veteres, Apollonius, Hesychius, Etymologici auctor, caeteri. Tamen mendosa haec forma est et inveteratum scripturae vitium nos fallit. Quae sit proba et genuina forma duce optima analogia investigandum erit. Spectemus primum formas ex vetere verbo propagatas. Aoristus est ϝέλσαν, ϝέλσαι et ἐϝέλσαι, ϝέλσας, ut κέλσαι et κέλσας A. 413.

Τρώων ϛίχες ἤλυθον — Ϝέλσαν δ' ἐν μέσσοισιν.

Α. 409.

τοὺς δὲ κατὰ πρύμνας τε καὶ ἀμφ' ἅλα ϝέλσαι 'Αχαιούς.

Φ. 225.

πρὶν ϝέλσαι κατὰ ϝάϛυ.

Misere corruptus locus est Σ. 294.

κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ νηυσὶ θαλάσσῃ τ' ϝέλσαι 'Αχαιούς.

nam quod τὸ δίγαμμα eximentes τ' ἔλσαι scribunt perinde est ac si quis ἔλσαι pro κέλσαι substituere vellet. Sed salva res est, quia poëtae manum alibi integram servatam habemus hanc:

κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ νηυσὶ καὶ ἀμφ' ἅλα ϝέλσαι 'Αχαιούς.

Participium ϝέλσας legitur in versiculo Odysseae bis repetito ε. 132. et η. 250.

ἐπεί ϝοι νῆα — Ζεὺς ϝέλσας ἐκέδασσε.

sed potior videtur scriptura Zenodotea ἐλάσας pro ϝέλσας, quoniam πλήξας sententiae convenit, συϛρέψας, συνελάσας non item. „*Jupiter navim fulmine* ictam *diffidit*".

Pro ϝέλσαι linguae Homericae consuetudine, qua τῷ δίγαμμα saepissime Є praefigitur, ἐϝέλσαι legitur Φ. 295.

πρὶν κατὰ ϝιλιόφιν κλυτὰ τείχεα λαὸν ἐϝέλσαι.

ut ἐϝείκοσιν, ἔϝεδνα, ἐϝέλδωρ caet. Obiter N exemta scribe Ϝιλιόφι κλυτά, Homerico more.

Passivae formae aoristus est ἐϝάλην, ut ἐϛάλην. N. 408.

τῇ ὕπο πᾶς ἐϝάλη.

Υ. 168.

δουρὶ βάλῃ ἐϝάλη τε χανών.

et vs. 278. Αἰνείας δ' ἐϝάλη. et Χ. 12.

οἱ δή τοι ἐς ϝάϛυ ϝάλεν.

et in infinitivo ϝαλῆναι et ϝαλήμεναι Π. 714.

ἢ λαοὺς ἐς τεῖχος ὁμοκλήσειε ϝαλῆναι.

Ε. 76

'Αργείους ἐκέλευσα ϝαλήμεναι ἐνθάδε πάντας.

et Σ., 76.

πάντας ἐπὶ πρυμνῆσι ϝαλήμεναι υἷας 'Αχαιῶν.

Saepe legitur participium ϝαλείς, ϝαλέν, ϝαλέντες. Φ. 571.

ὣς εἰπὼν 'Αχιλῆα ϝαλεὶς μένεν.

Χ. 308.

οἴμησεν δὲ ϝαλείς.

Ψ. 420.

χειμέριον ϝαλὲν ὕδωρ.

Φ. 534.

ἐπεί κ' ἐς τεῖχος ἀναπνεύσωσι ϝαλέντες.

Φ. 607.

πύλαι δ' ἔμπληντο ϝαλέντων.

Χ. 47.

Τρώων ἐς ϝάϛυ ϝαλέντων.

Perfectum passivum est *ϝέϝελμαι*, ut *ἤγγελμαι*. Ω. 662.

ϝοῖσθα γὰρ ὡς κατὰ ϝάϛυ ϝεϝέλμεθα.

Μ. 38.

νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῇσι ϝεϝελμένοι.

Ν. 524.

Διὸς βουλῇσι ϝεϝελμένοι.

Σ. 287.

ἦ οὔπω κεκόρησθε ϝεϝελμένοι ἔνδοθι πύργων;

Nonne ex omnibus his formis luculenter apparet quae sit proba et antiqua praesentis forma? *κέλσαι* a *κέλλω* est, *ἐϛάλην* a *ϛέλλω*, *ἤγγελμαι* ab *ἀγγέλλω*, ergo et *ϝέλσαι*, *ἐϝάλην*, *ϝέϝελμαι* non aliunde quam ex *ϝέλλω* et *ϝέλλομαι* prognata esse possunt. Quae verba in prisco Epico sermone *τὸ δίγαμμα* habent praefixum ea saepe videbis in Attica pro *ϝε* habere diphthongum ЄΙ ut *ϝελίσσω εἱλίσσω*, et sic *εἰργαζόμην*, *εἰϛίων*, *εἴθιζον* et alia nata sunt. Hinc *ϝέλλομαι* apud Athenienses ЄΙλλομαι et Ἴλλομαι sonabat *ι* producto. Multa hinc composita Atticis et Ionibus antiquis in usu fuerunt: *ἐξίλλω*, *συνίλλω*, *ἀνίλλω*, *κατίλλω*, *προσίλλω*, *περιίλλω*, *ὑπίλλω*, de quibus multa dixi in *Var. Lectt.* pag. 87. et 361. et in *Nov. Lectt.* pag. 457. Sophocles in *Antigone* vs. 340.

ἰλλομένων ἀρότρων ἔτος εἰς ἔτος.

Quia Ι longum est *εἰλλομένων* et *εἰλομένων* scribae dare solent, et sic nata est apud Homerum quoque mendosa lectio, quae et apud Sophoclem et Platonem et alios comparet. vid. Ruhnken. ad *Tim.* v. Εἰλομένων et Γῆν ἰλλομένην.

Pro prisco *ϝέλλω* et Attico *ἴλλω* iam apud Homerum est producta forma *ϝειλέω*. Θ. 215. *ϝελλομένων*, *ϝείλει δὲ* — Ἕκτωρ. Β. 294. *ὅνπερ ἄελλαι Χειμέριαι ϝειλέωσιν.* μ. 210. *ϝείλει ἐνὶ σπῆϊ.* τ. 200. *ϝείλει γὰρ βορέης.* χ. 460. *ϝείλεον ἐν ϛείνει*, λ. 572.

θῆρας ὁμοῦ ϝειλεῦντα. et Φ. 8. *ἐς ποταμὸν ϝειλεῦντο.* Similes formae Atticis sunt permultae *κατειλεῖν, περιειλεῖν* caet. in quibus solemni errore pro *κατειλημένος, περιειλημένος* et sim. *κατειλημμένος* et *περιειλημμένος* scribae substituere assolent. Sic factum est ut in libris pro veris ac genuinis formis *ἐλλόμενοι* apud Homerum, *ἰλλόμενος* et *εἰλούμενος* in Attica, haec scripturae vitia passim recurrant *εἰλόμενος, εἱλόμενος; εἰλούμενος* (pro *ἐλλόμενος*) et *εἰλλόμενος*, quae nemini imponere possunt et nullius omnino sunt pretii. Ad Iliad. E. 782 *ἕσταςαν — εἰλόμενοι* *la Roche* attulit ex Cod. A. *εἰλούμενοι*, ex GM. *εἱλόμενοι*, similiaque alibi, quibus quid est vanius, quid inutilius?

In perfecto passivo notandus est Bekkeri constans error *ἐϝέλμεθα.* et *ἐϝελμένοι* ubique scribentis et ad eundem modum alibi passim *ἔϝολπα, ἔϝοργα, ἔϝοικα, ἔϝερτο, ἐϝερμένον.* Haec omnia perinde vitiosa sunt ac si quis pro *λέλοιπα, πέποιθα, δέδηκα, πέφηνα, σέσηπα, τέτηκα* sim. vellet *ἔλοιπα, ἔποιθα* caet. dicere.

In *ϝεϝέλμεθα* non magis primam consonantem omittere licet quam in *κεκόρημαι, βεβόλημαι, δέδασμαι, δεδάκρυμαι, δέδεμαι, τέταμαι, δέδομαι, πέπομαι*, similibusque omnibus. Non erat autem arduum et anceps pro *γλαφυρῇσιν ἐϝελμένοι* et *βουλῇσιν ἐϝελμένοι* et *κατὰ ϝάςυ ἐϝελμένοι* verum reponere et in versu:

ἦ οὔπω κεκόρησθε ἐϝελμένοι ἔνδοθι πύργων;

vel immanis hiatus Bekkerum admonere poterat perfectum passivum reduplicationem habere solere.

Permulta alia apud Bekkerum adversus digamma peccata sunt sive neglexerit evidens scripturae vitium sive male curaverit. In constituenda carminum Homericorum lectione utilissimum est semper hoc agere et observare quibus modis cantores veteres rimas innumerabiles. quibus antiqua carmina propter digamma deletum passim fatiscebant, supplere sint soliti et sarcire et interpolando numerorum labem manifestam occultare.

In qua re non violenter grassabantur aut lectiones antiquas temeraria manu vexabant, sed *ςοίβας τινὰς* tenues et exiles inserebant *τε, γε, ἄρ', τι*, et quidquid lenissime *τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ* sarciebat. Nonnumquam verba transponebant tantum, ut in *ἐμοὶ δὲ μάλιςα* pro *μάλιςα δ' ἐμοί*, cuius rei in tempore memor complures poëtae versus aut *ἀμέτρους* aut *κακομέτρους* restitutis numeris sanare poteris. In Iliad. N. 204 in libris est:

ἧκε δέ μιν σφαιρηδὸν ἑλιξάμενος δι' ὁμίλου.

contra metrum, quia est σφαιρηδὸν ϝελιξάμενος. Itaque Bekkerus σφαιρηδΑ ϝελιξάμενος substituit, ut „ἀμφαδά, ἀνκφανδά, ἀποσταδά, αὐτοσχεδά, κρυβδά, μιγδά et *Hesiodi* καναχηδά". Sed recordatus non est ex nominibus non alia adverbia quam in -δόν formari, κυνηδόν, ἱππηδόν, λεοντηδόν, ταυρηδόν, βοτρυδόν, κιονηδόν, et similia complura, ut et σφαιρηδόν et apud Homerum ipsum πυργηδόν, φαλαγγηδόν, ἀγεληδόν. Quid igitur? Emenda verbis transpositis:

σφαιρηδὸν δέ μιν ἧκε ϝελιξάμενος δι' ὁμίλου.

ponitur σφαιρηδόν recte primo loco, ut in B. 89. βοτρυδὸν δὲ πέτονται, et manifesto aliquis, cui hiatus in ἧκε ἑλιξάμενος vexabat aures, ἰώμενος μείζω τὴν νόσον ἐποίησεν.

Iuvat eadem opera et alios Homeri versiculos complures, ubi neglectum δίγαμμα in causa fuit ut lectio antiqua vitiaretur, paucis redintegrare conari. Iliad. Π. 522.

ἀνὴρ δ' ὤριστος ὄλωλε
Σαρπηδὼν Διὸς υἱός, ὁ δ' οὐδ' ϝοῦ παιδὸς ἀμύνει.

expuncta literula scribe: ὁ δ' οὐ ϝοῦ παιδός. T. 124.

οὔ τοι ἀϝεικὲς ϝανασσέμεν Ἀργείοισιν.

quod conieceram: ἐν Ἀργείοισι ϝανάσσειν. a Bentleio occupatum video, qui comparavit Odyss. η. 62. ὃς ἐν Φαίηξι Ϝάνασσεν. Adscripseram Odyss. τ. 110.

ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισι ϝανάσσων.

Odyss. β. 379.

αὐτίκ' ἔπειτα ϝοι ϝοῖνον ἐν ἀμφιφορεῦσιν ἄφυσσεν.

corrig. αὐτίκα ΔΗ ϝοι ϝοῖνον. ι. 419.

οὕτω γάρ πού μ' ϝήλπετ' ἐνὶ φρεσὶ νήπιον εἶναι.

imo vero: οὕτω γάρ ΤΙ μ' ἘϝέλπετἘ ἐνὶ φρεσὶ νήπιον εἶναι. κ. 240.

καὶ δέμας, αὐτὰρ νοῦς ἦν ἔμπεδος ὡς τὸ πάρος περ.

NOOC Homericum est et versus admodum durus et immodulatus. Emendandum censeo:

ἀλλὰ νόος γ' ἦν ἔμπεδος.

μ. 117.

οὐδὲ θεοῖσιν ὑπείξεαι ἀθανάτοισιν.

sed ϝείκω Homeri est et ὑπόϝεικε et ἔϝειξα, similiaque μετὰ τοῦ δίγαμμα. Quantillum est corrigere in hunc modum:

θεοῖς ὑποϝείξεαι.

ξ. 40.

καὶ δέ μοι ἄλλα θεοὶ δόσαν ἄλγεά τε ϛοναχάς τε,
ἀντιθέου γὰρ ϝάνακτος ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων
ἧμαι.

suadente sententia et metro iubente restitue:

ἀντιθέου ΤΕ ϝάνακτος

„*et alia mihi mala Di dederunt* ET *regis mei vicem doleo.* ξ. 395.

εἰ μέν κεν νοϛήσῃ ϝάναξ τεὸς ἐς τόδε δῶμα.

veram lectionem hanc esse arbitror:

εἰ μὲν νοϛήσΕΙΕ ϝάναξ τεός.

ξ. 438.

νώτοισιν δ' Ὀδυσῆα διηνεκέεσσι γέραιρεν
ἀργιόδοντος ὑὸς, κύδαινε δὲ θυμὸν ϝάνακτος.

sententia laboranti scripturae fert opem, quae non κύδαινε postulat sed *oblectabat*, itaque Ἴαινε, non κύδαινε. Hinc numeri redeunt: θυμὸν δ' Ἴαινε ϝάνακτος.

χ. 318.

αὐτὰρ ἐγὼ μετὰ τοῖσι θυοσκόος οὐδὲν ἐϝοργὼς
κείσομαι.

ἔϝοργα nihil est pro ϝέϝοργα, quasi dicas ἔδρομα pro δέδρομα. Recte scribitur celebrato loco,

κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀϝεργὸς ἀνὴρ ὅ, τε πολλὰ ϝεϝοργώς.

sed ἐϝοργώς barbarum est. Quid igitur faciendum? Homerus pro οὐδείς *constanter* οὔτις dicebat et pro οὐδέν frequenter admodum οὔτι. En igitur antiquam et veram lectionem οὔΤΙ ϝεϝοργὼς κείσομαι, ut Ρ. 661. ἀλλ' οὔ τι πρήσσει, et alibi.

Plura de genere eodem alias proferam.

IX.

ϜΕΛΙϹϹΕΜΕΝ.

Quamquam, uti diximus, τοῦ δίγαμμα omissio et ignoratio, ut plurimum levia tantum menda et leni manu corrigenda peperit, tamen nonnumquam ea res linguae Homericae insigne detrimentum attulit et monstra ac portenta lectionum sic nata sunt, quae nemo adhuc procuravit, quia nemo fraudem subesse

suspicatus est. Est verbum Epicum et priscum ϝελισσέμεν, apud Atheniensium Tragicos ἑλίσσειν et εἱλίσσειν, ut in *Phoenissis:*

ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων Φλόγα.

et in Aristophanis iocosa παρῳδίᾳ *Ran.* 1348.

λίνου μεσὸν ἄτρακτον
εἱ – εἱ – εἱ – εἱλίσσουσα χεροῖν.

et alibi passim. Praeter locos pauculos facili negotio emaculandos ubique certa τοῦ δίγαμμα vestigia impressa videbis. Ponam sub uno conspectu testimonia, quo melius fraus appareat in iis quae monstri quid alunt adhuc a nullo deprensum.

Ϝελισσέμεν est Ψ. 309.

ϝοῖσθα γὰρ εὖ περὶ τέρμα ϝελισσέμεν.

quod libri exhibent τέρμαθ' ἑλισσέμεν correxit Bentleius ex vs. 323 et 462.

Aoristus ϝελίξας legitur Ψ. 466.

οὐκ ἐτύχησε ϝελίξας.

Participium ϝελισσόμενος saepe recurrit. A. 317.

κνίση δ' οὐρανὸν ἶκε ϝελισσομένη περὶ καπνῷ.

Θ. 340.

ἰσχία τε γλουτούς τε ϝελισσόμενόν τε δοκεύει.

Σ. 372.

τὸν δ' εὗρ' ἱδρώοντα ϝελισσόμενον περὶ Φύσας.

Φ. 11.

ἔννεον ἔνθα καὶ ἔνθα ϝελισσόμενοι περὶ δίνας.

Χ. 95.

σμερδαλέον δὲ δέδορκε ϝελισσόμενος περὶ χειῇ.

Ψ. 846.

ἡ δὲ ϝελισσομένη πέτεται διὰ βοῦς ἀγελαίας.

ϝελίσσεται et ϝελίξεται leguntur Ψ. 320.

ἀΦραδέως ἐπὶ πολλὸν ϝελίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα.

(facilis admodum correctio est ἐπὶ πολλΑ ϝελίσσεται.) et P. 728.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐν τοῖσι ϝελίξεται ἀλκὶ πεποιθώς.

id est ϝελίξηται. Participium ϝελιξάμενος occurrit M. 408.

κέκλετο δ' ἀντιθέοισι ϝελιξάμενος Λυκίοισι.

et vs. 467.

κέκλετο δὲ Τρώεσσι ϝελιξάμενος καθ' ὅμιλον.

N. 204.

ἧκε δέ μιν σφαιρηδὸν ϝελιξάμενος δι᾽ ὁμίλου.

scribe, ut supra ostendimus,

σφαιρηδὸν δέ μιν ἧκε ϝελιξάμενος.

P. 283.

ῥηϊδίως ἐκέδασσε ϝελιξάμενος διὰ βήσσας.

Passivi aoristus uno loco comparet M. 74.

οὐκέτ᾽ ἔπειτ᾽ ὀΐω οὐδ᾽ ἄγγελον ἀπονέεσθαι
ἄψορρον ποτὶ ϝάϛυ ϝελιχθέντων ὑπ᾽ Ἀχαιῶν.

Semel et iterum imperfectum *ϝελίσσετο* reperitur in Odyss. Υ. 24. et 28.

νωλεμέως· ἀτὰρ αὐτὸς ϝελίσσετο ἔνθα καὶ ἔνθα.
ὣς ἄρ᾽ ὅγ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα ϝελίσσετο μερμηρίζων.

prior versus vitiatus est sed ex nota Homeri compositione non difficulter sanatur:

νωλεμέως· αὐτὸς ΔΕ ϝελίσσετο.

Superest locus male habitus Iliad. M. 49. *ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἂν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι* — *λέων ϛρέφεται* — *ταρφέα τε ϛρέφεται* —.

ὣς Ἕκτωρ ἀν᾽ ὅμιλον ἰὼν ἐλλίσσεθ᾽ ἑταίρους
τάφρον ἐποτρύνων διαβαινέμεν.

Nempe *ἐλίσσετο* *precabatur* prorsus a loci sententia abhorret. Sensus manifesto est *ὡς λέων ταρφέα ϛρέφεται* — *ὣς* (*οὕτως*) *Ἕκτωρ ἐϛρέφετο*. Ergo poëta verbi *ϝελισσέμεν* imperfecto passivo usus est, sed qua forma? Est in libris nonnullis *εἱλίσσεθ᾽ ἑταίρους*, quae Atticorum forma est Homero incognita. Priscum *ϝελίσσομαι* habet imperfectum *ἐϝελίσσετο*, idque ipsum verum est et ex longo exilio tandem in pristinam sedem reducendum. Postquam *τὸ δίγαμμα* deletum est *ἐελίσσετο* aut in *εἱλίσσετο* abiit aut in *ἐλλίσσετο*, utrumque aperte mendosum.

His igitur praemissis munita via est ad opprimendum monstrum, quod adhuc multos poëtae locos inquinat. Compone mihi locum M. 74. *ϝελιχθέντων ὑπ᾽ Ἀχαιῶν* cum E. 497. Σ. 106. Λ. 214.

οἱ δ᾽ ἐλελίχθησαν καὶ ἐναντίοι ἔϛαν Ἀχαιῶν.

et intelliges *idem* verbum eodem sensu utrobique positum fuisse *ϝελιχθέντων* et *ἐϝελίχθησαν*, id est *ἐϛράφησαν*, *μετεϛράφησαν*, „*converterunt sese* qui terga dederant *et obversi in hostem stete-*

runt. Eodem modo Δ. 588. quum poëta dedisset

στῆτε ϝελιχθέντες.

id est μεταστραφέντες, ὑποστραφέντες, quum deleto τῷ δίγαμμα superesset στῆτε ἑλιχθέντες intolerabilis hiatus expletus est sic ut στῆτ' ἐλελιχθέντες supponeretur. quamquam verbi ἐλελίζειν a sequioribus poëtastris ficti nullum est apud Homerum certum vestigium.

Verbi ϝελισσέμεν plusquamperfecti passivi ϝεϝέλικτο, id est συνεσπείρατο, συνέστραπτο, duo sunt testimonia ambo corrupta: Λ. 39.

αὐτὰρ ἐπ' αὐτοῦ Κυάνεος ἐλέλικτο δράκων.

et Ν. 558. σειόμενον ἐλέλικτο. et sententiam et metrum restitues scribendo κυάνεος ϝεϝέλικτο δράκων, ut Χ. 95.

σμερδαλέον δὲ δέδορκε ϝελιξάμενος περὶ χειῇ.

et σειόμενον ϝεϝέλικτο. Sic et Β. 316. pro:

τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν.

verum esse arbitror: τὴν δὲ ϝελιξάμενος, et Ζ. 109. ὡς ἐϝέλιχθεν pro ὡς ἐλέλιχθεν, et Χ. 448. τῆς δ' ἐϝελίχθη γυῖα. et ξ. 306. ἡ δ' ἐϝελίχθη πᾶσα, pro δ' ἐλελίχθη et ἡ δ' ἐλελίχθη.

Itaque et in activa forma Poëta dixerat: Θ. 199.

ἐϝέλιξε δὲ μακρὸν Ὄλυμπον, pro ἐλέλιξε.

et Α. 530.

μέγαν δ' ἐϝέλιξεν Ὄλυμπον, pro ἐλέλιξεν.

et Ρ. 278.

μάλα γάρ σφεας ὦκ' ἐϝέλιξεν, pro ἐλέλιξεν.

et ε. 314.

περὶ δὲ σχεδίην ἐϝέλιξεν, pro ἐλέλιξεν.

et sic forma ἐλελίζειν omni praesidio destituta ex errore nata arguitur ac perit.

Nihil interesse inter στῆτε ϝελιχθέντες et μεταστρεφθέντες aut ὑποστρεφθέντες facile colliges ex Λ. 567. et 588 et 595. ubi una et eadem sententia triplici hoc participio significatur.

Sic et Ρ. 732.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' Αἴαντε μεταστρεφθέντε κατ' αὐτούς
σταίησαν, τῶν δὲ τράπετο χρώς.

planissime idem est ac si dixisset: Αἴαντε ϝελιχθέντε ἐναντίω αὐτῶν σταίησαν, namque nihil interest inter μεταστρεφθέντε et ϝελιχθέντε.

X.

ΚΑΜΕΤΗΝ — ΛΑΒΕΤΗΝ — ʼΗΘΕΛΕΤΗΝ.

Aristarchus edidit Iliad. Θ. 448.

τίφθ' οὕτω τετίησθον, Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη,
οὐ μέν θην κάμετΟΝ γε.

et Κ. 545.

εἴπ' ἄγε μ', ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ,
ὅππως τούσδ' ἵππους λάβετΟΝ.

et Λ. 782.

σφῷ δὲ μάλ' ἠθέλετΟΝ.

et toties imprudens antiquae linguae Epicae et Atticae consuetudinem violavit sinceritatemque corrupit. Versabatur enim in illo opinionis errore ut putaret καμέτην, λαβέτην, ἠθελέτην *tertiae* personae formas esse pro ἔκαμον, ἔλαβον, ἤθελον, namque *secundas* personas esse κάμετον, λάβετον, ἠθέλετον, has igitur suadente loci cuiusque sententia reponi oportere, atque ita fecit. Post plurima demum saecula verum vidit Petrus Elmsleius ad Aristophanis *Acharnenses* vs. 733. qui certis testimoniis liquido demonstravit „SECUNDAM PERSONAM DUALEM NUMQUAM A TERTIA DIVERSAM FUISSE". Aristarchi contraria opinio apparet ex his Aristonici annotationibus, ad Θ. 448: ἡ διπλῆ (περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει καμέτΗΝ, ἀντὶ τοῦ ἔκαμον. τὸ δὲ κάμετΟΝ ἀντὶ τοῦ ἐκάμετε. et ad Κ. 545. ἡ διπλῆ (περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει λαβέτΗΝ. ἔστι δὲ τοῦτο ΤΡΙΤΟΥ προσώπου ἀντὶ τοῦ ἔλαβον. λέγει δὲ νῦν πρὸς αὐτούς. Ex simili nota ad Λ. 782. nihil nunc aliud superest quam Ζηνόδοτος ἠθελέτΗΝ. Nulla est dubitatio quin et in Iliad. Λ. 776.

σφῶϊ μὲν ἀμφὶ βοὸς ἕπετΟΝ κρέα.

in Zenodotea ἑπέτΗΝ fuerit scriptum et ab Aristarcho cum caeteris *correctum* scilicet ἕπετον. Audi testes quos Elmsleius produxit. Antiquissimus omnium est auctor celebrati scolii apud Athen. pag. 695. B.

Ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν,
φίλταθ' Ἁρμόδιος κἀριστογείτων,
ὅτι τὸν τύραννον κανέτΗΝ
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτΗΝ.

Proximus aetate Sophocles est in *Oedip. Tyr.* vs. 1511.

σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτΗΝ ἤδη φρένας.

Sequitur Euripides *Alcest.* 664.

τοιάνδε καὶ σὺ χὴ τεκοῦσ' ἠλλαξάτΗΝ.

Euripidi proximus est Aristophanes in *Nubibus* 1506.

τί γὰρ παθόντ' ὑβριζέτΗΝ εἰς τοὺς θεούς,
καὶ τῆς σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὴν ἕδραν;

Aristophanem Plato sequitur, apud quem complura sunt huius rei testimonia indubitata, quae expromere operae pretium est, si forte veterem controversiam dirimere possimus. In *Euthyd.* pag. 273. E. ὦ Ζεῦ, οἷον λέγετον πρᾶγμα. πόθεν τοῦτο τὸ ἕρμαιον εὑρέτΗΝ; et post pauca: ὅτε γὰρ τὸ πρότερον ἐπεδημησάτΗΝ τοῦτο μέμνημαι σφῷ ἐπαγγελλομένω. et pag. 294 E. καὶ ὅτε παιδία ἧςΗΝ καὶ εὐθὺς γενόμενοι ἠπίςασθε; et in *Sympos.* pag. 189. C. ἄλλῃ γέ πῃ ἐν νῷ ἔχω λέγειν ᾗ ᾗ σύ τε καὶ Παυσανίας εἰπέτΗΝ. et in *Legibus* pag. 705. D. καὶ δὴ καὶ τοῦτ' ἐλεγέτΗΝ αὐτὸ εἶναι σφῷ. et pag. 753. A. οὐ καὶ σύ τε καὶ ὁ Μέγιλλος ἐκοινωνησάτΗΝ ἡμῖν τῆς πολιτείας; et in *Eryxia* denique pag. 399. D. τί οὖν ἐπεὶ ταῦτα εὖ καὶ καλῶς διειλέχθον οὐ καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου ἐπετελεσάτΗΝ. Omnia haec testimonia ex sciolorum et scribarum manibus illaesa evaserunt, sed passim apud Tragicos, Aristophanem, Platonem docti et indocti idem peccaverunt, quod in Homero Aristarchus Plerosque locos ea emendatione indigentes Elmsleius l. l. enumeravit et in his Homericos: „*scribendum est* (inquit) *Il* Θ. 448. καμέτην. K. 545. λαβέτην. Λ. 775. ἐπέτην. 781. ἠθελέτην". Poteratne summi viri sententia praeclarius confirmari quam ut hae ipsae lectiones ex antiquis Zenodoti Codicibus promerentur easque ab Aristarcho opinionis quodam errore interpolatas esse constaret? Et tamen nemo his verissimis scripturis utitur, sed *barbaras* fovent omnes Bekker, la Roche, caeteri. Nempe Buttmannus praeeunte Schaefero oblocutus est et λεπτολογίαις quibusdam ostendere sategit et κάμετον et καμέτην *perinde bene* dici, quasi hac disserendi subtilitate certa et indubitata antiquitatis testimonia convelli ullo modo possent. Spernitur et alia Elmsleii in loco Homerico evidens emendatio *Il.* Θ. 455.

οὐκ ἂν ἐφ' ὑμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ
ἂψ ἐς Ὄλυμπον ἵκεCθον.

ἵκεσθον enim pro ἱκέσθην dici non poterat sed „*indubie reponendum est* ἵκΗσθον, *ut sit* ἂν ἵκησθον *futurum Homericum pro* ἵξεσθον."

Ad hanc lucem multa librorum inveterata vitia manifesto deprehenduntur, ut in *Euthydemo* pag. 273. E. εἰ δὲ ἀληθῶς ταύτην τὴν ἐπιστήμην ἔχετον ἵλεω εἴητON· ἀτεχνῶς γὰρ ἔγωγε σφὼ ὥσπερ θεὼ προσαγορεύω, restituendum est εἰήτHN, quia εἴητον barbarum est, et pag. 274. A ἀλλ' ὁρᾶτον — εἰ ἀληθῆ ἐλέγετON, barbarum est ἐλέγετον, sed Plato λέγετον dixerat. Post pauca: ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὦ Σώκρατες, ἔφατON, τοῦτο οὕτως ἔχον, barbarum est ἔφατον pro ἐφάτην, sed si locum diligenter consideraveris senties ἔφατον supervacaneum esse et ab indocto Graeculo interpolatum. Habet tamen is error aliquid excusationis, in quem Aristarchum ipsum implicitum fuisse videmus.

Frequens et assiduus τῶν δυϊκῶν usus Homero cum Atticis, praesertim Aristophane et Platone, communis est. Audi Aristarchum ad Iliad. N. 197 ubi est ΑἴαντΕ μεμαότΕ θούριδος ἀλκῆς, ὡς δὲ δύ' αἶγα λέοντΕ — ἁρπάξαντΕ φέρητON — μετὰ γαμφηλῇσιν ἔχοντΕ

ὥς ῥα τὸν ὑψοῦ ἔχοντΕ δύω ΑἴαντΕ κορυστΑ
τεύχεα συλήτHN.

ad haec Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι συνεχῶς κέχρηται τοῖς δυϊκοῖς. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τῆς πατρίδος. Ἀ θ η ν α ί ω ν γὰρ ἴδιον. Summo iure videtur Pisistratus de Homero dixisse:

ἡμέτερος γὰρ κεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης.

plurimis enim ex lingua Homerica indiciis colligimus Athenis oriundum fuisse poëtam, de qua re saepius infra dabitur dicendi locus. Qui sunt Doricae originis a dualium usu prorsus abstinent. Itaque homo Megarensis in *Acharnensibus* vs. 733. dicere non potuit:

ἀκούετON δὴ ποτέχετ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.

ubi nondum poenitet correxisse:

ἄκουε δὴ πότεχέ τ' ἐμὶν τὰν γαστέρα.

XI.

'ΑΦΙΕΙ — 'ΕΤΙΘΕΙ — 'ΕΔΙΔΟΥ.

Opinionis errore Bekkerus Homeri carmina passim tamquam

maculis quibusdam conspersit. Audi quid scribat pag. V. *„In scribendi modis cum saepe perinde esset haecne an illa poneretur littera, eam fere quoque loco posui quae a finitimis et propinquis formis proxime abesset. Sic quod ἀφίει scribebatur pro ἀφίῃ, ἐτίθει pro ἐτίθῃ, ἐδίδου pro ἐδίδω, factum est errore eorum qui, cum priscam litteraturam Ionica mutarent, non meminerant, quod erat* ΑΦΙΕ ΕΤΙΘΕ ΕΔΙΔΟ, posse *utroque modo legi*, debere *eo qui tertiam a prima, singularem a plurali, indicativum ab optativo participio infinitivo quam minime abstraheret".*

Satis mirari hoc Bekkeri iudicium nequeo. Constituit formas veteres non ex Graecorum certo perpetuoque usu sed ex suis opinionibus, quae quidem cum stabili Graecitatis consuetudine aperte pugnant, obtruditque Homero formas minime Graecas, quibus neque Homerus neque Ionum vel Atheniensium quisquam umquam est usus.

Proponam primum formas verborum τίθημι, ἵημι et δίδωμι Homero cum Atheniensibus communes. Attica et Homerica sunt

τίθημι τιθεῖς τίθησι. ἐτίθην ἐτίθεις ἐτίθει. imperativus τίθει.

ἵημι ἱεῖς ἵησι. ἵην ἵεις ἵει. imperativus ἵει.

δίδωμι δίδως δίδωσι. ἐδίδουν ἐδίδους ἐδίδου. imperativus δίδου.

Nulla alia forma praeter has solas scriptores Attici utuntur. Ut prima *semper* est τίθημι, sic secunda sine ulla exceptione constanter est τιθΕΙC (τιθεῖς), non τίθης, et tertia τίθησιν.

Eadem omnibus est in imperfecto constantia: ἐτίθHN, sed ἐτίθΕΙC, ἐτίθΕΙ, et in imperativo τίθει.

Similiter in ἵημι (ξυνίημι, ἀφίημι, ἀνίημι, προΐημι) prima non alia est quam ἵημι, ξυνίημι, caet. secunda semper ἱεῖς, ξυνιεῖς, μεθιεῖς (non ἵῃς), et tertia ubique ἵησι, ἀφίησι, προΐησι, et in imperfecto ἵην ἵΕΙC ἵΕΙ, ξυνίει, ἀνίει, μεθίει cum imperativo ἵει.

Similiter solum δίδωμι in usu est et δίδως et δίδωσι, sed in imperfecto sine varietate ἐδίδOΥN, ἐδίδOΥC et ἐδίδOΥ, et in imperativo δίδου.

Lingua Homerica, ut assolet, formis nonnullis est locupletior. Omnes habet formas Atticas, sed praeterea habet τιθεῖς, sed etiam τιθεῖσθα. habet τίθησι sed etiam τιθεῖ.

Sic in ἵημι habet ἵησι sed etiam ἱεῖ.

In verbo δίδωμι habet omnia eadem praeter δίδως, quod apud

Homerum est διδοῖς aut διδοῖσθα, ut τιθεῖσθα, ἔξεισθα, οἶσθα. In tertia Homerus aut δίδωσι ponit aut διδοῖ.

Reliquae formae omnes sunt τοῦ πονηροῦ κόμματος aut ex scribarum socordia aut ex grammaticorum errore prognatae.

Barbarum est ἀφίῃ, ἴῃ, προΐῃ, μεθίῃ. Barbara sunt ἀνίης pro ἀνιεῖς, μεθίης pro μεθιεῖς, et ἀνίη pro ἀνίει. Barbara sunt ἐδίδω et δίδω et δίδωσθα pro διδοῖσθα. Libri ut plurimum servant scripturas veteres et emendatas, quibus Bekkerus vitiosas et commenticias de suo supposuit.

In imperativis Bekkerus nescio quomodo nil peccavit. τίθει intactum reliquit A. 509. et πὰρ δὲ τίθει Φ. 177. et ἵει Φ. 338. et ξυνίει κ. 271. ο. 391. τ. 378. et δίδου γ. 58. Δίδωθι est γ. 380.

ἀλλὰ ϝάνασσ' ἵληθι, δ ί δ ω θ ι δέ μοι κλέος ἐσθλόν.

ut ἐμπίμπληθι.

Bekkerus si sibi constare voluisset quibus de causis formas ἐτίθη, τίθῃ, ἀφίῃ, μεθίῃ, ἐδίδω, δίδω potiores esse existimavit iisdem τίθῃ, ἵῃ, ξυνίῃ, δίδω vulgatis anteponere debuisset. Bonum factum quod manum abstinuit.

Tertias quoque praesentis personas mutare non potuit et servavit K. 121. μεθιεῖ. N. 731. τιθεῖ. α. 192. παρτιθεῖ, sed ne sic quidem pepercit secundis E. 880 ἀνιεῖς. Z. 523. et δ. 372. μεθιεῖς, et in imperfecto O. 24. et Θ. 358. ἀνίει O. 716. μεθίει et passim ἀφίει, προΐει, τίθει. sim. Τίθησθα dedit pro τιθεῖσθα ι. 404. et ω. 476.

Διδοῖς emendate legitur I. 164. et διδοῖ ρ. 350. sed passim ἐδίδου et δίδου pervertit in ἐδίδω et δίδω, et pro διδοῖσθα T. 270. perperam δίδωσθα supposuit.

In Atheniensium libris, ut et in plerisque reliquorum, peccari solet in secundis praesentis temporis personis, ubi — ЄIC in τιθεῖς, ἀφιεῖς, ξυνιεῖς cet. in — HC sexcentis locis male conversum videbis.

Certo indicio hanc fraudem deprensam tenemus in Castorionis Solensis versiculo apud Athenaeum pag. 454. F.

μωσοπόλε θὴρ καρόχυτον ὃς μείλιγμ' ἵHC.

poëta scripserat ἵЄIC ἱεῖς, namque laborioso artificio dederat homo operam, teste Athenaeo, ut singulae dipodiae essent *undecim* litterarum, ἑνδεκαγράμματοι. In caeteris omnibus numerus syllabarum constat sed in

μείλιγμ' ἵης.

pro *undecim* vides *decem* litteras inesse. Proba forma ἱεῖς restituit artificium.

Scribae qui locis sexcentis — ЄΙϹ in — ΗϹ corruperunt non minus saepe, praesertim in libris pervetustis ut in Platonis Parisino A et Demosthenis S, veterem formam ξυνιεῖς, διατιθεῖς cet. aut integram servaverunt aut lenissimo mendo in participium ξυνιείς, διατιθείς refinxerunt, unde vera lectio continuo pellucet. Collegi nonnulla de genere hoc in Mnemosyne 1860. pag. 372 sqq. plura alias aut ad Platonem aut ad Demosthenem daturus Nunc de uno Sophocle dicam. Dindorfius edidit in *Electra* 596. ἢ πᾶσαν ἵῃς γλῶσσαν. et 1347 οὐχὶ ξυνίῃς; et in *Oed. Tyr.* 628. εἰ δὲ ξυνίῃς μηδέν; et in *Philoct.* 992.

θεοὺς προτείνων τοὺς θεοὺς ψευδεῖς τίθῃς.

In archetypo Codice est πασᾶν ἵεισ — οὐχὶ ξυνίεισ — εἰ δὲ ξυνίεισ — ψευδεῖσ τιθείσ. Accentus tantum vitiosus est pro ἱεῖς, ξυνιεῖς, τιθεῖς. Porsoni auctoritas (ad *Orest.* vs. 141), quae in caeteris iure gravissima est, nunc quidem Dindorfio imposuit.

XII.

Versus apud Homerum interpolatus.

Reprehendit nuperrimus Homeri Editor La Roche in Praefatione eos, qui „*versibus quam plurimis damnatis omnes discrepantias in his carminibus amoveri posse sibi persuasum habent*," narratque esse qui haec carmina ita quaerant constituere „*qualia fuisse ante Solonis vel Lycurgi tempora sibi fingant*." Est aliquid inter Solonem et Lycurgum, quem ioco nominasse videtur quo sit res absurda etiam aliquanto absurdior. Equidem in antiquis carminibus Ionicis, quae Homeri nomen gerunt, multa iam ante Solonis aetatem et mendose scripta et interpolata fuisse arbitror, quorum complura ab Alexandrinis et Aristarcho correcta sunt, sat multa a Bentleio et aliis, et superesse etiamnunc nonnihil in quo nostrae aetatis industria et acumen apparere possit. Fecit doctus Editor operae pretium multamque perutilem supellectilem undique congestam et ordine digestam nobis paravit, eximium Homeri et interpretandi et emendandi subsidium et adiumentum.

Sed (dicam enim libere et candide quod sentio) non laudo quod ei „*certum ac deliberatum est, ultra recensiones Alexandrinorum nullo pacto regredi*" ut scribit ad Iliad. Z. 493. Quid? in Aristarchi verba iurabimus et Aristarchi errores fovebimus potius quam Aristarchi exemplum sequemur et quidquid vitiosum est, etiam si ab ipso Aristarcho profectus error est, strenue confutabimus et, si est sanabile mendum, etiamnunc emendabimus? Duplex est in Homero nostro mendorum genus. Insunt errores quidam antiquissimi ante Solonem nati, insunt et alia quaedam vitia *novicia*, ut ita dicam, aut post Aristarchum demum nata aut amissis observationibus Aristarcheis in Codicibus, qui nunc supersunt, renata. Multis enim indiciis satis constat Aristarcheae doctrinae et κρίσεως reliquias tantum superesse modo copiosas et luculentas, modo exiles et inopes, ut in bona parte Odysseae. Multarum ἀθετήσεων in Scholiis memoria intercidit, quas aliunde cognitas habemus, multaque nunc circumferuntur lectiones deteriores, quas aut semidoctorum socordia aut incuria scribarum veris et antiquis supposuit. Ingens est versuum Homericorum numerus, ubi quae sit Alexandrina lectio (ut ita dicam) certis testimoniis extra omnem dubitandi controversiam positum est. Sed sunt alii non minore numero, in quibus vulgata lectio non alios testes et auctores habet quam Codicum, qui nunc supersunt, optimos, id est minime malos, quum omnes mendosi sint et vitiis omne genus cooperti. Quam multae sunt lectiones manifesto vitiatae in Marciano A., qui reliquorum omnium et antiquissimus est et fidelissimus testis! Ut uno exemplo defungar, liber, quo non est alius emendatior ullus, exhibet Θ. 505.

ἐκ πόλιος δ' ἄξΑσθε βόας.

et Θ. 545.

ἐκ πόλιος δ' ἄξΑντο βόας.

barbara tamen haec esse constat pro ἄξΕσθε et ἄξΟντο, ut et analogia demonstrat et Aristarchi testimonium liquido confirmat. Quid scribae? In Scholio ad vs. 505. recte scribunt: ὅτι οὐ μέλλοντα σημαίνει τὸ ἄξΕσθε, sed ad 545. immanem barbarismum cum reliquis verbis pugnantem invexerunt: τὸ ἄξΑντο οὐ μέλλοντα σημαίνει. Credemusne igitur istis Ψ. 739. δύσΑντο χιτῶνας sanum esse? Perinde barbara sunt ἄξΑντο et δύσΑντο. Δύσετο passim legitur et dubitabimus δύσΟντο rescribere, prae-

sertim quum *δύσΑντο* testem nullum habeat antiquum, legaturque apud illos solos, qui et *ἄξασθε* et *ἄξαντο* dederunt nil mali suspicantes.

Indicabo nunc versum insiticium, quem olim Aristarchum expunxisse suspicor sed nunc amissa Aristarchi sententia temere in contextum esse receptum. In Odyss. Υ. 364. Theoclymenus ad procos ita dicit:

Εὐρύμαχ', οὔ τί σ' ἄνωγα ἐμοὶ πομπῆας ὀπάζειν.
εἰσί μοι ὀφθαλμοί τε καὶ οὔατα καὶ πόδες ἄμφω,
[καὶ νόος ἐν ϲήθεσσι τετυγμένος οὐδὲν ἀτεικής]
ΤΟΙϹ *ἔξειμι θύραζε.*

Quo refertur *τοῖς* in *τοῖς ἔξειμι*? Ad omniane quae praecedunt an ad *πόδες ἄμφω*? Non est, credo, dubia et anceps optio. Sed si ad *πόδες ἄμφω* refertur, nullo modo servari poterit inepte interpositus versiculus:

καὶ νόος ἐν ϲήθεσσι τετυγμένος οὐδὲν ἀτεικής.

XIII.

ARISTARCHI ERRORES.

Aristarchus, cuius numquam ne minima quidem suspicio de amissa antiqua consonanti litera ϝ in carminibus Homericis animum subiit, interdum ex huius rei ignoratione aut in constituenda lectione aut in indaganda sententia poëtae graviter lapsus est et in manifestos errores se induit. In Iliad. Θ. 526. quum esset in libris omnibus:

ἔλπομαι εὐχόμενος Διί τ' ἄλλοισίν τε θεοῖσιν
ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κηρεσσιφορήτους.

Aristarcho placuit de suo reponere ЄΥΧ*ομαι* 'ЄΛΠ*όμενος*. Audi Aristonicum: *ἡ διπλῆ (περιεϲιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἔλπομαι εὐχόμενος. οὐ κατὰ τὸν Ἕκτορα δὲ τὸν οὕτως ἐπηρμένον λέγειν· ἐλπίζω εὐχόμενος τοῖς θεοῖς· ἐπιεικὲς γάρ· τοὐναντίον γὰρ οἰκεῖον εὔχομαι ἐλπόμενος, καυχῶμαι ἐλπιδοποιούμενος ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν.* Perspicuum est in tali re *Ζηνόδοτος γράφει* significare hanc esse vulgatam librorum veterum scripturam, quam Aristarchus aut ex aliis libris aut

etiam ex ingenio in aliam mutaverit. At nunc quidem eum ratio fugit. Quid sit Hectoris ingenio magis accommodatum (οἰκεῖον) liquido definiri non potest: suum quisque in talibus sensum sequitur, neque acuto homini umquam deficiet oratio, donec eum redarguat acutior alter. Nihil sic proficitur: sed sola argumenta grammatica aut metrica rem extra omnem controversiam ponunt. Quoniam in versu heroico fieri non potest ut pro dactylo *creticus* substituatur, certum est εὔχομαι ϝελπόμενος ab antiquo cantore dici non potuisse.

In Iliad. Ξ. 235.

ἐγὼ δέ κέ τοι ϝιδέω χάριν ἤματα πάντα.

annotatur: Ἀρίσταρχος χάριν εἰδέω: αἱ δὲ δημώδεις εἰδέω χάριν. Unice vera est τῶν δημωδῶν scriptura leniter emendata (ἰδέω χάριν pro εἰδέω) et Aristarchus imprudens metrum pessumdedit. Mirum est etiam Aristarchi de tali compositione iudicium: nempe ἐγὼ δέ κέ τοι ἰδέω χάριν componendum erat cum locis huiuscemodi, ἐγὼ δέ Κ' ἄγω, et ἐγὼ δέ ΚΕ λαὸν ἀγείρω, de quibus infra dicemus, sed audi opinionem Aristarchi: ἜΔΕΙ δὲ ἤτοι εἰδείην ἵν' ᾖ τὸ ῥῆμα ἐνηλλαγμένον (*coniunctivus* PRO *optativo*: quid simplicius?) ἢ ἘΚ ΠΕΡΙΣΣΟΥ νοουμένου τοῦ ΚΕ ἐγὼ δέ σοι εἴσομαι χάριν. Nondum multi anni sunt ex quo eruditis complura *eleganter abundare* videbantur et alia contra *eleganter abesse*, ut sola naturae simplicitas aut dicendi veritas *inelegans* esse putaretur. Ubi vocula ΚΕ apud Homerum cum futuro iuncta est dici poterat παρέλκειν τὸ ΚΕ vel ἐκ περισσοῦ νοεῖσθαι, κεῖσθαι, τίθεσθαι, quia post Homerum nemo eam particulam *futuro* addebat, et apud Homerum perinde est additane sit an non sit. Sed ubi ὁμηρικῶς pro ἐγὼ δ' ἄξω, ἐγὼ δέ σοι χάριν εἴσομαι dicitur ἐγὼ δέ κ' ἄγω, ἐγὼ δέ κέ τοι ϝιδέω χάριν, quia ΚΕ prorsus necessarium est, παρέλκειν vel ἐκ περισσοῦ νοεῖσθαι nullo modo dici potest.

Ad Iliad. Ε. 787. (et Θ. 228).

Αἰδὼς, Ἀργεῖοι, κάκ' ἐλέγχεα, ϝεῖδος ἀγητοί.

annotavit Didymus: Ἀρίσταρχος δὲ κάκ' ἐλεγχέΕΣ. Optime legitur Δ. 242.

Ἀργεῖοι ϝιόμωροι, ἐλεγχέες, οὔ νυ σέβεσθε;

et Ω. 239.

Ϝέρρετε, λωβητῆρες, ἐλεγχέες, οὔ νυ καὶ ὑμῖν
Ϝοίκοι ἔνεστι γόος;

sed nunc sequens ϝεῖδος formam ἐλέγχεα postulat, quae alibi sine ulla suspicione legitur ut Ω. 260.

τοὺς μὲν ἀπώλεσ' Ἄρης, τὰ δ' ἐλέγχεα πάντα λέλειπται.

Iliad. Ε. 791.

νῦν δὲ Ϝεκὰς πόλιος κοίλης ἐπὶ νηυσὶ μάχονται.

Aristarchus dedit νῦν δ' ἔκαθεν πόλιος contra linguae Homericae usum, namque ϝέκαθεν dicebant.

Iliad. Z. 170.

δεῖξαι δ' ἠνώγει Ϝῷ πενθερῷ, ὄφρ' ἀπόλοιτο.

Aristarchus scripturam veterem ἠνώγει ᾧ converterat in ἠνώγΕΙΝ. Didymus: οὕτως σὺν τῷ Ν ἠνώγειΝ Ἀρίσταρχος. ἠνώγεεν γάρ.

Iliad. I. 73.

πᾶσά τοι ἔσθ' ὑποδεξίη πολέεσσι δ' ἀνάσσεις.

Didymus: αἱ Ἀριστάρχου οὕτως εἶχον διὰ τοῦ ΓΑΡ πολέσιν γὰρ ἀνάσσεις ἔχει δέ τι Ὁμηρικὸν καὶ ἡ διὰ τοῦ ΔΕ, πολέεσσι δ' ἀνάσσεις. Aristarchus imprudens metrum iugulavit. Recte Bekker. edidit: πολέσιν δὲ ϝανάσσεις.

Iliad. I. 128 et 270.

δώσω δ' ἑπτὰ γυναῖκας ἀμύμονα ϝέργα ϝιδυίας.

vide ut nos libri ludificentur. Annotatur ad vs. 270. οὕτως Ἀρίσταρχος ΜΕΤΑ τοῦ C ἀμύμοναC. et ad vs. 128. ἡ διπλῆ ὅτι χωρὶς τοῦ C γραπτέον· οὐ γάρ ἐστι κατὰ τῶν γυναικῶν ἀλλὰ κατὰ τῶν ἔργων. ὕστερον δὲ ἐπὶ τῶν γυναικῶν·

αἳ κάλλει ἐνίκων.

optima haec et verissima Aristarchus annotavit, sed audi quod continuo sequitur: Ἀρίσταρχος ΔΕ μετὰ τοῦ C ἀμύμοναC. At, o bone, modo ipsum Aristarchum audivimus plane contrarium asserentem et peridoneo argumento probantem. Scribae nobis imponunt, qui bis ἀρίσταρχος scripserunt ubi ἀριστοφάνης scriptum oportuit. Coaluerunt in unum duae annotationes, altera Aristonici: ἡ διπλῆ, ὅτι — αἳ κάλλει ἐνίκων. altera Didymi: Ἀριστο-

φάνης μετὰ τοῦ C, et sic iterum ad vs. 270. repone. Si Zenodotea fuisset lectio *ἀμύμον*AC in Scholiis legeretur: *ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κτἑ.* Vide mihi nunc in quantum errorem se implicuerit la Roche, quo iudice: „*fallitur Aristonicus Aristarcho ἀ μ ύ μ ο ν α tribuens.*" Itaque nunc quidem Aristarchum *ἀναίτιον αἰτιόωνται*, sed contra graviter lapsus est Odyss. Γ. 246. ubi retinuit lectionem veterem:

*ὥστε μοι ἀθανάτ*OIC *ἰνδάλλεται εἰσοράασθαι.*

spreta vera scriptura ab Aristophane reperta *ἀθάνατ*OC. Metri labes post amissum *δίγαμμα* vitiosas scripturas pariebat. Legebant tamen omnes Iliad. Ψ. 460. *ἄλλος δ' ἡνίοχ*OC *ἰνδάλλεται.* Sine causa haerebant namque olim fuerat:

ὥςε μοι ἀθάνατος ϝινδάλλεται εἰσοράασθαι.

et *ἄλλος δ' ἡνίοχος ϝινδάλλεται*, et Odyss. τ. 224.

ἀλλὰ καὶ ὣς ϝερέω ὥς μοι ϝινδάλλεται ἦτορ.

et Iliad. P. 213. Hector

βῆ ῥα μέγα ϝιάχων, ϝινδάλλετο δέ σφισι πᾶσι
τεύχεσι λαμπόμενος μεγαθύμου Πηλεΐωνος.

ubi antiqua scriptura erat *λαμπόμενος Πηληιάδεω Ἀχιλῆος*, deinde vulgata est recepta, sed neutra Aristarcho probabatur, qui ratus *ϝινδάλλετο* esse idem quod *ἐῴκει, ὁμοῖος ἦν* (ut in *ἀθανάτ*OIC *ϝινδάλλεται*) genitivis dativos supposuit *ϝινδάλλετο — μεγαθύμῳ Πηλεΐωνι.* Recte me iudice et Aristophanis scriptura *ἀθάνατ*OC *ϝινδάλλεται* recepta est, et Aristarchea *μεγαθύμῳ Πηλεΐωνι* non est recepta.

XIV.

ΟΙ ΜΕΤΑΧΑΡΑΚΤΗΡΙϹΑΝΤЄϹ.

Libri veteres, unde Zenodotus primus omnium suam Homeri *διόρθωσιν* concinnavit, exarati erant *γράμμασιν Ἀττικοῖς* sive *ἀρχαϊκοῖς*, qualibus Athenienses ante Euclidem in omni genere documentorum utebantur, quaeque post receptam litteraturam Ionicam *ἡ παλαιὰ γραμματική* aut *ἡ ἀρχαία γραμματική* appellari solebant.

Zenodotus igitur quum *τὰ Ἀττικὰ γράμματα* transscriberet

εἰς τὰ Ἰωνικά, (quod *μεταχαρακτηρίζειν* dicitur, id est *τοὺς Ἀττικοὺς τῶν γραμμάτων χαρακτῆρας εἰς τοὺς Ἰωνικοὺς μεταγράφειν*) videtur in ea re nonnullos commisisse errores, quos partim Aristophanes deprehendit, alios Aristarchus, alios Critici post Aristarchum. Supererant et alia quaedam menda hinc orta, quae Bekkerus abstersit nec desunt alia nonnulla nostrae aetatis Criticis quique post venturi sunt abstergenda. In Odyss. *α*. 254 ferebatur vetus scriptura haec:

ἦ δὴ πολλὸν ἀποιχομένου Ὀδυσῆος ΔΕΥΕΙ.

ubi Criticus antiquus annotavit: *μήποτε ἄμεινον ἦ διὰ τοῦ* H *γράφειν* (ΔΕΥΗΙ). *καὶ ἔστιν οἷον τῆς ἀρχαίας γραμματικῆς ἕν τι* ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ *τῶν ὑπολελειμμένων*. Visne scire cuius haec sit animadversio? Colliges id ex loco Porphyrii in *Quaestionibus Homericis* cap. VIII, qui ex Alexandro Cotyaensi haec ad verbum descripsit: *ὁ δὲ βέλτιστος Ἀριστοφάνης κἀκεῖνο τὸ ἐν ταῖς παραποταμίαις* (Iliad. Φ. inscribitur *ἡ παραποτάμιος μάχη*) *λεγόμενον·*

θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ' ὑπαλύξει
ἰχθὺς ΟΣ *κε φάγησι Λυκάονος ἀργέτα δημόν.*

(Φ. 126). *δείκνυσιν ὡς ἡμαρτημένον ὑπολείποιτο ἐκ τῆς παλαιᾶς γραμματικῆς. οὐ γὰρ χρὴ τὸ* ΟΣ *κε φάγησιν ἀκούειν ὡς ἄρθρον ὑποτακτικὸν μᾶλλον δὲ ἀντ' ἐπιρρήματος παρειλῆφθαι τὸ* ΩΣ *ἢ μᾶλλον συνδέσμου αἰτιώδους. δηλοῦται γὰρ* ΙΝΑ *φάγῃ.* Nonne perspicuum est eiusdem hominis utramque observationem esse iisdem verbis enunciatam? Quod in priori Aristophanis annotatione legitur: *ἕν τι* ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ *τῶν ὑπολελειμμένων* declarat Criticum saepius alibi antiquae scripturae menda eiusdemmodi deprehendisse. Huc pertinet vetus Scholion ad Euripidis *Phoenissas* 682. quod sine controversia ex Aristophanis Commentariis manavit, ut pleraque omnia bonae frugis et pererudita Scholia Euripidea Aristophani debentur. Quum esset in libris:

σοί νιν ἔκγονοι κτίσαν.

Aristophanes *σῷ νιν ἐκγόνῳ κτίσαν* censuit esse scribendum: *πρὸ ἄρχοντος γὰρ Εὐκλείδου* (inquit) *μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων τοῖς βράχεσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο τῷ* Ε *ἀντὶ τοῦ* Η *καὶ τῷ* Ο *ἀντὶ τοῦ* Ω. — *μὴ νοήσαντες δὲ* — *ἐτάραξαν τὸ νόημα.* Eiusdem generis observatio legitur ad Odyss. *α*. 52.

Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος.

coniecit nescio quis ὀλοόφρΩΝ esse scribendum et annotavit: ἐγέγραπτο κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ΟΛΟΟΦΡΟΝ (pro ὀλοόφρΩΝ). εἶτά τις μὴ νοήσας προσέθηκε τὸ ΟC. et ad Odyss. λ. 275. τῇ ἀρχαίᾳ συνηθείᾳ ἐγέγραπτο ΜЄΤЄΡ ἀντὶ τοῦ ΜΗΤΗΡ. τοῦτο ἀγνοήσας τις προσέθηκε τὸ Α. et dedit μητέρα.

Addam similem Aristarchi animadversionem, ad Iliad. Λ. 104.

ὤ ποτ' Ἀχιλλεὺς — δίδη μόσχοισι λύγοισιν·

adscribitur ex Aristonico: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ὋΝ (pro Ὧ). μήποτε δὲ πεπλάνηται γεγραμμένου τοῦ Ο ὑπ' ἀρχαϊκῆς σημασίας ἀντὶ τοῦ Ω προσθεὶς τὸ Ν. Pro σημασίας in Mnemos. 1873. pag. 37. corrigebam συνηθείας, immemor Lehrsii *de A. S. H.* pag. 372. qui apposite comparavit Aristarchi notam in Scholio ad Pindar. *Nem.* I. 34:

λέλογχε δὲ μεμφομένοις ἐσλΟC ὕδωρ καπνῷ φέρειν.

καταλείπεται δὲ τῇ ἀρχαίᾳ σημασίᾳ τὸ ἐσλΟC. ἡ γὰρ ἀντίστροφος ἀπῄτει τὸ Υ (ἐσλΟΥC, quod a metro postulatur hodieque legitur.) Itaque σημασίας non erat tangendum sed 'ΥΠ' ἀρχαϊκῆς σημασίας vitiose dictum est pro 'ЄΠ' ἀρχαϊκῆς. Diu post Aristarchum Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεύς ex eiusdem rei observatione restituit locum in Iliad. Ξ. 241.

τῷ κεν ἐπισχοῖЄC λιπαροὺς πόδας.

τῷ ἐπίσχοιμι (inquit) ἀκόλουθόν ἐστι τὸ ἐπίσχοις, ΤΩΙ δὲ ἐπισχοίην ΤΟ (sic scrib.) ἐπισχοίης. καὶ ἴσως ἔδει οὕτως ἔχειν. ΠΑΡЄΦΘΑΡΗ δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων.

Etiamnunc ex diligenti huius rei observatione crisis carminum Homericorum multis modis adiuvari potest. In promtu semper habendum in quo genere vitiorum οἱ μεταχαρακτηρίσαντες impegerint potissimum, et sic saepius aut vera lectio affulgebit aut emendatio confirmabitur. Confundi poterant et confusae sunt vocales breves ac longae Є — ЄΙ — Η, Ο — ΟΥ — Ω, ЄΙ — ΗΙ et ΟΙ — ΩΙ. Quod Homero semel et iterum reddidimus πόλιν ΤΡΩΙΗΝ (Τρῳὴν) pro Τροίην, ubi Aristarchus τρισυλλάβως contra analogiam Τροΐην reponebat, vides quae sit veteris corruptelae origo et causa. Erat enim in libris vetustis ΤΡΟΙЄΝ.

Editur nunc Iliad. Η. 238.

νωμῆσαι βῶν Ἀζαλέην.

Didymus: νωμῆσαι βῶν: οὕτως αἱ Ἀριστάρχου ΒΩΝ σὺν τῷ Ν,

ἡ Ἀριστοφάνους BOYN. τινὲς δὲ ἔξω τοῦ N ΒΩ καὶ μήποτε πιθανῶς ἀντὶ τοῦ BOA. In Scholio Victoriano est: ἐν τοῖς παλαιοῖς ἐγέγραπτο BON, ὅπερ οὐκ ἐνόησαν οἱ διορθωταί, id est qui Homericas διορθώσεις ediderunt Zenodotus, Aristophanes, Aristarchus. Quod igitur erat in libris vetustissimis BON est aut βοῦν, ut Aristophanes legebat, aut βῶν, ut Aristarchus. Utra scriptura est potior? Sine controversia Aristophanea βοῦν. Quare? quia βοῦς et apud Homerum passim et apud omnes Athenienses habet semper et ubique accusativum βοῦν. Sed audi Bekkerum: „βῶν *Aristarchus (id est* βοέην βοῆν), βοῦν *Aristophanes*, βῶ *Herodianus*." Ergo βῶν ex βοῆν, idque ex βοέην contractum esse putabat. Sed primum Homerus non aliter dicere potuit quam βοέην et βοείην. Βοῆ Atticorum est ut λεοντῆ, παρδαλῆ, ἀλωπεκῆ, κυνῆ, quae formae Ionibus non sunt in usu, sed παρδαλέη, ἀνθρωπέη, κυνέη similiaque. Deinde semel contractum βοῆν non iterum contrahi potest in βῶν, qualis est error Kantii, qui ex νοούμενα fecit *numena*, quod barbarum est. Praeterea Homericum βοέη contractionem Atticam in βοῆ non admittit propter interpositam consonantem. Ut enim Homerica sunt πλέϝω πλόϝος εὐπλοϝίη, et ῥέϝω ῥόϝος, et χέϝω χόϝος ϝοινοχόϝος χρυσοχόϝος, et θέϝω θοϝός, πνέϝω πνόϝος et πνοϝή, sic βοϝός, βοϝί, βόϝες, βόϝας *bovis*, *bovi*, *boves*, habent τὸ δίγαμμα. Itaque βοϝέη et βοϝείη non magis contrahi possunt quam εὐπλοϝίη aut χρυσοχόϝος aut alia eiusdemmodi sexcenta. Eadem opera confutatur futilis Herodiani coniectura βῶ pro βόα: quia neque βόα Graecum est et, si quammaxime esset, βόϝα ob mediam consonantem in unam syllabam coalescere nequit. Itaque Aristarcheum βῶν nullo fundamento nixum corruit, et unice verum est Aristophaneum βοῦν ἀζαλέην, quod undique tutum est. Βοῦς enim Ὁμηρικῶς plane idem significat quod ἀσπίς, σάκος, βοέη et βοείη. Quemadmodum optime dicitur Iliad. M. 137.

οἳ δ' ἰθὺς πρὸς τεῖχος ἐΰδμητον BOAC AYAC
ὑψόσ' ἀνασχόμενοι ἔκιον μεγάλῳ ἀλαλητῷ.

eodem modo in singulari optime habet νωμῆσαι BOYN ἀζαλέην, et βῶν nihil aliud est quam σφάλμα τῶν τὴν ἀρχαίαν γραφὴν BON κακῶς μεταχαρακτηρισάντων.

Ex eodem igitur fonte manarunt et alii errores, quos partim

Bekkerus eximere conatus est, sed parum feliciter. Nempe quod hac observatione fretus ἀφίῃ, προΐῃ, ἀνίῃ, μεθίῃ, ἐτίθῃ, τίθῃ, ἐδίδω, δίδω formis vulgaribus in — ЄI et — OΥ substituit fefellit eum opinio, ut supra demonstravimus. Et quod particulae MЄN veluti bellum indixit ubicumque per metrum licebat MHN reponens in plerisque locis veterem loquendi usum ultro vitiavit, ut de industria suo loco ostendemus.

Sed supersunt alia apud Homerum mendose scripta, quae ex librorum veterum τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασιν exaratorum lectionibus veram formam recuperare tandem poterunt.

Proferam igitur nunc locos Homeri ubi OΥ et Ω inter se confusa fuerunt. Editur Iliad. II. 363.

ἀλλὰ καὶ ὥς ἀνέμιμνε, σάΩ δ' ἐρίηρας ἑταίρους.

et Φ. 238.

τοὺς δ' ἔκβαλλε θύραζε — ζωοὺς δὲ σάΩ.

eadem forma est imperativi Odyss. ν. 230.

ἀλλα σάΩ μὲν ταῦτα, σάΩ δ' ἐμέ.

et ρ. 595.

αὐτὸν μέν σε πρῶτα σάΩ καὶ φράζεο θυμῷ
μή τι πάθῃς.

Haec est vulgata et antiquis testibus stabilita lectio. Hesychius: CAΩ: σῶζε, σῶσον. Apollonius *Lex. Hom.* CAΩ.

ἀλλὰ σάω μὲν ταῦτα, σάω δ' ἐμέ.

ἀντὶ τοῦ σῶζε.

Sed quae tandem, quaeso, esse potuit forma eadem imperfecti et imperativi CAΩ? Nempe ἐν τοῖς παλαιοῖς ἐγέγραπτο CAO, παρεφθάρη δὲ ὑπὸ τῶν μεταχαρακτηρισάντων, qui σάΩ scripserunt quum σάOΥ deberent. Erat verbum Epicum σαοῦν pro σώζειν, cuius plurimae formae passim in Homeri carminibus leguntur, σαώσεις, σαῶσαι, σαωθῆναι cet. Imperativi aoristus est σάωσον Iliad Λ. 827.

ἀλλ' ἐμὲ μὲν σὺ σάωσον ἄγων ἐπὶ νῆα μέλαιναν.

et Odyss. δ. 765.

τῶν νῦν μοι μνῆσαι καί μοι φίλον υἷα σάωσον.

Satis, credo, perspicuum est aoristo σάωσον praesens σάου respondere et imperfectum σάου:

ἀλλὰ καὶ ὥς ἀνέμιμνε, σάOΥ δ' ἐρίηρας ἑταίρους.

Nisi vetustissimi erroris origo tam liquido pateret, haesitaverit

aliquis et tam vetustam scripturam convellere vix ausit. Nunc labem manifestam veluti oculis cernimus manibusque tenemus.

Male confunduntur in Homeri Editionibus δύΟ et δύΩ. Vetus scriptura ΔΥΟ pro re nata in brevem vocalem aut in longam exibat. Peccatur igitur ubi δύο secundam syllabam habet positione productam, veluti Iliad. O. 324. δύω κλονέουσι, et Φ. 269 et 614. δύω χρυσοῖο τάλαντα, et Odyss. κ. 102. δύω κρίνας, et μ. 73. δύω σκόπελοι et sic saepius alibi. Homerica consuetudo palam fit Odyss. ε. 388.

ἔνθα δύΩ νύκτας δύΟ τ' ἤματα κύματι πηγῷ
πλάζετο.

solae metricae rationes utra sit ubique scriptura vera demonstrant. Itaque in vetere oraculo ad Iliad. E. 64. legendum:

τίπτε δύΩ βασιλῆες ὁ μὲν Τρώων ὁ δ' Ἀχαιῶν
οὐκέθ' ὁμὰ φρονέοντες ἐμὸν δόμον εἰσανέβητε;

Credo Homerum Atheniensem forma Attica usum fuisse Odyss. E. 260. ubi nunc editur:

ἐν δ' ὑπέρας τε κάλΟΥC τε πόδας τ' ἐνέδησεν ἐν αὐτῇ.

toties enim vidi κάλῳ, κάλῳς, κάλως male in κάλοι, κάλοις, κάλους depravata, ut mihi subnata sit olim suspicio perantiquam scripturam ΚΑΛΟC male descriptam fuisse in κάλους quum κάλως oportuisset. In Epicratis fragmento apud Athen. pag. 782. F. in Codice Marciano est:

καὶ τοὺς κάλους ἔκλυε καὶ χάλα πόδα.

recte recepta est Valckenarii emendatio κάλΩC. Obiter emenda versum Aristophanis in *Equitibus* 756.

νῦν δή σε πάντα δεῖ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ.

namque proverbium est πάντα ΔΗ κάλων ἐξιέναι, ut καλὰ ΔΗ παταγεῖς, ut in Euripidis *Medea* 280.

ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ κάλων.

Itaque poëta dixerat:

νῦν ΔЄΙ σε πάντα ΔΗ κάλων ἐξιέναι σεαυτοῦ.

Ex κάλως formatur καλΩΙδιον, non καλώδιον, ut est in fragmento Eupolidis apud Eustathium pag. 1535, 18.

σὺ δὲ τὰ καλώδια Ταῦθ' ἀρκυώρει.

nullum est enim ὑποκοριστικόν in — ΩΔΙΟΝ exiens aut in —

ΑΔΙΟΝ, sed in — ῴδιον, — ᾴδιον, καλῴδιον, ζῴδιον, κρεᾴδιον, ἐλᾴδιον et similia. In — ΥΔΙΟΝ tantum I omittitur, ἰχθύδιον, βοτρύδιον cet.

In versiculo Odysseae π. 44. et alibi.

ἧσ', ὦ ξεῖν', ἡμεῖς δὲ καὶ ἄλλοθι δήομεν ἕδρην.

suspicor τὰ Ἀττικὰ γράμματα ΗΕϹΟ male descripta esse reponendumque:

ἧσο, ξεῖν', ἡμεῖς δέ. κτἑ.

Eiusdemmodi de causa Odyss. δ. 523, natum esse arbitror:

ἀσπασίΩϹ ἴδε γαῖαν.

credebant in ἀσπάσιΟϹ ultimam metri indicio longam fuisse. Ex quo τὸ δίγαμμα rediit melior lectio emergit haec:

ἀσπάσιΟϹ ϝίδε γαῖαν.

similiter θ. 450 pro

ὃ δ' ἄρ' ἀσπασίΩϹ ἴδε θυμῷ.

verum videtur ἀσπάσιΟϹ ϝίδε. et v. 33 pro

ἀσπασίΩϹ δ' ἄρα τῷ κατέδυ φάος ἠελίοιο.

requiritur dativus ἀσπασίΩΙ, ut in

ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη.

Ξ. 108. Eiusdemmodi mendum exemerim et ex Iliad. Σ. 270.

ἀσπασίΩϹ γὰρ ἀφίξεται Ἴλιον ἱρήν.

ubi ἀσπάσιΟϹ reponendum. cf. Θ. 488. Κ. 35. Φ. 607. λ. 430.

In his omnibus librorum testimonia nil prosunt, quia ἐν τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασι utrumque eodem modo scribitur ΑϹΠΑϹΙΟϹ, quod utrum ἀσπάσιος esset an ἀσπασίως suo arbitratu οἱ μεταχαρακτηρίζοντες constituebant.

Ex eodem fonte manavit confusio inter ΟΙ et ΩΙ: in antiquissimis enim Homeri libris utraque diphthongus eodem modo scribebatur ΟΙ, quique εἰς τὰ Ἰωνικὰ γράμματα carmina μετέβαλον suas opiniones secuti modo ΟΙ servabant, modo in ΩΙ producebant. Huc pertinet forma ᾠνοχόει et ἐῳνοχόει, quarum haec legebatur Α. 598, et ο. 141, nunc Bekkerus utrobique ϝοινοχόει reposuit, sed idem Iliad. Δ. 3, νέκταρ ἐϝῳνοχόει edidit et Odyss. υ. 255, ἐϝῳνοχόει δὲ Μελανθεύς. Debebat constare sibi et ἐϝοινοχόει revocare.

Multo gravius peccatum est in Odyss. Γ. 472.

οἶνον ἐνοινοχοεῦντες ἐνὶ χρυσέοις δεπάεσσιν.

namque praepositio in 'ΕΝοινοχοεῦντες vitiose abundat neque ullus ei locus est. Est tamen ἐνοινοχοεῦντες pervetus lectio Alexandrina. Scholion est ad A. 470. ἀρχαῖον ἔθος οἰνοχοεῖν τοὺς νέους

οἰνοχόει δ' υἱὸς Μενελάου. (ο. 141.)

ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄρουντο οἶνον 'ΕΝοινοχοεῦντες.

et ad I. 470. σύνηθες οὕτω πολλὰ λέγειν τῷ ποιητῇ

ποδάνιπτρα ποδῶν.

οἶνον 'ΕΝοινοχοεῦντες.

Tamen quia praepositio nullo pacto retineri potest Bekkerus scripsit:

Ϝοῖνον Ϝοινοχοεῦντες,

sed faciliore negotio sanari malum sic potest ut versus multo modulatior exeat, nempe:

Ϝοῖνον ἐϜοινοχοεῦντες.

ut literula ε de more τὸ δίγαμμα praecedat, ut in ἐϜελδόμενοι, ἐϜεισάμενος, sim.

Si quod est vocabulum Homericae linguae, in quo nemo dubitat τὸ δίγαμμα inesse, profecto Ϝοῖνος id est. Sua enim quisque lingua vernacula illius literulae in hoc nomine usum retinet. At vel sic tamen in illo peccatur. Iliad. H. 472.

ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο κάρη κομόωντες 'Αχαιοί.

non est tamen ulla dubitatio quin verum sit Ϝοινίζεσθαι. Quamquam in re certa testibus non est opus, unum tamen disertum producam. Θ. 506.

Ϝοῖνον δὲ μελίφρονα Ϝοινίζεσθε.

quod non minus est evidens indicium quam in admirabili versu:

ὧδέ σφ' ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε Ϝοῖνος.

Quid igitur faciemus? Cogites de eliminanda particula ἄρ' ut legatur ἔνθεν Ϝοινίζοντο, sed neque suaves sunt hi numeri nec τὸ ἀσύνδετον recte habet. Ergo emendabimus:

ἔνθ' ἄρα Ϝοινίζοντο.

ut apud Homerum ἔνθ' ἄρα tritissimum est: neque adeo adverbio ἔνθεν nunc est locus. Quum antiquitus esset ἔνθ' ἄρα οἰνίζοντο intolerabilis χασμῳδία induxit aliquem ut vulgatam supponeret.

Eadem opera vs. 467.

νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέςΑCαν οἶνον ἄγουσαι.

restitue Homeri linguam scribendo: παρέςΑΝ Ϝοῖνον ἄγουσαι.

Naves vino onustae non *appulerant*, sed illo ipso tempore *appulerunt:* TUM VERO (ἔνθ' ἄρα) concurrunt omnes vinum emturi.

Ut in ἐϝῳνοχόει male longa vocalis scripta est pro brevi, sic et in ϝῴκεον.

ι. 200. ϝῴκει γὰρ ἐν ἄλσεϊ δενδρήεντι.

Ξ. 116. ϝῴκεον δ' ἐν Πλευρῶνι.

Υ. 218. ὑπωρείας ϝῴκεον πολυπίδακος Ἴδης.

ι. 400. ϝῴκεον ἐν σπήεσσιν.

Β. 668. τριχθὰ δὲ ϝῴκηθεν καταφυλαδόν.

ἐγέγραπτο ἐν τοῖς παλαιοῖς ΟΙκει, ΟΙκεον, ΟΙκηθεν, quod unice verum est.

Restat in Homericis unum mendum ex eadem confusione natum: ἐν τοῖς Ἀττικοῖς γράμμασι littera Ο aut pro ΟΥ ponitur ut in ΤΟΔΕΜΟ aut pro Ω ut in ΤΟΙΔΕΜΟΙ. Confusa haec sunt, ut suspicor, in Odyss. λ. 298. et ω. 199.

καὶ Λήδην ϝεῖδον τὴν ΤυνδαρέΟΥ παράκοιτιν.

οὐχ ὡς ΤυνδαρέΟΥ κούρη κακὰ μήσατο ϝέργα.

Erat in libris veteribus ΤΥΝΔΑΡΕΟ, idque ΤυνδάρεΩ scribi debuerat, ut constanter ab Atticis poëtis notissimus heros appellatur. Homerus etiam in his formis cum civibus suis Atheniensibus conspirat. Ut in Attica promiscue Μενέλαος et Μενέλεως dicitur, sic in Odyss. υ. 321. χ. 212. 327. est Δαμαστορίδης Ἀγέλαος, sed de eodem χ. 131. et 247. dicitur:

τοῖς δ' Ἀγέλεως μετέϝειπεν.

similia sunt Πηνέλεως, Πηνέλεων (Ν. 92.) Πηνελέωο ϝάνακτος (Ξ. 489.) et Β. 572. υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς. et Δ. 327.

εὗρ' υἱὸν Πετεῶο Μενεσθῆα πλήξιππον.

In Πηνέλεως erat aliqua lectionis discrepantia: in multis libris est Ξ. 489. Πηνϝλέοιο, et ad Ν. 92. annotatur: Πηνέλεων: διὰ τοῦ Ο Ἀριστοφάνης ΠηνέλεΟΝ. Non est ulla dubitatio quin sibi Aristophanes in eo nomine scribendo constiterit: itaque Πηνέλεος quoque et Πηνελέοιο scribebat, et Attica forma est ab Aristarcho recepta. Nunc quoque οἱ μεταχαρακτηρίσαντες turbarunt. Erat ΠΕΝΕΛΕΟϹ et ΠΕΝΕΛΕΟΙΟ et hinc dissensus. Eadem vetus scriptura ΠΕΝΕΛΕΟΙΟ arguit aliam lectionis labem, quae etiam sine hoc indicio deprendi potuisset. Nempe

σὺν τῷ ἰῶτα scribi debebat Πετεῷο, Πηνελέῳο: est enim terminatio — οιο producta prima vocali ἀττικιςί. Promiscue Πηνέλεω — Πηνελέῳο, Πετεώ — Πετεῷο, Τυνδάρεω et Τυνδαρέῳο dici poterat. Quid autem aliud est Ἀττικοῖς γράμμασι scriptum ΠΕΝΕΛΕΟΙΟ quam Πηνελέῳο.

Cur autem forma Τυνδάρεος et Τυνδαρέου damnanda est? Quia formis Atticis omnibus in — ΕΩC et — ΕΩΝ exeuntibus respondent formae in — ΑΟC et — ΑΩΝ, veluti Ἀμυθέων — Ἀμυθάων, Ἀλκμέων — Ἀλκμάων, Ἀγέλεως — Ἀγέλαος, νεώς — ναός, μετάορος (μετήορος) — μετέωρος cet.

Itaque si ΤυνδάρεΩC est Atticum (quod nemo dubitat) Ionicum est non Τυνδάρεος sed aut Τυνδάραος aut Τυνδάρηος (ut Ἀμφιάρεως — Ἀμφιάρηος), quod nemo vidit et nemo videbit.

Si quis in Homero legendo hoc aget plura de genere hoc reperturus est, unde aut melior lectio elici possit aut discrepantis scripturae origo pateat. In Iliad. Ο. 635. libri discrepabant in αἰὲν ὁμΟςιχάει et ὁμΟΤ ςιχάει. annotatur: ὁμοςιχάει: συμπορεύεται. βάρβαρον δέ φησιν εἶναι αὐτὸ Διονύσιος. Facile credimus: ἐγέγραπτο δὲ ἐν τοῖς παλαιοῖς ΗΟΜΟ.

XV.

FHIΔΕΑ.

Scio apud Homerum est ϝοῖδα et *sciebam* ϝήδεα. In formis perfecti ϝοῖδα nulla est varietas neque discrepantia neque dissensio. Ϝοῖδα habet ϝοῖσθα et ϝοῖδε (dualis ϝίςον exempla non occurrunt) et ϝίδμεν, ϝίςε et ϝίσασιν et in imperativo ϝίσθι et ϝίςω. Omnes hae formae, quae analogiam certam sequuntur, certam et exploratam habent fidem et testimoniis utuntur extra omnem controversiam positis. In plusquamperfecto ϝήδεα sunt librorum et grammaticorum vitia et errores. Discernenda igitur sunt vera et genuina a falsis et vitiosis. Probae et antiquae formae hae sunt:

Ϝήδεα et ante vocalem ϝήδε᾽.

Ϝήδης et ϝήδησθα.

Ϝήδεε, ϝήδει et ante vocalem ϝήδε᾽ aut ϝήδειν.

dualium formae apud Homerum non leguntur, et in plurali sola tertia *ϝίσαν* comparet. Homericae igitur formae Atticis sunt simillimae.

Homerus.	Attici.
ϝήδεα et ante vocalem *ϝήδε'*	*ᾔδη*
ϝήδης, *ϝήδησθα*	*ᾔδησθα*
ϝήδεε, *ϝήδει* et ante	*ᾔδει* et ante
vocalem *ϝήδε'* aut *ϝήδειν*	vocalem *ᾔδειν*.

Dualis est in Attica in secunda et tertia *ᾔστην*.

Pluralis in prima et secunda *ᾖσμεν* et *ᾖστε*.

Tertia pluralis apud Homerum est *ϝίσαν*, in Attica *ᾖσαν*.

Imperativus est apud Homerum *ϝίσθι*, *ϝίστω*, in Attica *ἴσθι*, *ἴστω*.

Optativus in Attica est *εἰδείην*, apud Homerum *ϝειδείην*.

Coniunctivus in Attica *εἰδῶ*, *εἰδῇς*, *εἰδῇ*, *εἰδῶμεν*, *εἰδῆτε*, *εἰδῶσιν*, apud Homerum *ϝιδέω*, *ϝιδέῃς*, *ϝιδέῃ* et in plurali correpta vocali *ϝείδομεν* et *ϝείδετε*.

Infinitivus est in Attica *εἰδέναι*, apud Homerum *ϝίδμεν* et *ϝίδμεναι*.

Participium apud Athenienses est *εἰδώς*, *εἰδυῖα*, *εἰδός* et *συνειδός*, apud Homerum *ϝειδώς*, *ϝειδότε*, *ϝειδότες* et *ϝιδυῖα*, *ϝιδυίῃσι πραπίδεσσι*.

Futurum est apud Homerum *ϝείσομαι* et *ϝειδήσω*, in Attica sine digammate *εἴσομαι* et *εἰδήσω*.

Ϝήδεα apud Homerum (ut *ἐπεποίθεα*, *ἐτεθήπεα*, *ἠνώγεα*) legitur Ξ. 71.

ϝήδεα μὲν γὰρ ὅτε πρόφρων Δαναοῖσιν ἄμυνεν.

et elisa ultima ante vocalem Θ. 366.

εἰ γὰρ ἐγὼ τάδε ϝήδε' ἐνὶ φρεσίν.

et δ. 754. *ϝήδε' ἐγὼ τάδε πάντα*, et ν. 340. *ϝήδε' ὃ νοστήσεις.*

Secundae personae exemplum est α. 337.

πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια ϝήδης.

et τ. 93.

πάντα γὰρ εὖ ϝήδησθ' ἐπεὶ ἐξ ἐμεῦ ἔκλυες αὐτῆς.

In tertia persona sunt multa vitia et errores. Certa analogia et perpetuus omnium usus requirunt *ϝήδεε*, *ϝήδει* et ante vocalem *ϝήδε'* aut *ϝήδειν*. Plusquamperfecta *ὑπερδισύλλαβα* apud Homerum sexcenties exeunt in — ΕΙ aut in — ΕΙΝ si sequitur vocalis: *ἀνώγει*, *ἀρήρει*, *βεβήκει*, *ἀμφιβεβήκει*, *βεβλήκει*, *γε-*

γήθει, γεγόνει, δεδήει, εἰληλούθει, ϝεϝόργει, ϝεϝώικει, ὀλώλει, ὀπώπει, ὀρώρει cet. Solum ϝήδεα putatur habere ϝήδΗ pro ϝήδΕΙ, sine lege, sine more, contra analogiam et usum. Sine offensione legunt omnes N. 355.

ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνΕΙ καὶ πλείονα ϝήδΗ.

quasi non utrumque γεγόνει et ϝήδει eiusdem plane formae esset et analogiae. Forma soluta ϝήδεε (ᾔδεε) nonnullis locis salva evasit, ut B. 409.

ᾔδεε γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο.

et B. 832. et Λ. 330.

ᾔδεε μαντοσύνας οὐδὲ οὓς παῖδας ἔασκεν.

et P. 402.

οὐδ' ἄρα πώ τι Ἤιδεε Πάτροκλον τεθνηκότα.

et alibi. Suspiciosus locus est ψ. 29.

Τηλέμαχος δ' ἄρα μιν πάλαι ᾔδεεν ἔνδον ἐόντα.

namque loci omnes ubi necessarium F omissum est summo iure aut corrupti aut a διασκευασταῖς interpolati esse iudicantur. Fοῖδα Homericum est, non οἶδα: itaque et ϝήδεεν non ᾔδεεν. Itaque scribendum B. 38.

νήπιος οὐδὲ τὰ ϝήδε' ἅ ῥα Ζεὺς μήδετο ϝέργα.

pro τὰ ϝήδη. et B. 409. ϝήδεε γὰρ κατὰ θυμόν, pro ϝήδη. et Λ. 741.

ἢ τόσα φάρμακα ϝήδε' ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

pro ϝήδη ὅσα. et Y. 466.

νήπιος οὐδὲ τὸ ϝήδε' ὃ οὐ πείσεσθαι ἔμελλεν.

pro ϝήδη ὅ. et Σ. 404.

οὐδέ τις ἄλλος
ϝήδεεν οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων.

pro ϝήδειν, quia Homerus in prima hexametri sede ubi libera optio est dactylum magis amat quam spondeum, veluti ᾔτεε pro ᾔτει et sim. et β. 122.

τάων οὔτις ὁμοῖα νοήματα Πηνελοπείῃ
ϝήδε', ἀτὰρ μὲν τοῦτο κτέ.

pro ϝήδη ἀτάρ. Omnino enim forma ϝήδη et ab Homerico constanti usu abhorret et ab analogia redarguitur. Ex — ΕΑ nascitur — Η, ut in Atticis ἐπεπόνθη, ἐκεχήνη, ἐπεποιήκη, ᾔδη etc. sed ex — ΕΕ necessario — ΕΙ nascitur perinde apud Homerum Atheniensem et apud Homeri cives posterioris aetatis Sophoclem

et Aristophanem et omnes, qui τῇ ἀρχαίᾳ 'Ατθίδι utebantur. Itaque ϝῄδη in tertia nusquam ferendum reponendumque aut ϝῄδεε aut ϝῄδει, veluti A. 70. ὃς ϝῄδει τά τ' ἐόντα. B. 213. ἄκοσμά τε πολλά τε ϝῄδΕΙ. et E. 64. θέσφατα ϝῄδει. 326. ἄρτια ϝῄδει. Z. 351. ὃς ϝῄδει. Λ. 330. ϝῄδεε μαντοσύνας. P. 402. ϝῄδεε Πάτροκλον τεθνηκότα. T. 115. ϝῄδειν ἰφθίμην ἄλοχον. β. 17. μυρία ϝῄδει. 108. ἣ σάφα ϝῄδει. ι. 189. ἀθεμίστια ϝῄδει. ρ. 317. περιϝῄδει. ψ. 220. εἰ ϝῄδειν ὅ μιν αὖτις. et ω. 144. ἣ σάφα ϝῄδει, quibus locis omnibus apud Bekkerum ϝῄδη nunc legitur, quod perinde est vitiosum ac si qui pro λελήθει, ὀπώπει, ὀλώλει, ὀρώρει vellet λελήθΗ scribere et ὀπώπη, ὀλώλη, ὀρώρη contra analogiam et contra usum.

Duobus apud Homerum locis comparet forma ἠϝείδης et ἠϝείδη. X. 280.

οὐδ' ἄρα πώ τι 'Εκ Διὸς ἠϝείδης τὸν ἐμὸν μόρον.

et ι. 206.

οὐδέ τις αὐτὸν 'Ηϝείδη δμώων.

quae quo pacto nata sit perspicuum est. Nempe in lingua Homerica vocabulis a digammate inchoantibus cantorum arbitratu 'Ε praefigitur ϝείκοσι ἐϝείκοσι, ϝέδνα ἔϝεδνα, unde ἀνέϝεδνος pro ἄϝεδνος, et sic ἐϝεισάμενος, ἐϝέλδομαι, ἐϝέλπεται, ἐϝέλσαι, ἐϝέργνυ multaque alia in Homerico sermone tritissima sunt. Itaque et ϝῄδης et ϝῄδει assumunt literulam, ἐϝῄδης, ἐϝῄδει, et ὑγρὸν digamma ob numeros poëticos geminatum (ut in ἔϝϝαδεν) ἐϝϝῄδης et ἐϝϝῄδει protulit, unde quum carmina post longum temporis intervallum ex cantantium ore exciperentur et literis non *suis* describerentur, natae sunt formae ex tribus longis constantes ἠῄδει an ἠείδει an ἠείδη omnes perinde vitiosae, quoniam antiqua et vera forma ἐϝϝῄδει neque Atticis literis neque Ionicis scribi poterat.

In imperativo ϝίστω et in optativo ϝειδείην et in infinitivo ϝίδμεν et ϝίδμεναι et περιϝίδμεναι omnia sana et certa sunt et legibus parent. In ε. 206. εἰ μὴν ϝειδείης σῇσιν φρεσί. Bekkerus perperam, ut saepius alibi, μήν de suo substituit pro μέν. Retento μέν et expuncta inutili litera σῇσΙ φρεσί scriptum oportuerat.

Neque in participiis ulla est controversia. Passim ϝειδώς legitur et ϝειδότε et ϝειδότες et prima correpta ϝιδυῖα ut ϝικυῖα, quae omnia rectissime habent.

In coniunctivo primum Homerico more longae vocales corripiuntur. ϝειδῶ habet in prima ϝείδομεν, ut in notissimo

ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ ἵνα ϝείδομεν ἄμφω.

ut ἴομεν pro ἴωμεν, βείομεν, ϛείομεν et sim. et sic in secunda ϝείδετε, ut Θ. 18. ἵνα ϝείδετε πάντες. Sed est praeterea alia coniunctivi forma, in qua correpta prima est et resoluta secunda, ut pro ϝειδῶ, ϝειδῇς, ϝειδῇ dicatur ϝιδέω, ϝιδέῃς, ϝιδέῃ et in prima plurali ϝιδέωμεν pro ϝειδῶμεν aut ϝείδομεν. Luculentum huius formae exemplum sine ullo vitio aetatem tulit Ξ. 235.

ἐγὼ δέ κέ τοι ϝ ι δ έ ω χάριν.

ubi scriptor Atticus dixisset: ἐγὼ δέ σοι χάριν εἴσομαι, ut Euripides in *Andromeda* a Scholiasta laudatus:

ὦ παρθέν', εἰ σώσαιμί σ', εἴσει μοι χάριν;

Ad hanc lucem facile est emendare locos ubi antiquum ϝιδέῃς, ϝιδέῃ et similia in vulgatam formam εἰδῇς aut ἴδῃς conversum est. Itaque Θ. 406.

ὄφρ' εἰδῇ γλαυκῶπις ὅταν ϝῷ πατρὶ μάχηται,

corrige ὄφρα ϝιδέῃ, et N. 499.

ἐναντίος ἵϛασ' ἐμεῖο

ὄφρα ϝίδῃς οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω.

verum est ut *scias*, sentias, experiaris, ὄφρα ϝιδέῃς. et O. 32.

τῶν σ' αὐτὸς μνήσω

ὄφρα ϝίδῃς ἤν τοι χραίσμῃ φιλότης τε καὶ εὐνή.

imo vero ut *scias*, intelligas, ὄφρα ϝιδέῃς et ι. 348.

τῆ, πίε ϝοῖνον,

ὄφρ' εἰδῇς οἷόν τι ποτὸν τόδε νηῦς ἐκεκεύθει.

scrib. ὄφρα ϝιδέῃς. et π. 236.

ἀλλ' ἄγε μοι μνηϛῆρας ἀριθμήσας κατάλεξον

ὄφρ' εἰδέω ὅσσοι τε καὶ οἵτινες ἀνέρες εἰσίν.

Bekkerus ipse restituit ὄφρα ϝιδέω. et Φ. 112.

μηδ' ἔτι τόξου

δηρὸν ἀποτρωπᾶσθε τανυϛύος ὄφρα ϝίδωμεν.

ut *sciamus* quid rei sit, ὄφρα ϝιδέωμεν. et Φ. 336. iterum:

ἀλλ' ἄγε οἱ δότε τόξον ἐΰξοον ὄφρα ϝιδέωμεν.

non ut vulgo ϝίδωμεν. Denique χ. 234.

καὶ ϝίδε ϝέργον,

ὄφρα ϝίδῃς οἷός τοι ἐν ἀνδράσι δυσμενέεσσι

Μέντωρ 'Αλκιμίδης εὐεργεσίας ἀποτίνειν.

quis ferat: *vide ut videas*, sed scribendum ϝίδε ϝέργον ὄφρα ϝιδέῃς.

In plusquamperfecto semel Bekkerus imprudens digamma neglexit α. 176.

ἐπεὶ πολλοὶ ἴσαν ἀνέρες ἡμέτερον δῶ.

sed ἴσαν est *ibant*, sententia et metrum postulant πολλοὶ ϝίσαν, ut ϝίδμεν, ϝίςε et ϝίσασιν apud Homerum sunt perpetua.

Duplex futurum ϝειδήσω et ϝείσομαι sine ulla varietate passim legitur Η. 226.

Ἕκτορ, νῦν μὲν δὴ τάχα ϝείσεαι οἰόθεν οἶος.

et Φ. 292.

ἀλλ' ὅδε μὲν τάχα λωφήσει, σὺ δὲ ϝείσεαι αὐτός.

et saepius alibi ut εἰδήσω et εἴσομαι apud Athenienses frequenter reperiuntur.

Forma tertia personae ᾔδη diserte Aristarcho tribuitur, veluti ad Ε. 64.

ἐπεὶ οὔτι θεῶν ἐκ θέσφατα ᾔδη.

ubi annotatur: οὕτως Ἀρίςαρχος διὰ τοῦ Η ᾔδη. Ergo caeteri ᾔδει legebant. Sed in tam certa et evidenti analogia Aristarchum non sequimur καὶ λέγομεν ὅτι Ἀριςάρχειόν ἐςιν ἁμάρτημα, ut de hac ipsa forma ᾔδη dixit Choeroboscus ad Theodosii *Canones* in Bekkeri *Anecdotis* pag. 1288. et apud Gaisfordum pag. 562 et in Etymol. M. p. 419, 25.

XVI.

ΣΥΝΟΚΩΧΟΤΕ.

Barbara forma commaculat locum in Iliad. Β. 218. de Thersite:

τὼ δέ οἱ ὤμω Κυρτώ, ἐπὶ ςῆθος συνοχωκότε.

ubi annotatur: συνοχωκότε: ἀπὸ τοῦ συνέχεσθαι, ὅ ἐςι συμπεπτωκέναι καὶ „ξυνοχῇσιν ὁδοῦ" (Iliad. Ψ. 330) ταῖς ἀπὸ πλάτους εἰς ςενὸν συμπτώσεσιν. et ad Ψ. 330. ξυνοχῇσιν ὁδοῦ: ταῖς συμπτώσεσι ταῖς ἀπ' εὐρυχωρίας εἰς ςενὸν συγκεκλεισμέναις καὶ „ἐπὶ ςῆθος συνοχωκότες." Leg. συνοχωκότε. Audi nunc Erotianum v. Συνοκωχή: συνοχὴ καὶ σύνοδος καὶ οἷον σύμπτωσίς τις ὡς καὶ Ὅμηρός φησι·

κυρτώ, ἐπὶ ςῆθος συνοχωκότε.

Pellucet in his omnibus vera lectio συνοΚωΧότε, sed nihil opus est coniectura quia proba et antiqua scriptura apud Hesychium incolumis evasit haec: Συνοκωχότε: ἐπισυμπεπτωκότες. συνοκωχὴ γὰρ ἡ σύμπτωσις. Olim hinc Valckenarius poëtam turpi mendo liberavit ad Ammonium pag. 24. sed surdis cecinit auribus: neque Bekkerus audivit neque nuperus Editor la Roche, sed uterque vitiosum συνοχωκότε fideliter servavit. Monstrat tamen certa analogia viam. Ex ἔχω formatur ὄκωχα, ὀκωχή et ὀκωχεύειν, et ut ὄπωπα - ὀπωπή sic inter se respondent συνοκωχή et συνόκωχα. Συνοκωχότε est τῶν ἅπαξ εἰρημένων, quo facilius scripturae vitium potuit diu latere, sed -οκωχή multiplicem prolem genuit ἀνοκωχή, διοκωχή, κατοκωχή et κατοκώχιμος, μετοκωχή, παροκωχή, περιοκωχή et συνοκωχή, quae omnia apud scriptores Ionicos et veteres Atticos reperiuntur. Recentior forma est -οχή, ἀνοχή, κατοχή, μετοχή, παροχή, συνοχή, ut apud Erotianum Συνοκωχή: συνοχή, vetus forma cum nova componitur et sic saepius apud alios. cf. *Nov. Lectt.* pag. 168. Quemadmodum igitur συνοχωκή nihil est, sic συνόχωκα quoque manifesto est barbarum, et Scholiasta qui scribit συνοχωκότε: ἀπὸ τοῦ συνέχεσθαι et componit συνοχή, sine controversia veram lectionem habebat ob oculos συνοκωχότε, et Erotianus Συνοκωχή non potuit cum Homerico συνοχωκότε comparare, sed συνοκωχότε dederat. Invaluerat autem semel error apud sequiores Graeculos ortus et vera scriptura ubique interpolari coepta est, quam et analogia duce et Hesychii certo testimonio tandem aliquando Homero reddamus.

In quanto periculo ubique versatae sint formae antiquae et obsoletae et Graeculis inauditae saepius diligenter demonstravimus.

XVII.

ΉΝΕΤΟ — ΉΝΥΤΟ.

Editur Odyss. E. 243.

αὐτὰρ ὁ τάμνετο δοῦρα, θοῶς δέ ϝοι ἤνΥτο ϝέργον.

vera lectio est ἤνΕτο; nam ἤνυτο quidem nihil est: plusquamperfectum enim est ἤνυΕτο. Cf. K. 251. νὺξ ἄνεται. et Σ. 473.

καὶ ϝέργον ἄνοιτο. Eadem forma apud Herodotum salva evasit VIII. 71. ἅτε δὴ — παντὸς ἀνδρὸς ἐργαζομένου ἤνΕτο τὸ ἔργον, ubi plerique libri vitiose exhibent ἠνύετο. In fragmento Aeschyli apud Scholiasten ad I. 158 scribae dederunt:

οὔτ' ἄν τι θύων οὔτ' ἐπισπένδων ΛΑΒοις.

apud Stobaeum *Anthol.* ΝΑοις est pro λάβοις. Olim reperta est vera scriptura ἍΝΟΙC, quod quid esset librarii non intelligebant.

XVIII.

ʼΕΔΗΔΟΤΑΙ.

Odyss. χ. 56.

ὅσσα τοι ἐκπέποται καὶ ἐδήδΟται.

Neque Homerica forma neque omnino Graeca est ἐδήδοται. Athenienses ἐδήδοκα dicebant et κατεδήδοκα, et passive κατεδήδΕCμαι et κατηδέσθην. Vitiose Hesychius Καταδέδασται: καταβέβρωται pro κατεδήδεσται. Qua forma Poëta usus sit colligendum ex docta annotatione apud Etymologum pag. 316, 25. ʼΕδήδαται: εἰ μὲν διὰ τοῦ Α ὡς Ἀρίσταρχος καὶ ἄλλοι ἐστι πληθυντικόν οἷον

ὅσσα τοι ἐκπέποται καὶ ἐδήδαται.

ἐὰν δὲ διὰ τοῦ Ε ἑνικόν. Ingrata admodum et molesta singularis numeri et pluralis in eadem re copulatio. Potior est igitur forma ἐδήδεται, ut ἐλήλαται, ἀρήροται, ἀλήλεται (ex ἀλεῖν), ὀμώμοται et sim.

XIX.

ʼΑΠΑΤΙΜΑΝ mendosa forma.

Editur Iliad. Ν. 115.

οὕνεκ' ἈΠητίμησε ποδώκεα Πηλεΐωνα.

sed compositum ἀπατιμᾶν et ratio et usus reiiciunt, quum ἀτιμᾶν et ἀτιμάζειν passim eo sensu legantur. Quid est facilius quam emendare:

οὕνεκ' ἊΡ' ἠτίμησε.

ut H. 140.

οὕνεκ' ἄρ' οὐ τόξοισι μαχέσκετο.

et Λ. 79.

οὕνεκ' ἄρα Τρώεσσιν ἐβούλετο κῦδος ὀρέξαι.

et N. 461.

οὕνεκ' ἄρ' ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίεσκεν.

et Ω. 607.

οὕνεκ' ἄρα Λητοῖ ϝισάσκετο καλλιπαρῄῳ.

XX.

Futura Homerica et Attica eliso c.

Quod diximus in artis infantia magistrorum tamquam puerorum *παίγνια* quaedam et ludibria fuisse *ἀντιφράσεις* et *ἀντιπτώσεις* et *ἀποκοπάς* et *ἐναλλαγάς* omne genus *numeri*, *generis*, *temporis*, ut magna gravitate quasi esset aliquid saepe diceretur: *singularis pro plurali*, aut *masculinum pro feminino*, aut *praesens pro futuro*, ea ne Aristarchus quidem omnia aspernatus est ac derisit, ut digna erant, sed et ipse in eosdem laqueos quamquam multo rarius quam caeteri induit sese pronuntiatque suum: *ἐνεστὼς ἀντὶ μέλλοντος*, *praesens pro futuro*, quasi esset ea res simplicissima. Audiamus ipsum. Iliad B. 286.

οὐδέ τοι ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν.

ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ἐναλλαγὴν τοῦ χρόνου ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐκτελέσουσιν. Iliad. I. 156.

καί τοι ὑπὸ σκήπτρῳ λιπαρὰς τελέουσι θέμιστας.

ἡ διπλῆ ὅτι χρόνος ἤλλακται τελέουσιν ἀντὶ τοῦ τελέσουσιν. Iliad. O. 351.

ἀλλὰ κύνες ἐρύουσιν.

ἡ διπλῆ ὅτι ἐνεστῶτι ἀντὶ μέλλοντος κέχρηται. Iliad. Λ. 454.

ἀλλ' οἰωνοὶ ὠμησταὶ ἐρύουσιν.

scholion: *ἐρύουσιν: προπαροξύνεται. ἐνήλλακται γὰρ ὁ ἐνεστὼς χρόνος ἀντὶ τοῦ μέλλοντος. οὕτω καὶ Ἀρίσταρχος.* Idem versus bis legitur Iliad. Λ. 365 et Υ. 452.

ἦ θήν σ' ἐξανύω γε.

annotatur ad Λ. 365. τὸ ἀνύω φυλακτέον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τόνου. ἐνεστὼς γάρ ἐστιν ἀντὶ μέλλοντος et ad Υ. 452. τὸ δὲ ἀνύω βαρυτόνως ἀναγνωστέον. ἔστι γὰρ ἐνεστὼς ἀντὶ μέλλοντος.

Iliad. X. 67.

κύνες — ὠμησταὶ ἐρύουσιν,

ἡ διπλῆ ὅτι χρόνος ἤλλακται ἀντὶ τοῦ ἐρύσουσιν. Odyss. Z. 174.

οὐ γὰρ ὀΐω

παύσεσθ' ἀλλ' ἔτι πολλὰ θεοὶ τελέουσι πάροιθεν.

annotatur: τελέσουσιν εἰς τὸ μετέπειτα. ad Iliad. Π. 129. ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω scholion est: ἐνεστὼς σημαίνων μέλλοντα. — οὕτω καὶ τὸ ἐρύουσιν. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος. Odyss. M. 383.

εἰ δέ μοι οὐ τίσουσι βοῶν ἐπιεικέ' ἀμοιβήν,

δύσομαι εἰς Ἀΐδαο καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω.

scholion: τὸ φαείνω ἐνεστῶτός ἐστιν ἀντὶ τοῦ μέλλοντος.

Vehementer miror Aristarchum quoque in hoc opinionis errore esse versatum ut crederet et pro *futuro* tempore *praesens* substitui posse, et illas formas *praesentis* temporis esse: sed disertis Aristonici et Herodiani testimoniis difficile est non credere.

In omnibus his formis lingua Homerica ad amussim cum vetere Attica dialecto conspirat. In quibus verbis E non in H producitur, si est antepenultima *longa*, C in futuro non eliditur, ut in ἐπαινέσομαι, αἰδέσομαι, ἀρκέσω, νεικέσω et ἀχθέσομαι, quorum αἰδέσεται et νεικέσω et ἀρκέσει Homerica sunt. Contra ubi brevis est antepenultima, C *ubique* summa constantia omittitur. Γαμεῖν habet futurum γαμέω Iliad. I. 388.

κούρην δ' οὐ γαμέω Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο.

et vs. 391. οὐδέ μιν ὣς γαμέω. et Odyss. O. 522.

μέμονέν τε μάλιστα

μητέρ' ἐμὴν γαμέειν καὶ Ὀδυσσῆος γέρας ἕξειν.

Τελεῖν habet futurum τελέω, ἐκτελέω, τελέεσθαι οἴω. Odyss. B. 256.

τελέει δ' ὁδὸν οὔποτε ταύτην.

Odyss. Σ. 388.

ἦ τάχα τοι τελέω κακόν.

Odyss. Δ. 664.

φάμεν δέ οἱ οὐ τελέεσθαι.

Odyss. Ψ. 284.

τὰ δέ μοι φάτο πάντα τελεῖσθαι.

Iliad. Ψ. 96.

πάντα μάλ' ἐκτελέω καὶ πείσομαι.

Iliad. K. 105. οὔ θην — ἐκτελέει, et Δ. 161. ἔκ δὲ καὶ ὀψὲ τελεῖ, et H. 353. ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, et Odyss. K. 27. οὐδ' ἄρ' ἔμελλεν ἐκτελέειν, et alibi passim.

Καλεῖν habet futurum καλέω. Iliad. Γ. 383. Ἑλένην καλέουσ' ἴεν et N. 413. ὄφρ' ἂν ἐγὼ ἔλθω — καλέουσα, et Odyss. Υ. 213. αὐτὸς καλέων δεῦρ' εἴσεται, et saepius.

Μάχομαι nunc ex Grammaticorum praescripto habet μαχήσομαι, non desunt tamen certa indicia antiquae formae μαχέομαι, unde μαχέσσομαι productum. Superest futurum μαχέομαι Iliad. B. 365. κατὰ σφεας γὰρ μαχέονται, et reponendum est Iliad A. 344.

ὅππως οἱ παρὰ νηυσὶ σόοι μαχέΟΝΤΑΙ Ἀχαιοί.

pro μαχέοιντο, quod a Thierschio apud Bekkerum occupatum video. Μαχεῖσθαι est Iliad. Υ. 26.

εἰ γὰρ Ἀχιλλεὺς οἶος ἐπὶ Τρώεσσι μαχεῖται.

Essetne μαχήσομαι an μαχέσσομαι scribendum dissentientibus libris antiquis Grammatici certant et adhuc sub iudice lis est. Vid. ad Iliad. A. 298.

Κορέννυμι habet futurum κορέω. Iliad. N. 831.

ἀτὰρ Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Iliad. Θ. 379.

ἦ τις καὶ Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

et P. 241.

ὅς κε τάχα Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Δάμνημι habet futurum δαμῶ δαμόω, δαμᾷ δαμάᾳ. Iliad. A. 60.

Ἀτρεΐδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω
ἂψ ἀπονοστήσειν εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν,
εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς.

ubi δαμᾷ futurum esse loci compositio declarat, idque hi loci confirmant. Iliad. X. 271.

ἄφαρ δέ σε Παλλὰς Ἀθήνη ἔγχει ἐμῷ δαμάᾳ.

et Z. 368.

οὐ γὰρ οἶδ' ἢ ἔτι σφιν ὑπότροπος ἵξομαι αὖτις
ἦ ἤδη μ' ὑπὸ χερσὶ θεοὶ δαμόωσιν Ἀχαιῶν.

Ἀντιάζω habet futurum (ἀντιῶ) ἀντιόω. Iliad. M. 368. et N. 752.

αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι καὶ ἀντιόω πολέμοιο.

Iliad. Υ. 125.

πάντες δ' Οὐλύμποιο κατήλθομεν ἀντιόωντες
τῆσδε μάχης.

Odyss. Α. 25.

ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε
ἀντιόων ταύρων τε καὶ ἀρνειῶν ἑκατόμβης.

Odyss. Γ. 436.

ἦλθε δ' Ἀθήνη Ἱρῶν ἀντιόωσα.

Odyss. Ω. 56.

μήτηρ ἐξ ἁλὸς ἦδε σὺν ἀθανάτῃς ἁλίῃσιν
ἔρχεται οὗ παιδὸς τεθνηότος ἀντιόωσα.

Itaque vehementer suspectum est Odyss. Χ. 28.

ξεῖνε, κακῶς ἀνδρῶν τοξάζεαι, οὐκέτ' ἀέθλων
ἄλλων ἀντιάσεις.

pro *ἀντιάας.*

Κρεμάννυμι habet futurum *κρεμῶ κρεμόω.*

Iliad. Η. 83.

καὶ κρεμόω προτὶ νηὸν Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο.

Priscum verbum ʽЄΩ (ἑῶ) idem quod *κορέννυμι satio, saturo,* habet futurum *ἑῶ, ἑόω.* Iliad. Ν. 315.

οἵ μιν ἄδην ἑόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο.

et Odyss. Ε. 290.

ἀλλ' ἔτι μέν μίν φημι ἄδην ἑάαν κακότητος.

nam sic utroque loco scribendum pro *ἐλόωσι* et *ἐλάαν*, ut alibi ostendam.

Ἐλαύνω habet futurum *ἐλῶ, ἐλόω.*

Odyss. Η. 318.

σὺ μὲν δεδμημένος ὕπνῳ λέξεαι, οἱ δ' ἐλόωσι γαλήνην.

Vetus verbum *πέρνημι, vendo,* habet futurum *περῶ, περόω, περάαν,* et aoristum *ἐπέρασσα.* Iliad. Φ. 454.

σοὶ μὲν ὅδ' ἠπείλησε πόδας καὶ χεῖρας ὕπερθεν
δήσειν καὶ περάαν νήσων ἔπι τηλεδαπάων.

Et haec quidem Homero cum Atticis communia sunt, nisi quod nonnulla horum Atticis non sunt in usu, ut *δαμῶ* et *ἑῶ* et *περόω* et *ἀντιόω.* Reliqua omnia apud Athenienses tritissima sunt *γαμῶ, τελῶ, ἐπιτελῶ, διατελῶ, καλῶ, ἐγκαλῶ, συγκαλῶ, κορῶ, κρεμῶ, ἐλῶ,* quae solae sunt atque unicae Atheniensibus *futuri* formae, quibus accedunt Homero incognita *σκεδῶ, δια-*

σκεδῶ, et πετῶ, ἀνχπετῶ, et κερῶ et βιβῶ, βιβῶμαι et ex κολάζω κολῶμαι, et pauca quaedam alia eandem omnia analogiam secuta.

Verba de genere hoc *disyllaba* dicuntur C in futuro servare, ζέω, ξέω, τρέω et formae productae ἕννυμι ἀμφιέννυμι et σβέννυμι, ἀποσβέννυμι. Sed ζέσω, ξέσω et τρέσω nusquam mihi lecta sunt. 'Αμφιέσω est in Odyss. E. 167.

αὐτὰρ ἐγὼ σῖτον — ἐνθήσω — εἵματά τ' ἀ μ φ ι έ σ ω.

Formae ἕσσω Odyss. N. 400.

ἀμφὶ δὲ λαῖφος ἕ σ σ ω.

cur non sit hic habenda ratio infra ostendam. Κατασβέσεις semel legitur in Aristophanis *Lysistrata* vs. 375.

τοὐμὸν σὺ πῦρ κατασβέσεις; τοὖργον τάχ' αὐτὸ δείξει.

et in antiquo oraculo apud Herodotum VIII. 77.

δῖα δίκη σ β έ σ σ ε ι κρατερὸν Κόρον Ὕβριος υἱόν.

et bis apud Aeschylum *Septem* vs. 556. τίς κατασβέσει δίκη; et *Agamemn.* 932. τίς δέ νιν κατασβέσει; neque usquam alibi futurum σβέσω mihi visum est.

Verbum χεῖν habet in Attica futurum χέω, χεῖς, χεῖ ut multis exemplis demonstravimus in *Var. Lectt.* pag. 123. 263 et 607. Apud Homerum futurum est χεύω. Compone mihi hosce duos ex Odyssea locos A. 289.

εἰ δέ κε τεθνηῶτος ἀκούσῃς μηδ' ἔτ' ἐόντος,
σῆμά τέ οἱ χ ε ῦ α ι καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξαι
πολλὰ μάλ' ὅσσα ἔοικε καὶ ἀνέρι μητέρα δοῦναι.

et B 220.

εἰ δέ κε τεθνηῶτος ἀκούσω μηδ' ἔτ' ἐόντος,
σῆμά τέ οἱ χ ε ύ ω καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐξω
πολλὰ μάλ' ὅσσα ἔοικε καὶ ἀνέρι μητέρα δώσω.

vides ter aoristum in *futurum* converti: χεῦαι — κτερεΐξαι — δοῦναι in χεύω — κτερεΐξω — δώσω, itaque vel hinc manifestum est formam χεύω *futuri* temporis notionem habere. Annotatur ad B. 222. χεύω: Πτολεμαῖος ὁ τοῦ 'Ορoάνδου χ ε ί ω γράφει, καὶ 'Αρίσταρχος. 'Ηρωδιανὸς δὲ χ ε ύ ω, ἵν' ᾗ ἐνεστὼς ἀντὶ τοῦ μέλλοντος. Rectissime Dindorf. correxit: 'Αρίσταρχος δὲ καὶ 'Ηρωδιανὸς χ ε ύ ω, tum expuncto articulo scribe: ἵν' ᾗ ἐνεστὼς ἀντὶ μέλλοντος.

Ecce iterum *praesens pro futuro.* Quid diceres si scriptum es-

set: καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερεΐΖω, et contenderet aliquis optime sic scribi, namque esse *praesens pro futuro?* Si foret in terris rideret Aristarchus et κτερεΐΞω reponeret. Sed cur, quaeso, minus ineptum est *praesens pro futuro* in χεύω quam in κτερεΐΖω? Dindorf. de χεύσω cogitavit, ut Odyss. A. 291 est duplex lectio χεῦαι et χεῦσαι. Sed in formis antiquis ubi subest digamma aut *simplex*, ut in ἀλέαιτο, ἀλέασθαι, aut *duplex*, ut in ἀλεύατο, ἄλευαι, σεύατο, ἔχευα, addi C non potest. *Prorsus barbara* sunt χεῦCαι pro χεῦαι, et ἄλευCαι pro ἄλευαι. Perinde est ac si quis ἀττικιςί vellet ἔχεCα dicere pro ἔχεα. Quod autem Dindorf. opinatur „χεύομεν *futuri significatione dictum esse etiam* Iliad. H. 336.

τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χ ε ύ ο μ ε ν ἐξαγαγόντες-"

fugit eum ratio. Inspectus locus statim patefaciet omnes esse coniunctivi aoristos κυκλήσομεν — κατακήομεν — χεύομεν — δείμομεν — ποιήσομεν — ὀρύξομεν, quod si forte in caeteris ambiguum esset possit, in κατακήομεν et δείμομεν res est manifesta.

Praeterquam in his tria sunt apud Homerum verba in -ύω penultima brevi, ubi C *constanter* in futuro eliditur, ut in γαμέω, τελέω, καλέω caeterisque.

Ϝερύω, id est ἕλκω, habet ubique *futurum* ϝερύω et in forma media ϝερύεσθαι. eademque est ratio in *futuris* ἀνύω, ἐξανύω et τανύω, ἐντανύω. Inspice poëtam, λαβὲ τὸ βιβλίον. Iliad. O. 351.

ἀλλὰ κύνες ϝ ε ρ ύ ο υ σ ι.

Λ. 454. ἀλλ' οἰωνοὶ ὠμηςαὶ ϝ ε ρ ύ ο υ σ ι ν. Iliad. X. 67. κύνες — ὠμηςαὶ ϝ ε ρ ύ ο υ σ ι ν. P. 234. ϝέλπετο θυμὸς Νεκρὸν ὑπ' Αἴαντος ϝ ε ρ ύ ε ι ν. Ξ. 422. ϝελπόμενοι ϝ ε ρ ύ ε σ θ α ι.

Futurum ἐξανύω bis legitur Iliad. Λ. 365. et Υ. 452.

ἦ θήν σ' ἐ ξ α ν ύ ω γε καὶ ὕςερον ἀντιβολήσας.

ad utrumque locum annotatur: ἔςι δὲ ἐνεςὼς ἀντὶ μέλλοντος.

Tertium futurum est τανύω et ἐντανύω. Odyss. Φ 174. ἀλλ' ἄλλοι τ α ν ύ ο υ σ ι ν, et vs. 92.

οὐ γὰρ ὀΐω
ῥηϊδίως τόδε τόξον ἐΰξοον ἐ ν τ α ν ύ ε σ θ α ι.

sed ecce apparet forma ἐντανύCειν Odyss. Φ. 97. et 127.

ἐώλπειν Νευρὴν ἐντανύCειν διοϊςεύσειν τε σίδηρον.

Quid faciemus? Quis audebit C expungere ὅπως τὸ διηνεκὲς φυλαχθῇ? Timidiores in tali re Critici esse solent et audax fa-

cinus videtur contra libros decernere. Ergo testem idoneum producam. Prodeat ipse Aristarchus ad Iliad. X. 67. ἐρύουσιν: ἡ διπλῆ ὅτι χρόνος ἤλλακται ἀντὶ τοῦ ἐρύσουCιν καὶ ἐν 'Οδυσσείᾳ „νευρὴν ἐντανύΕΙΝ" ἀντὶ τοῦ ἐντανύCειν. Iam non est ulla amplius, ut opinor, dubitatio.

Homerus igitur, ut Attici omnes, in his *constanter* C elidebat formasque pro re nata contrahebat aut non contrahebat: perinde dicebat τελέει et τελεῖ, τελέεσθαι et τελεῖσθαι, ὀλέεσθαι et τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔποτ' ὀλεῖται. Promiscue ponit δαμᾷ et δαμάᾳ similiaque, ut res et numeri ferebant. κομίζω habet κομιῶ Odyss. O. 546. τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ. verbi κτερίζω futurum est κτεριῶ Iliad. Σ. 334. οὔ σε πρὶν κτεριῶ. et κτεριοῦσι Iliad. Λ. 455. κτεριοῦσί γε δῖοι 'Αχαιοί. et X. 336. τὸν δὲ κτεριοῦσιν 'Αχαιοί. Sic ἀεικίζω habet futurum ἀεικιῶ. Iliad. X. 256.

οὐ γὰρ ἐγώ σ' ἔκπαγλον ἀεικιῶ.

sic et ἀγλαϊεῖσθαι dixit Iliad. K. 311. et ἐπαγλαϊεῖσθαι Iliad. Σ. 133. omnia plane ut Athenienses solebant.

Sed idem Homerus, qui ex his omnibus formis C removet, aliis locis in iisdem C non eximit, sed geminat. Qui καλέω dicit idem προκαλέσσεται ponere solet. Ex ὄλλυμι simul ὀλέω nascitur et ὀλεῖται, simul ὀλέσσεις, ὀλέσσει. Odyss. B. 49. βίοτον δ' ἀπὸ πάμπαν ὀλέσσει. Bis dixit γαμέω, sed semel Iliad. I. 394.

Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.

Qui semper ἐρύειν, ἐρύουσιν, ἐρύεσθαι dicit, idem dixit Iliad. K. 44. ἥ τίς κεν ἐρύσσεται ἠὲ σαώσει. et Υ. 311.

ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι ἤ κεν ἐάσεις.

Vidimus futurum esse ἀνύω, ἐξανύω, sed nihilominus ponitur et Odyss. π. 373. ἀνύσσεσθαι τάδε τέργα.

Saepe τελέω dixit sed Iliad. Ψ 559. ἐγὼ δέ κε καὶ τὸ τελέσσω.

Ergo si ἕσσω futurum est, ut supra vidimus, nondum id argumento est futurum ἀμφιέσω esse oportere, ut in εἵματά τ' ἀμφιέσω, namque eadem forma futuro ἀμφιέω respondere potuisset.

Formae antiquae et sincerae, in quibus C elisum est, apud Homerum quidem et librorum meliorum consensu et veterum Grammaticorum testimoniis tam firmiter sunt stabilitae, ut iis librorum deteriorum scripturae, quae subinde apparent, τελέσει,

τελέσουσι, κορέσεις, κορέσει, ἐρύσουσι nihil nocere possint. *'Ενταvύσειν* quod solum erat reliquum nunc et ipsum eliminatum est. Sed quas sordes ex Homero sedulo omnes eluimus, eae apud alios pertinaciter haerent vitio Graeculorum antiquas formas ex inscitia interpolantium. Qui Homero obtrudebant *κορέCεις* et *κορέCει*, iidem duobus locis Herodotum hac macula inquinarunt I. 212. *ἦ μέν σε ἐγὼ καὶ ἄπληϛον ἐόντα αἵματος κορέCω*, et cap. 214. *σὲ δ' ἐγώ, κατάπερ ἠπείλησα, αἵματος κορέCω.* Nil dissentiunt libri, sed *futurum* *κορέCω* barbarum est et utrobique *κορέω* reponendum. Futurum *συγκαλέειν* evasit III. 74. sed tamen in bono libro *συγκαλέCειν* apparet.

Quae futura apud Herodotum ex — *άσω* orta sunt perpetuo contracta videbis I. 97. *οὐκ ἔφη δικΑΝ ἔτι· οὐ γάρ οἱ λυσιτελέειν — δι' ἡμέρης δικάζειν.* I. 199. *ἀποδοκιμᾷ.* VIII. 68. *διασκεδᾷς*, et passim *ἐλᾷς, ἀπελᾷς, ἐλᾶν, ἐλῶν* et sim. Hinc optime emendavit Iacobsius Eusebium Ionicum scriptorem apud Stob. *Floril.* 46. 41. *χρὴ εἰδέναι πάντα τὸν μέλλοντα ἀνθρώπου καταδίκαν*, coniecerat aliquis *καταδικάζειν*, rem acu tetigit Iacobsius *καταδικᾶν* reponens.

Contra apud scriptores Atticos passim videbis formas sequiores *τελέσω, διατελέσω, καλέσω, ἐγκαλέσω, συγκαλέσω*, vel barbaras ut *κομίσουσιν*, aequissimo animo ab Editoribus ferri, quasi nihil omnino dubitationis haberent. In poëtis Atticis credo huiuscemodi mendorum vestigia iam nusquam superesse, sed apud Oratores multa supersunt et apud Platonem et caeteros. Saepius observabis genuinas formas intactas evadere ubicumque non continuo appareat *futuri* temporis notionem iis inesse, sed ubi futurum esse Graeculi sentiunt statim formis antiquis illas substituunt, quibus ipsi et aequales omnes perpetuo uti solebant. Multa saepius huius rei exempla et documenta protuli in *Var. Lectt.* pag. 242. et in *Nov. Lectt.* pag. 63 et 438 et plura aliquando praesertim ex Demosthene et Platone proferre in animo est.

Unum addam. Sol iratus Odyss. M. 383. ita minatur:

δύσομαι εἰς 'Αΐδαο καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω.

antiquum obtinent Grammatici, qui nobis occinunt suum: *τὸ φαείνω ἐνεϛῶτός ἐϛιν ἀντὶ τοῦ μέλλοντος*, scrib. *ἐνεϛὼς ἐϛιν ἀντὶ μέλλοντος*, *praesens pro futuro*, quasi nihil ea res dubita-

tionis haberet. Sed apud nos satis constat neque Homerum neque alium quemquam ubi *futurum* sit necessarium inepte *praesens* ei substituere. In caeteris forma verbi magistris imposuit, ut τελέουσιν, ἐρύουσιν, γαμέω, καλέων. In φαείνω nulla est dubitatio quin sit ea *praesentis* temporis forma. Futurum est apud Homerum φανέω, φανέει, φανεῖ, φανεῖσθαι. Odyss. M. 230.

ἔνθεν γάρ μιν ἐδέγμην πρῶτα φανεῖσθαι.

et Iliad. T. 104.

ἄνδρα φόωσδε μογοςόκος Εἰλείθυια Ἐκφανεῖ.

Quid multa? In Homeri loco vitium latet facili negotio eximendum. Ad id deprehendendum opem ferat Homerus ipse Iliad. Π. 129.

δύσεο τεύχεα θᾶσσον, ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω.

ubi annotatur: ἀγείρω: ὁμοίως τῷ ἀγείρω (leg. ἀγερῶ). ἐνεςὼς γάρ ἐςι σημαίνων μέλλοντα. ὥσπερ καὶ ἐπ' ἄλλων παρεθέμεθα.

ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα (Il. A. 184.)

ἦ μέγα πένθος Ἀχαιΐδα γαῖαν ἱκάνει (Iliad. H. 124

οὕτω καὶ τὸ ἐρύουσιν ἔχει. οὕτω δὲ καὶ Ἀρίςαρχος. Herodiani haec sunt, qui multo plus eruditione quam iudicio valebat. Vide mihi ut misceat omnia: ἐρύουσιν est *futurum*: ἱκάνει *praesens* est quod sententia postulat: *adest* malum ac dedecus Achivorum, et in ἐγὼ δέ Κ' ἄγω, et ἐγὼ δέ ΚΕ λαὸν ἀγείρω, potentialem voculam ΚΕ plane neglexit. Praeterea apparet quam nihil excerptis Herodiani de Aristarcho sit credendum. οὕτω δὲ καὶ Ἀρίςαρχος, inquit. Aristarchi sententia apud Aristonicum haec est: ad Il. A. 184. ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἄγω ἀντὶ τοῦ ἄγοιμι. et Il. Π. 129. ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἀγείραιμι. Ad hanc lucem facile est emendare:

δύσομαι εἰς Ἀΐδεω καί Κ' ἐν νεκύεσσι φαείνω.

planissime ut Iliad. A. 184.

πέμψω, ἐγὼ δέ Κ' ἄγω,

futurum et ΚΕ cum *coniunctivo* ut plane ἰσοδύναμα composuit. Ubi semel in καί Κ' ἐν νεκύεσσι negligentia Κ' intercidit, statim tralaticium εἰς Ἀΐδαο irrepsit.

Addam duo exempla eiusdem compositionis certa et indubitata. Quemadmodum dixit: ἐγὼ δέ ΚΕ λαὸν ἀγείρω, et: ἐγὼ δέ Κ' ἄγω, et καί Κ' ἐν νεκύεσσι φαείνω, sic et in Odyss. P. 418. legitur:

ἐγὼ δέ ΚΕ σε κλείω κατ' ἀπείρονα γαῖαν.

et Iliad. Ξ. 235.

ἐγὼ δέ ΚΕ τοι ϝιδέω χάριν ἤματα πάντα.

id est, ut Atheniensis dixisset: ἐγὼ δέ σοι χάριν εἴσομαι ἀεί.

XXI.

ΓΑΡ — ΤΑΡ.

Una est et consentiens vox veterum Criticorum: ἔθος Ὁμηρικὸν ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι, vel, ut Aristarchus scribit ad H. 328. ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ εἰσέβαλεν ἀρχαϊκῶς. in qua re quum sint aliquot commissi errores et ex diligenti huius Homericae consuetudinis observatione unius et alterius loci scriptura melius constitui possit, primum omnes utriusque carminis versus, qui huc sive iure sive iniuria pertinere putantur, cum cura collectos ordine expromam.

Iliad. A. 123. Ἀτρεΐδη, —
πῶς ΓΑΡ τοι δώσουσι γέρας μεγάθυμοι Ἀχαιοί;

B. 284. Ἀτρεΐδη, νῦν ΓΑΡ σε, ϝάναξ, ἐθέλουσιν Ἀχαιοί
πᾶσιν ἐλέγχιστον θέμεναι μερόπεσσι βροτοῖσιν.

B. 803. πολλοὶ ΓΑΡ κατὰ ϝάστυ μέγα Πριάμου ἐπίκουροι,
— τοῖσι ϝέκαστος ἀνὴρ σημαινέτω οἷσί περ ἄρχει.

H. 327. Ἀτρεΐδη, —
πολλοὶ ΓΑΡ τεθνᾶσι κάρη κομόωντες Ἀχαιοί.

K. 61. τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος·
πῶς ΓΑΡ μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι;

K. 424. τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πολύμητις Ὀδυσσεύς·
πῶς ΓΑΡ νῦν Τρώεσσι μεμιγμένοι ἱπποδάμοισι
εὕδουσ' ἦ ἀπάνευθε;

N. 736. πάντῃ ΓΑΡ σε περὶ στέφανος πολέμοιο δέδηεν,
ἀλλ' ἀναχασσάμενος κάλει ἐνθάδε πάντας ἀρίστους.

P. 475. Ἀλκίμεδον, τίς ΓΑΡ τοι Ἀχαιῶν ἄλλος ὁμοῖος
ἵππων ἀθανάτων ἐχέμεν δμῆσίν τε μένος τε;

Σ. 182. Ϝῖρι θεά, τίς ΓΑΡ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν;

Ψ. 156. Ἀτρεΐδη, σοὶ ΓΑΡ τε μάλιστά γε λαὸς Ἀχαιῶν
πείσονται μύθοισι.

627. [καὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔϝειπες]
οὐ ΓΑΡ ἔτ' ἔμπεδα γυῖά, φίλος, πόδες οὐδ' ἔτι χεῖρες
ὤμων ἀμφοτέρωθεν ἐπαΐσσονται ἐλαφραί.
890. 'Ατρεΐδη, ϝίδμεν ΓΑΡ ὅσον προβέβηκας ἁπάντων
ἠδ' ὅσσον δυνάμι τε καὶ ἥμασιν ἔπλευ ἄριςος.
Ω. 334. 'Ερμεία, σοὶ ΓΑΡ τε μάλιςά γε φίλτατόν ἐςιν
ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι.
662. Ϝοῖσθα ΓΑΡ ὡς κατὰ ϝάςυ ϝεϝέλμεθα.
ἐννῆμαρ μέν κ' αὐτὸν ἐνὶ μεγάροις γοόωμεν.
Odyss. α. 337. Φήμιε, πολλὰ ΓΑΡ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια ϝήδης.
δ. 722. κλῦτε, φίλαι. περὶ ΓΑΡ μοι 'Ολύμπιος ἄλγε' ἔδωκεν.
ε. 29. 'Ερμεία, σὺ ΓΑΡ αὖτε τά τ' ἄλλα περ ἄγγελος ἐσσί.
κ. 174. ὦ φίλος, οὐ ΓΑΡ πω καταδυσόμεθ' ἀχνύμενοί περ
εἰς 'Αϝίδαο δόμους.
190. [κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι.]
ὦ φίλοι, οὐ ΓΑΡ ϝίδμεν ὅπη ζόφος οὐδ' ὅπη ἠώς·
226. ὦ φίλοι, ἔνδον ΓΑΡ τις ἐποιχομένη μέγαν ἱςὸν
καλὸν ἀοιδιάει.
337. ὦ Κίρκη, πῶς ΓΑΡ με κέλεαι σοὶ ἤπιον εἶναι;
383. ὦ Κίρκη, πῶς ΓΑΡ κεν ἀνὴρ ὃς ἐναίσιμος εἴη
πρὶν τλαίη πάσσασθαι ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,
πρὶν λύσασθ' ἑτάρους;
501. ὦ Κίρκη, τίς ΓΑΡ ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;
μ. 154. ὦ φίλοι, οὐ ΓΑΡ χρὴ ἕνα ϝίδμεναι οὐδὲ δύ' οἴους
θέσφαθ' ἅ μοι Κίρκη μυθήσατο.
208. ὦ φίλοι, οὐ ΓΑΡ πώ τι κακῶν ἀδαήμονές εἰμεν.
320. ὦ φίλοι, ἐν ΓΑΡ νηὶ θοῇ βρῶσίς τε πόσις τε
ἔςιν, τῶν δὲ βοῶν ἀπεχώμεθα.
ξ. 115. ὦ φίλε, τίς ΓΑΡ σε πρίατο κτεάτεσσιν ἑϝοῖσιν,
495. [κλῦτε, φίλοι· θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.]
λίην ΓΑΡ νηῶν ϝεκὰς ἤλθομεν.
ο. 509. πῆ ΓΑΡ ἐγώ, φίλε τέκνον, ἴω; τεῦ δώμαθ' ἵκωμαι;
ρ. 78. Πείραι', οὐ ΓΑΡ ϝίδμεν ὅπως ἔςαι τάδε ϝέργα.
σ. 259. ὦ γύναι, οὐ ΓΑΡ οἴω ἐϋκνήμιδας 'Αχαιοὺς
ἐκ Τροίης εὖ πάντας ἀπήμονας ἀπονέεσθαι.
τ. 350. ξεῖνε φίλ', οὐ ΓΑΡ πώ τις ἀνὴρ πεπνυμένος ὧδε
ξείνων τηλεδαπῶν φιλίων ἐμὸν ἵκετο δῶμα.
φ. 258. νῦν μὲν ΓΑΡ κατὰ δῆμον ἑορτὴ τοῖο θεοῖο

ἀγυνή· τίς δέ κε τόξα τιταίνοιτ'; ἀλλὰ ϝέκηλοι κάτθετε.

χ. 70. ὦ φίλοι, οὐ ΓΑΡ σχήσει ἀνὴρ ὅδε χεῖρας ἀάπτους.

ψ. 278. ὦ γύναι, οὐ ΓΑΡ πω πάντων ἐπὶ πείρατ' ἀέθλων ἤλθομεν, ἀλλ' ἔτ' ὄπισθεν ἀμέτρητος πόνος ἔςαι.

Horum locorum maior pars emendata est et integerrima: caeteri alius aliam labem aliquam conceperunt. Tres loci sunt inserto versu spurio interpolati. Duos ςίχους παρεμβεβλημένους veteres Critici expungendos censuerunt. Tertia interpolatio post Aristarchum nata nobis confutanda et expellenda superest. Odyss. κ. 190.

[κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι.]
ὦ φίλοι, οὐ γὰρ ϝίδμεν ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠώς.

Scholion: Καλλίςρατός φησιν ὡς ὑπό τινος ὁ ςίχος προτέτακται ἀγνοοῦντος τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος ὡς θέλει ἄρχεσθαι ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ.

Quis non statim assensum dabit? Non est eadem omnium τῶν ἀθετουμένων ςίχων ratio et conditio. Sunt in quibus diu et multum incertus haereas, sed dantur alii tam evidenti fraude interpolati, ut magis mireris quo pacto irrepserint quam argumenta cur expellendi sint ab alio requiras; tam manifesto fraus patet. Nae ille erat in carminibus Homericis hospes, qui nesciebat Poëtam ἀρχαϊκῶς ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ εἰσβάλλειν in tali re solere. Tam inficeta additamenta apud Homerum fere sic nascebantur, ut versus ex alia parte carminis desumti in alienam sedem transferrentur. Meminerat aliquis se audire Odyss. μ. 271.

κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
ὄφρ' ὑμῖν ϝείπω μαντήϊα Τειρεσίαο.

et μ. 340.

κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
πάντες μὲν ςυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
λιμῷ δ' οἴκτιςον θανέειν.

horum igitur importune memor illuc transtulit ubi nullus plane esset iis locus. Ab Aristarcho igitur in tali re παρατίθεται πρὸς τῷ ὀβελῷ ἀςερίσκος. δηλοῖ δὲ τοῦτο, ut in praefatione operis scribit Aristonicus, ὅτι Ὁμήρου μέν ἐςι, φαύλως δ' ἐνταῦθα κεῖται.

Recurrit plane idem mendi genus in Odyss. ξ. 495.

[κλῦτε, φίλοι· θεῖός μοι ἐνύπνιον ἤλθεν ὄνειρος.]
λίην ΓΑΡ νηῶν ϝεκὰς ἤλθομεν.

annotatur: TINЄC φασὶν ἐνίους ἠγνοηκότας τὸ ἔθος τοῦ ποιητοῦ ὅτι ἔθος ἐςὶν αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι διὰ τοῦτο πεπλακέναι τὸν ςίχον. Qui sunt illi τινές? Callistratus fortasse, sed non de suo ita iudicat sed Aristarchi iudicium sequitur. Fallitur etiam quod scribit: ἐνίους πεπλακέναι τὸν ςίχον. Quanto melius Aristonicus ex Aristarcho: ἀθετεῖται ὡς ἐκ τῆς Ἰλιάδος (B. 56). μετενηνεγμένος. γελοῖον δὲ εἰπεῖν καὶ (leg. δὲ καὶ εἰπεῖν) τὸν ἐν λόχῳ καθυπνωκέναι. Agnoscisne Aristarchi acumen? Ne umbra dubitationis supersit audi Aristonicum ad Iliad. B. 56.

κλῦτε, φίλοι· θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

ὁ ἀςερίσκος ὅτι ἐν τῇ Ξ τῆς Ὀδυσσείας κακῶς φέρεται. Iam, credo, quid rei sit facile intelligitur. Aristarchus et hunc versum et alterum Odyss. μ. 271. ὠβέλισεν. Non poterat ea fraus Aristarchum latere quam unus quisque nostrum τῶν φιλομήρων facili negotio deprehendere potuisset. Callistratus autem Aristarchi iudicium secutus coniecit cur versus alienus fuerit interpositus: nempe ex ignoratione consuetudinis Homericae ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι. Miror autem Bekkerum spreta Aristarchi sententia retinuisse versiculum quasi omnia sic optime haberent et nihil omnino esset difficultatis.

Tertium in simili re interpolationis exemplum reperitur in Iliad. Ψ. 620. ubi Achilles ad Nestorem in ludis funebribus Patrocli ita dicit:

δίδωμι δέ τοι τόδ' ἄεθλον
αὔτως· οὐ γὰρ πύξ γε μαχήσεαι οὐδὲ παλαίσεις,
οὐδέ τ' ἀκοντιςὺν ἐσδύσεαι, οὐδὲ πόδεσσι
θεύσεαι· ἤδη γὰρ χαλεπὸν κατὰ γῆρας ἐπείγει.
Ὣς ϝειπὼν ἐν χερσὶ τίθει· ὃ δὲ δέξατο χαίρων.
625. καί μιν φωνήσας ϝέπεα πτερόεντα προσηύδα·
[Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔϝειπες.]
οὐ ΓΑΡ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα, φίλος, πόδες οὐδ' ἔτι χεῖρες
ὤμων ἀμφοτέρωθεν ἐπαΐσσονται ἐλαφραί.

Audi nunc Aristarchi annotationem ad vs. 627. ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεται τὸ χἰτιατικὸν προτάξας. Sed Nestor, ut tu vides, οὐκ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἤρξατο, sed a verbis:

Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔϝειπες.

Quid autem potest esse in tali re evidentius quam Nestorem exorsum esse his verbis:

οὐ ΓΑΡ *ἔτ' ἔμπεδα γυῖα, φίλος.*

et praecedentem versiculum *ναὶ δὴ — ἔϝειπες* spurium esse et *παρεμβεβλημένον.* Hoc quoque manifestum est in antiquis Homeri libris, quibus Aristarchus uteretur, versiculum hunc scriptum non fuisse eamque fraudem in recentioribus demum Codicibus esse natam. Facile senties quanto melius nunc Nestoris quadret oratio: simul removetur duplex *πρόσρησις*, primum *τέκος*, deinde *φίλος*, praeter Homericam consuetudinem ac praeter rei naturam, qua quem semel salutare satis est et consuetum. Eodem incommodo premebatur locus ab Aristarcho emendatus:

κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι,
Ὦ ΦΙΛΟΙ, *οὐ γὰρ ϝίδμεν.*

vel solum illud *ὦ φίλοι* arguit ea quae praecedunt moleste abundare et supervacanea esse.

Versiculus, quem nescio quis male sedulus importuno loco inseruit, in utroque carmine *κυκλικός ἐϛιν.* Saepissime legitur:

Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, γέρον.

vel pro *γέρον τέκος, θεά, γύναι, φίλος,*

κατὰ μοῖραν ἔϝειπες.

vel alia forma *γ*. 331.

ὦ γέρον, ἤτοι ταῦτα κατὰ μοῖραν κατέλεξας.

vel *γ*. 327.

εὖ δὴ ταῦτά γ' ἔφησθα, γέρον φίλε.

vel *χ*. 486.

ναὶ δὴ ταῦτά γε, τέκνον ἐμόν, κατὰ μοῖραν ἔϝειπες.

vel Σ. 128.

ναὶ δὴ ΤΑΥΤΑ *γε, τέκνον, ἐτήτυμον.*

ubi tamen *ταῦτα* mendosum est. Habebant enim scribae ex tot Homeri locis *ἔναυλον τό·*

ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα.

sed nunc quidem:

ναὶ δὴ ΤΟΥΤΟ *γε, τέκνον, ἐτήτυμον.*

scriptum oportuit.

In loco Iliad. B. 284. Bekker et la Roche ediderunt:

Ἀτρεΐδη, νῦν ΔΗ *σε, ϝάναξ, ἐθέλουσιν Ἀχαιοὶ*
πᾶσιν ἐλέγχιϛον θέμεναι.

non dubio errore. Audi enim disertum Aristarchi testimonium:

ἡ διπλῆ ὅτι αὕτη ἡ γραφὴ ἡ διὰ τοῦ ΓΑΡ μετὰ τῆς προσηγορίας.
Ἀτρεΐδη, νῦν ΓΑΡ σε.
καὶ λόγον ἔχει. ἔθος δὲ αὐτῷ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι.
ὦ πόποι, ἦ ΓΑΡ ὀΐω κάρη κομόωντας Ἀχαιούς.

Fefellit eos fortasse Scholion in Cod. B. ὁ ΔΗ ἀντὶ τοῦ ΓΑΡ. ἔθος δὲ τῷ ποιητῇ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι ὡς τό·

πολλοὶ ΓΑΡ τεθνᾶσι.

καί·

νῦν μὲν ΓΑΡ πόνος ἐςίν.

sed clamat ipsa scholii sententia verbis transpositis scribi oportere: ὁ ΓΑΡ ἀντὶ τοῦ ΔΗ. Eadem opera notabis quam mendose scripti sint Codices Veneti, etiam optimus A. Nempe pro

ὦ πόποι, ἦ γὰρ ὀΐω vera lectio est:
ὦ ΓΥΝΑΙ, ΟΥ γάρ ὀΐω ex Odyss. σ. 259.

πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι legitur H. 328. Sed νῦν μὲν γὰρ πόνος ἐςίν in Homeri carminibus non reperies. Laudaverat homo, opinor, ex Odyssea Φ. 258.

νῦν μὲν γὰρ κατὰ δῆμον ἑορτὴ τοῖο θεοῖο,

sed ex evanida ac fugiente scriptura librarius quum nihil extunderet dedit quod in buccam venit.

Subiiciam his annotationes quasdam Veterum, quibus antiquae scripturae stabiliantur, et sic aperiam lectionis labem in compluribus locis male latentem.

Ad Iliad. B. 805. annotatur: τοῖσιν ἕκαςος ἀνὴρ σημαινέτω: τοῦτο πρῶτον εἶτα „πολλοὶ γάρ" τὴν αἰτίαν προθέντος τοῦ ποιητοῦ ὡς τό·

ἔνδον γάρ τις ἀποιχομένη.

(Odyss. κ. 226.)

Ad Iliad. H. 328. Aristonicus: πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσιν: ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ αἰτιώδους εἰσέβαλεν ἀρχαϊκῶς.

Et in Cod. B. εἴωθεν ἀεὶ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι τὴν αἰτίαν προτάσσων τοῦ πράγματος.

Ad Iliad. N. 736.

πάντῃ γάρ σε περὶ ςέφανος πολέμοιο δέδηεν,

adscribitur in B. εἴωθεν ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι (οὐκ del.) αἰτιολογικῶς.

Aristonicus ad Iliad. Ψ. 627. ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἤρκται τὸ αἰτιατικὸν προτάσσων.

Ad Odyss. α. 337. ἔθος Ὁμηρικὸν ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι.

Aristonicus ad δ. 722. περὶ γάρ μοι: ἡ διπλῆ ὅτι ἐν ἀρχῇ λόγου ὁ ΓΑΡ. ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι (H. 327).

πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσιν.

Iterum ad κ. 174. ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἤρξατο. et ad κ. 501. brevius: ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἤρξατο, et ad μ. 320. τὸ ΓΑΡ ἀντὶ τοῦ ἐπειδή.

In aliis est vetus quaedam scripturae discrepantia, ut in Illiad. Ψ. 156.

Ἀτρεΐδη, σοὶ ΓΑΡ τε μάλιστά γε λαὸς Ἀχαιῶν
πείσονται μύθοισιν.

ubi est Didymi annotatio: ἐν ἄλλῳ „σοὶ ΜΕΝ τε." Sed multo potior est altera lectio, quoniam sensus est: Ἀτρεΐδη, ἐπειδὴ σοὶ μάλιστα οἱ Ἀχαιοὶ πείσονται, νῦν ἀπὸ πυρκαϊῆς σκέδασον καὶ δεῖπνον ἄνωχθι ὅπλεσθαι.

Restat ut ex compluribus locis supra propositis pervetustum vitium eximatur. Praeivit Aristarchus, quem tuto sequemur. In Iliad. E. 182.

ϜΊρι θεά, τίς ΓΑΡ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν;

dubitare coepit Aristarchus quid tandem in tam brevi sententia, ubi nihil praecedit, nihil sequitur, sibi vellet ΓΑΡ interpositum. Itaque emendavit τίς ΤΑΡ σε θεῶν lenissima sane correctione. Audi Didymum: ἡ ἑτέρα τῶν Ἀριστάρχου διὰ τοῦ Τ „τίς ΤΑΡ σε." Μήποτε δὲ ἀμείνων ἡ προτέρα παρόσον σύνηθες Ὁμήρῳ ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι. Vide mihi intempestivam eruditionem! Non poterat enim Poëta ἀπὸ τοῦ ΓΑΡ ἄρχεσθαι, ubi sententia loci illam particulam non admitteret. Quid diceres si quis in Iliados principio ita scriberet:

τίς ΓΑΡ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι:

errare hominem, opinor, et nihil dicere. Sed perinde pravum est:

ϜΊρι θεά, τίς ΓΑΡ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκεν;.

Videndum igitur nunc est utrum in locis Homericis, quos supra proposuimus, ΓΑΡ an ΤΑΡ potior scriptura sit, idque ex singulorum locorum sententia ac natura erit diiudicandum. Nihil enim in talibus praesidii in libris est, et si Aristarchus ac Veteres omnes inter ΤΑΡ et ΓΑΡ ambigui haerebant, quid nos confidamus nostris libris omni genere vitiorum et veterum et novorum passim depravatis? Sine mendo legitur Σ. 188.

πῶς ΤΑΡ *ἴω μετὰ μῶλον;*

et Odyss. *γ*. 22.

Μέντορ, *πῶς* ΤΑΡ *ἴω; πῶς* ΤΑΡ *προσπτύξομαι αὐτόν;*

et *ο*. 509.

πῇ ΤΑΡ *ἐγώ, φίλε τέκνον, ἴω;*

et *π*. 222.

ποίῃ ΤΑΡ *νῦν δεῦρο, πάτερ φίλε, νηΐ σε ναῦται*
ἤγαγον εἰς 'Ιθάκην;

et *ν*. 417.

τίπτε ΤΑΡ *οὔ ϝοι ἔϝειπες;*

et multis aliis locis. Alibi libros videbis dissidentes et alios ΓΑΡ alios ΤΑΡ exhibentes.

Qui rem diligenter consideraverit non diu ambiguus haerebit utrum *γάρ* an *ταρ* sit verior scriptura in his locis: Iliad. Κ. 61.

πῶς ΓΑΡ *μοι μύθῳ ἐπιτέλλεαι ἠδὲ κελεύεις;*

et Κ. 424.

πῶς ΓΑΡ *νῦν* Τρώεσσι *μεμιγμένοι ἱπποδάμοισιν*
εὕδουσ' ἢ ἀπάνευθε;

et Odyss. *κ*. 501.

ὦ Κίρκη, *τίς* ΓΑΡ *ταύτην ὁδὸν ἡγεμονεύσει;*

et *ξ*. 115.

ὦ φίλε, τίς ΓΑΡ *σε πρίατο κτεάτεσσιν ἑϝοῖσιν;*

Perspicuum est enim in his omnibus ΤΑΡ pro ΓΑΡ reponi oportere.

In Odyss. *ψ*. 174. denique ubi editur:

*δαιμόνι', οὔτ' ἄρ τι μεγαλίζομαι οὔ*Τ' *ἀθερίζω.*

ubi Porphyrius ad Iliad. Κ. 68. legebat: *οὐ* ΓΑΡ *τι μεγαλίζομαι οὐ*Δ' *ἀθερίζω*, veram lectionem hanc esse colligemus:

δαιμόνι', οὔ ΤΑΡ *τι μεγαλίζομαι οὐ*Δ' *ἀθερίζω.*

De vocula enclitica *ταρ* et compositione *εἴ ταρ — ἠδέ* et *οὔ ταρ — οὐδέ* consule Lehrsium in *Quaestt. Epicis*. pag. 131.

Addam his Aristophanis Byzantini annotationem ad Euripidis *Phoenissas* 886.

ἐκεῖνο μὲν ΓΑΡ *πρῶτον ἦν τῶν* Οἰδίπου
μηδένα πολίτην μηδ' ἄνακτ' εἶναι χθονός.

adscripsit Aristophanes: *ἔθος ποιητικὸν τὸ ἀπὸ τοῦ* ΓΑΡ *ἄρχεσθαι·* Ὅμηρος·

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος.

καὶ

ὦ φίλοι, ἔνδον γάρ τις ἐποιχομένη μέγαν ἱϛόν.

καὶ Μένανδρος·

ἐν γειτόνων οἰκῶ γάρ, ὦ τοιχωρύχε.

Manifestum est ex his Aristophanem in Odyss. κ. 190 non habuisse in suis libris importunum versum

[κέκλυτέ μευ μύθων, κακά περ πάσχοντες ἑταῖροι.]
ὦ φίλοι, οὐ γὰρ ϝίδμεν ὅπῃ ζόφος οὐδ' ὅπῃ ἠώς.

XXII.

ΞΥΜΒΛΗϹЄΑΙ.

Quod dixi in vulgaribus Homeri Codicibus et Editionibus, ubi Alexandrinae lectionis non sunt diserta testimonia, formas mendosas et barbaras circumferri, dabo eius rei luculentum exemplum. Vulgata lectio Iliad. Υ. 335. nemini adhuc de mendo suspecta haec est:

ἀλλ' ἀναχωρῆσαι ὅτε κεΝ ξυμβλήσεαι αὐτῷ.

Quid est ξυμβλήσεαι? Forma nihili, forma barbara ex scribarum et Graeculorum inscitia nata. Poëta dixerat: ὅτε ΚЄ ξυμβλήεαι αὐτῷ, non ξυμβλήϹεαι. In lingua Epica βάλλω habet aoristum ἐβλήμην, unde ἔβλητο, βλῆτο, βλῆσθαι, βλήμενος passim apparent. Optativus βλήμην, βλῆο semel legebatur olim Iliad. Ν. 288.

εἴπερ γάρ τε ΒΛΗΙΟ πονεύμενος ἠὲ τυπείης,

ubi in libris omnibus est βλεῖο, quod quum in Mnemos. 1873. pag. 100. analogia duce in βλῆο convertissem, apud Bekkerum vidi eam correctionem olim a nescio quo esse repertam et a Bekkero merito in ordinem receptam. Ἐβλήμην est aoristus linguae Epicae pro Attica forma ἐβλήθην, βλῆσθαι est βληθῆναι, ut βλήμενος est pro βληθείς et βλῆο pro βληθείης. Ἐβλήμην formatum est ὁμηρικῶς ut ἐλύμην, λύμην, λύτο, λύντο pro ἐλύθην, ἐλύθη, ἐλύθησαν, et ἐχύμην et ἐδέγμην et ἐλέγμην et alia similia. Habet etiam formam activam ἔβλην pro ἐβλήμην significatione non diversam, unde βλείης est apud Epicharmum:

αἴ κα τὺ βλείῃς [1]) *σφενδόνᾳ*, teste Herodiano ad Iliad. N. 238 et in composito *ξυμβλήμεναι* et *ξυμβλήτην*. Iliad. Φ. 578.

πρίν γ' ἠὲ ξυμβλήμεναι ἠὲ δαμῆναι.

et Odyss. Φ. 15.

οἳ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιϊν.

Ex *ἐβλήμην* componitur *ξυνεβλήμην*, *ξυμβλήμην*, unde *ξυμβλήμενος* legitur Odyss. Λ. 127. et alibi, et *ξύμβλητο* Iliad. Ξ. 39. *ὁ δὲ ξύμβλητο γεραιός*, et *ξύμβληντο* ibid. vs. 27. *Νέϛορι δὲ ξύμβληντο.* Habent autem *ἐβλήμην* et *ξυμβλήμην* ut in optativo *βλήμην*, *βλῇο*, *βλῇτο*, sic in coniunctivo *βλέωμαι*, *βλήεαι* et *βλήεται* et *ξυμβλήεαι*. *Βλέωμαι* apud Homerum nusquam comparet sed eam formam sermonis Homerici analogia liquido demonstrat, ut *κτέωμεν*, *θέωμεν*, *φθέωμεν*, *ϛέωμεν*. Tertia *βλήεται* tulit aetatem in Odyss. P. 472. *ὁππότ' ἀνὴρ* — ΒΛΗΕΤΑΙ pro *βλῆται*, ubi non deest discrepans scriptura *βλήσεται*, sed sine idoneo teste. *Βλῆται* conspicitur in composito H. 204.

εἰ δ' ἄρα τις καὶ μοῦνος ἰὼν ξυμβλῆται ὁδίτης.

Estne ad hanc lucem satis certum Homero reddendum esse suum:

*ὅτε κε ξυμβλή*ΕΑΙ *αὐτῷ*,

pro *ξυμβλή*Σ*εαι*, neque enim *ξυμβλήσομαι* Graecum esse et ut illo loco *βλήσεται* sic hoc *ξυμβλήσεαι* ex Graeculorum socordia natum et mendosum esse et *barbarum*.

Cum forma *ἐβλήμην*, *βλῆσθαι*, *βλήμενος* aptissime comparari potest *ἐφθίμην*, *φθίσθαι*, *φθίμενος*. Optativus est *φθίμην*, *φθῖο*, *φθῖτο*. Odyss. κ. 51.

μερμήριξα Ἠὲ πεσὼν ἐκ νηὸς ἀποφθίμην —
ἢ ἀκέων τλαίην.

et λ. 330.

πρὶν γάρ κεν καὶ νὺξ φθῖτ' ἄμβροτος.

Coniunctivi forma *φθίωμαι*, *φθίηται*, *φθιώμεσθα* correpta vocali est Iliad. Υ. 172.

---

1) Eiusdem annotationis miserae reliquiae extant in Etymol. Magno pag. 199, 52. ubi formae *ἔβλην* ex incerto poëta exemplum affertur hoc:

πόθεν δὲ ὠλκὸς εὐπετὲς ἔβλης;

quod quis emendabit? *βλείῃς* non *βλείς* legendum esse censuit Ahrens *de Dial. Dorica* pag. 338. Sed *αἴ κα* coniunctivum postulat scribendumque *βλείῃς*, ut *ϛείῃς*, *θείῃς*.

ἤ τινα πέφνῃ Ἀνδρῶν ἢ αὐτὸς φθίεται.

et Ξ. 85.

ὤφελλες — μηδ' ἄμμι ϝανασσέμεν οἷσιν ἄρα Ζεὺς
ἐκ νεότητος ἔδωκε καὶ ἐς γῆρας τολυπεύειν
ἀργαλέους πολέμους ὄφρα φθιόμεσθα ϝέκαςος.

Quod Bekkerus dedit ὅτε κεΝ ξυμβλήσεαι pro ΚΕ pugnat et cum linguae Ionicae consuetudine et cum disertis Criticorum veterum testimoniis ac praeceptis. Scholia Veneta ad Β. 756. ἦρχε: χωρὶς τοῦ Ν τὸ ἦρχε διὰ τὸ ἐπιφέρεσθαι δύο σύμφωνα. et ad Β. 671. ἄγε: χωρὶς τοῦ Ν τὸ ἄγε καὶ ὍΛΩΣ ἐφ' ὧν τὰ ἐπιφερόμενα (add. δύο) σύμφωνά ἐςι τὸ ἐκ τῆς προτέρας λέξεως σύμφωνον περιαιρετέον. Sic Codex A. Item B. ὅτε δύο σύμφωνα ἢ συλλαβὴ ἐπάγεται περιγραπτέον (αὐτῇ del.) τῆς προτέρας τὸ σύμφωνον. Similiter sequente Ρ inutilis consonans Ν non scribenda Aristarcho auctore ad Iliad. Τ. 90. ἔξω τοῦ Ν αἱ Ἀριςάρχου „ἀλλὰ τί ΚΕ ῥέξαιμι." Conf. ad Ξ. 456. οὕτως κόμιζε ἄνευ τοῦ Ν. et Ω. 565. οὐ γάρ ΚΕ τλαίη Ἀρίςαρχος. Quia duae consonantes quaelibet et Ρ apud Iones praecedentem brevem producunt supervacua est Ν in his omnibus. Bekkerus sexcenties adversus haec peccavit ut in ὅτε ΚΕΝ ξυμβλήσεαι. Indicabo paucula de multis; Odyss. γ. 53. δῶκεν χρύσειον. ζ. 159. ἐέδνοισιν βρίσας. λ. 106. κεν πρῶτον. ο. 524. εἴ κέ σφιΝ πρὸ γάμοιο. σ. 255. κεν κλέος. Et ante Ρ. Odyss. δ. 659. τί κεν ῥέξειε. η. 63. ἔτεκεν Ῥηξήνορα, μ. 107. κεν ῥύσαιτο. Haec igitur et reliqua eiusdemmodi omnia ad Ionicae linguae consuetudinem sunt conformanda.

Ex hac Homericae linguae copia, ut in aliis multis, videbis paucas quasdam reliquias in sermone Attico remansisse. Ἐμπίμπλημι et ἐνεπλήμην Atticis cum Homero communia sunt. Aristophanes habet ἔμπλησο, ἐμπλήμην, ἐμπλῆτο, (ex palmaria Dawesii emendatione in *Lysistrata* vs. 235.

εἰ δὲ παραβαίην ὕδατος ἐμπλῆθ' ἡ κύλιξ.

pro ἐμπλησθῇ κύλιξ.) ἐμπλῆσθαι, ἐμπλήμενος. Ἐνεπλήμην apud multos legitur, unde Lysiae reddidimus: ἐπειδὴ τάχιςα ἐνέπληντο pro ἐνεπέπληντο in *Nov. Lectt.* pag. 226. ut apud Homerum Φ. 607.

πύλαι δ' ἔμπληντο ϝαλέντων.

Vitiosa scribarum consuetudo et apud Homerum et apud

Atticos *πίπλημι* et *ἐμπίπρημι* dare solet. Recte legitur *πιΜπλᾶσι* Φ. 23. sed Φ. 331. repone *ἐμπίΜπληθι* pro *ἐμπίπληθι*.

XXIII.

CΥΝΑΕΙΡΕΤΑΙ.

Edebatur vulgo Ο. 680.

ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδὼς,
ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναΓείρεται ἵππους
σεύας ἐκ πεδίοιο μέγα προτὶ ἄςυ δίηται
λαοφόρον καθ' ὁδόν.

Porphyrius in *Quaestt. Homericis* cap. VIII. ex Philemone longam *ῥῆσιν* descripsit de Codicum vitiis, cuius partem in gratiam iuniorum expromam, quia quantivis pretii est docti Critici testimonium et liber est in paucorum manibus. Postquam de vitiosa scriptura loci apud Herodotum dixerat, ita pergit: *πολλὰ δὲ Φέρεται μέχρι νῦν ἁμαρτήματα κατὰ τὴν Ἡροδότου συγγραφὴν καὶ ἔτι τὴν Θουκυδίδου καὶ Φιλίςου καὶ τῶν ἄλλων ἀξιολόγων συγγραφέων. Τί δέ; οὐχὶ καὶ τὰ ποιήματα σχεδὸν* ᾿ΑΝΑΠΛΕΑ *πάντα τυγχάνει ἁμαρτημάτων γραφικῶν καὶ τῶν ἄλλων* ΠΑΡΑΔΙΟΡΘΩΜΑΤΩΝ *πάνυ ἀγροίκων; καὶ ἵνα μὴ περαιτέρω τις προβαίνων ἐνοχλῇ διερευνώμενος τὰς ἐν τοῖς ἀντιγράφοις ἐμμεμενηκυίας ἡμαρτημένας γραφὰς ἔξεςί σοι σκοπεῖν καὶ τῶν Ὁμηρικῶν ταδί.*

ὅς τ' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους
λαοφόρον καθ' ὁδόν.

ἐνταῦθα γὰρ πρὸς οὐδὲν ἀναγκαῖον ἐγράφη διὰ τοῦ Γ. *νωθρὸν οὖν τὸ σημαινόμενον καὶ σφόδρα ὑπόκωφον προσπίπτειν ἔοικε τὸ δὲ χωρὶς τοῦ* Γ *γράφειν Ὁμηρικὸν παρὰ* (leg. *πάνυ*) *τῇ χρήσει καὶ τῷ λόγῳ πάντῃ συνᾴδει ἐπιεικῶς· τὸ γὰρ συναΕΙρεται μᾶλλον προσεχῶς σημαίνει τὸ συνάγειν καὶ συναρμόζειν. καὶ ἐν ἄλλοις* (Κ. 499).

σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι.

συνήγαγε τοὺς ἵππους (adde *καὶ συνήρμοσεν*).

Felix haec emendatio est et merito a Bekkero recepta. Manavit

hinc in Scholion Veneti B. *οἱ δὲ συναείρεται ἀντὶ τοῦ συζεύξει* (leg. *συζεύξῃ*) *ὡς τὸ·*

σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι.

Est in ea re proprium verbum *συναείρειν*. Legitur in B. Scholion: *ὁ εἷς ἐζευγμένος ἵππος κέλης ὠνόμασται, οἱ δὲ δύο ἅμιπποι ὃ καὶ ξυνωρίς, οἱ δὲ τέσσαρες τέτρωρον καὶ τέθριππον.* Nascitur enim ex *συναείρειν συνήορος*, ut *παρήορος* (*παραείρειν*) et *μετήορος* (*μεταείρειν*). *Συνήορος* habet Atticam formam *συνάορος* et sic *συναορίς* et *ξυνωρίς* natum est, ut *bigae*, *biiugae*, nam *συναείρειν* est *συζευγνύναι*; itaque *συνάορος* est *σύζυγος coniux*. Indidem igitur *τετράορος* et *τέτρωρος* prognata sunt. Ex *παρήορος* (*παράορος*) natum est Doricum *πάραρος mente captus*, ut apud Archilochum est:

πάτερ Λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
τίς σὰς παρήειρε φρένας,
ἃς τὸ πρὶν ἠρήρεισθα;

quae te dementia cepit? et ex *μετήορος* (*μετάορος*) Atticum *μετέωρος*.

Apparet autem ex iis quae apud Porphyrium sequuntur, cuius Critici haec sit loci Homerici emendatio et querela de Codicum vitiis. Est *ὁ διορθωτὴς ὁ Κοτυαεὺς Ἀλέξανδρος*, qui in veterum libris corrigendis aetatem contrivit, ut testatur discipulus Aristides Smyrnaeus in dilecti praeceptoris *ἐπιταφίῳ*. „*Quum esset in eo, inquit, magna vis dicendi et propriis libris inclarescere posset μᾶλλον εἵλετο τὴν τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι διακονίαν* Tom. I. pag. 137. Dind. Quot poëtas emendarit et explicuerit vide pag. 142. Quot Codices correxerit pag. 141. *κἂν τοῖς βιβλίοις ἃ διωρθοῦτο* (leg. *διώρθου*) *τοῦτο ἐγκαταλέλειπται σύμβολον. ἐπὶ γὰρ τῷ Ἀλεξάνδρῳ παράγραμμα ἦν ἡ πατρίς* (*ὁ Κοτυαεύς*). Est igitur diligenter notandum talem virum sic queri de libris veterum mendosis, quo nemo plures tractaverat correxeratque. Inconsiderate igitur Steinius in praefat. ad Herodotum pag. LXI. laudato Alexandri iudicio haec verba iecit: „*nec magni facienda sive querella sive testimonium de Codicum depravatione: sic enim* DECLAMITARE *solent Critici cum quid parturiunt.* Nam si *declamitare* est de rebus quas non satis noveris inania verba iactare, utrum ipse an Alexander magis declamitaverit facile dignoscitur. Alteram evidentem loci Homerici emenda-

tionem ab Alexandro repertam vide in Scholio Codicis A ad Iliad. Ξ. 241.

Nunc quoque carmina Homerica esse, ut Alexander queritur, *ἀνάπλεα γραφικῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν ἄλλων παραδιορθωμάτων πάνυ ἀγροίκων*, et haec menda esse admodum antiqua et ex vetustissimis libris propagata saepius posthac dabitur demonstrandi locus.

XXIV.

— ЄCΘAI et — ACΘAI.

In omnibus libris Mss., qui aetatem tulerunt, perpetuo inter se confusas videmus futuri et aoristi formas in — *Єσθαι* et — *Aσθαι*, plerumque sic ut *futura* praeter sententiam loci ac dicendi usum vel cum barbarismo in *aoristos* convertantur, nec nisi rarissime contra. Codices antiquissimi in ea re non videntur fuisse multo emendatiores quam nostri, unde saepius Critici veteres annotarunt *διὰ τοῦ* Є, ubi alii — *Aσθαι* exhibebant. In Homeri carminibus ea labes multos locos contaminavit neque ob perversas Editorum opiniones extirpari potuit. Ad Iliad. Γ. 112.

ἐλπόμενοι παύσAσθαι ὀϊζυροῦ πολέμοιο.

annotavit la Roche: „*ἔλπομαι non solum aoristo iungitur, si quid* IAM FACTUM ESSE *creditur, sed etiam si quid tam certe exspectatur ut* PAENE *factum esse existimare possis.*" Argutari hoc est (dicam enim quod sentio) et sanae rationi vim afferre, et illud PAENE, quod est in ea interpretatione prorsus necessarium, assumitur de nihilo. Unice verum est *παύσЄσθαι.* Quidquid speramus *incertum* habet exitum praesertim in belli fortuna, ubi plurima contra omnium exspectationem evenire videmus.

ξυνὸς Ἐνυάλιος καί τε κτενέοντα κατέκτα.

Nostri igitur ubique est arbitrii ex cuiusque loci natura constituere utrum — *Єσθαι* an — *Aσθαι* scribi oporteat, et librorum scripturas omnes in ea quidem re licet contemnere. In Iliad. Γ. 28. editur: *φάτο γὰρ τίσЄσθαι ἀλείτην*, sed vs. 366.

ἦ τ' ἐφάμην τίσAσθαι Ἀλέξανδρον κακότητος.

Quid inter utrumque locum interest? Nihil prorsus. Quid cogitaverat Menelaus? utrum *τίσ*OMAI *τὸν ἀλιτήριον* an *ἐτισά-*

μην? Non est ambigua optio: eadem igitur forma in recta et in indirecta oratione utendum; *τίσομαι* et *ἤ τ' ἐφάμην τίσΕσθαι.* At libri dissentiunt. Quid ad rem si inter omnes constat — *Εσθαι* et — *Ασθαι* perinde inter se permisceri atque Ε et ΑΙ, similiaque? Vide nunc Iliad. Χ. 120.

Τρωσὶν δ' αὖ μετόπισθε γερούσιον ὅρκον ἕλωμαι
μή τι κατακρύψΕΙΝ, ἀλλ' ἄνδιχα πάντα δάσΑσθαι.

tamen paullo ante editur vs. 118. *καί οἱ ὑπόσχωμαι — πάντα μάλα -δώσΕΙΝ — ἅμα δ' ἄλλ' ἀποδάσσΕσθαι*, quia duo sunt antiqua testimonia haec: *'Αρίσταρχος ἀποδάσσΕσθαι διὰ τοῦ* Ε. et *μέλλοντός ἐστι· διὸ διὰ τοῦ* Ε (stulte editur *διὰ τοῦ σ.*). Itaque corrigendum Ψ. 773.

ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλον ἐπαΐξΕσθαι ἄεθλον.

et *β*. 373.

ἀλλ' ὄμοσον μὴ μητρὶ φίλῃ τάδε μυθήσΕσθαι

et *ν*. 173.

ὃς ἔφασκε Ποσειδάων' ἀγάσΕσθαι.

emendate legitur *ω*. 470.

φῆ δ' ὅγε τίσΕσθαι παιδὸς φόνον.

sed mendose *υ*. 121.

φάτο γὰρ τίσΑσθαι ἀλείτας.

nec dubito quin Φ. 235 proba lectio sit:

νῦν δ' ἔτι καὶ μᾶλλον νοέω φρεσὶ τιμήσΕσθαι.

pro *τιμήσασθαι.* Frustra enim comparant Ω. 560.

νοέω δὲ καὶ αὐτὸς Ἕκτορά τοι λῦσαι.

nempe *λῦσαι* *statim*, *τιμήσεσθαι* contra *posthac* *τοῦ λοιποῦ*: *καὶ πρότερον*, inquit, *σε ἐτίμησα, νῦν δ' ἔτι μᾶλλον τοῦτο ποιήσειν διανοοῦμαι.* Neque dubium est quin *ι*. 496. scribendum sit:

καὶ δὴ φάμεν αὐτόθ' ὀλΕΙσθαι.

pro *ὀλέσθαι*, non *periisse* se putabant sed *perituros*.

Frequens est idem mendum et perinde manifestum ubi Ζ et Ξ confusa sunt, ut Iliad. Π. 830.

ἤπου ἔφησθα πόλιν κεραϊΖέμεν ἁμὴν
Τρωϊάδας δὲ γυναῖκας — ἄΞειν ἐν νήεσσιν.

pro *κεραϊΞέμεν.* Per ipsam rei naturam in talibus *futura* cum *futuris* componuntur, sed propter mendorum ingentem copiam docti homines ad haec veluti occalluerunt et nihil sentiunt. Vel apud unum Thucydidem magnus locorum numerus est sic

corruptorum, sed quia PAENE *facta esse* eruditis videntur ea, quae dicuntur instare, mendosas scripturas sedulo fovent ac tuentur.

Saepius igitur apud Homerum inter se mutant locum πολεμίζων — πολεμίξων, πελέμιζεν — πελέμιξεν, ἐξενάριζε — ἐξενάριξε, ἐδάϊζε — ἐδάϊξε, aliaque his similia complura, unde unum proferam Φ. 463.

ἐννοσίγαι', οὐκ ἄν με σαόφρονα μυθήσαιο
ἔμμεναι, εἰ δὴ σοίγε βροτῶν ἕνεκα πτολεμίΖω.

clamat sententia praesenti πτολεμίζω nullum esse locum, sed εἰ cum futuro in talibus componi oportere, ut Α. 293.

ἦ γάρ κεν δειλός τε καὶ οὐτιδανὸς καλεοίμην,
εἰ δὴ σοὶ πᾶν ἔργον ὑπείΞΟΜΑΙ.

et aliis locis passim. Itaque nunc quoque poëta dixerat:

εἰ δὴ σοίγε βροτῶν ἕνεκα πτολεμίΞω.

Similiter Υ. 85.

Τρώων βασιλεῦσιν ὑπίσχεο ϝοινοποτάζων
Πηλεΐδεω Ἀχιλῆος ἐναντίβιον πολεμίΖειν.

non hoc erat pollicitus *pugnare* se, sed *pugnaturum:* ergo πολεμίΞειν verum est.

XXV.

ΚΑΤΑΚΤΑΝΕΟΥϹΙΝ.

Barbarae formae in Homeri carminibus inoleverunt κτΑνέω et κατακτΑνέω his locis Ζ. 409.

τάχα γάρ σε κατακτΑνέουσιν Ἀχαιοί.

et Ξ. 481.

ἀλλά ποθ' ὧδε κατακτΑνέεσθε καὶ ὔμμες.

et celebrato versu Σ. 309.

ξυνὸς Ἐνυάλιος καί τε κτΑνέοντα κατέκτα.

Duplex est apud Homerum occidendi verbum κτείνω et κατακτείνω. Aoristi sunt ἔκτεινα κατέκτεινα, ἔκτανον κατέκτανον, ἔκταν κατέκταν, unde κατακτάμεν, κατακτάμεναι et coniunctivus κτέωμεν χ. 216. ὁππότε κεν τούτους κτέωμεν.

Passivae formae aoristi sunt ἔκτατο, ἀπέκτατο, κατέκτατο, κτάσθαι, κτάμενος, et in plurali κατέκταθεν, ut ἀπέφθιθεν.

Futurum est ex *κτείνω* et *κατακτείνω* *κτΕνῶ* *κτενέω*, et *κατακτΕνεῖ* *κατακτενέει*, quae formae passim in utroque carmine leguntur.

ἔλποντο — *κτενέειν*. N. 42.
ἐέλπετο — *κτενέειν*. O. 702.
ἔλπετο — *κτενέειν*. P. 496.
κτενεῖ ἔγχεϊ O. 65.
κτενεῖ Ἕκτορα O. 68.
οὐ μέν με κτενέεις. X. 13.
κτενέει τέ με. X. 124.
οὔτ' αὐτὸς κτενέει. Ω. 156. 185.
αὐτίκα δ' ὔμμε κατακτενεῖ. Ψ. 412.
αὐτός τε κτενέω. π. 404.

Unde igitur et quonam pacto *κτΑνέω* *κατακτΑνέω* et *κατακτΑνέεσθε* nasci potuerunt? Nempe eorumdem socordia, qui *ἄξΑσθε*, *ἄξΑντο*, *ἐβήσΑτο*, *ἐδύσΑτο*, et *δύσΑντο* scribentes *οὐδ' ἑλληνίζειν τὸν ποιητὴν εἴασαν*.

Plane gemellum mendum obsidet libros Herodoti in *διαφθερέω*. Optimi omnes servant IX. 42. *διαφθΑρέονται*, et deteriores V. 51. *διαφθΑρέει σε ὁ ξεῖνος*. Barbara haec quidem sunt, sed librarios et Graeculos in fraudem hanc induxerunt cognatae formae apud Homerum *κατέκτα*, *κατέκτανον*, *κατέκταθεν*, apud Herodotum *διέφθαρται* et *διεφθάρη*. *Διαφθείρω* apud Homerum habet futurum *διαφθέρσω* N. 625.

ὅς τέ ποτ' ὔμμι διαφθέρσει πόλιν αἰπήν.

unde Hesychius *Διαφθέρσει*: *διαφθερεῖ*.

XXVI.

Odyss. N. 213.

Pessime mulcatus est Odysseae versus N. 213. ubi Bekker. edidit:

ἦ τέ μ' ἔφαντο
ἄξειν εἰς Ἰθάκην εὐδείελον οὐδὲ τέλεσσαν.
Ζεὺς σφεῖας τίσαιθ' ἱκετήσιος.

ubi Harleianus duo Scholia servavit: *ἀπόλυτος ἡ σφεας*. id est „*σφεας* encliticum est" et *Ζηνόδοτος τίσασθαι*. Hinc Dindorfius

in Praefat. p. LXI. „*scripserat Zenodotus* Ζεὺς σφέας τισάσθω ἱκετήσιος." quod cur verum esse non possit primum dicam. Legitur in Scholio ad Iliad. Γ. 280.

ὑμεῖς μάρτυροι ἔστε.

ἔστε, inquit, imperativus est: πολλὰ ἔστι προστακτικὰ ὡς πρὸς τοὺς θεούς.

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι —
ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

addere poterat quod continuo sequitur:

ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον. (P. 645.)

Sed ex hac observatione non multum discimus. Utilius erat admonere in oratione ad Deos imperativum poni, sed in oratione de Diis numquam imperativum, sed *semper optativum* usurpari ἐν μὲν τῷ πρὸς θεοὺς λόγῳ τὰ προστακτικὰ τίθεται, ἐν δὲ τῷ περὶ θεῶν τὰ εὐκτικά. Ergo in secunda persona semper imperativum, in tertia ubique optativum videbis, ut in notis precibus:

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλὰ καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις
ἄμμι δίδου, τὰ δὲ λυγρὰ καὶ εὐχομένοις ἀπέρυκε.

sic apud Homerum est: ϝᾶξον δὴ ἔγχος Διομήδεος, et apud Aristophanem: ὦ Ζεῦ, μέγα βρόντησον, et apud Pherecratem: ὦ Ζεῦ, — ὁπόταν σχολάζῃς νῖψον, id est *mitte nivem*, et in puerorum precibus Athenis: ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, et ἔξεχ', ὦ φίλ' ἥλιε, et passim his similia leguntur. Quaere exemplum imperativi in tertia persona, nullum reperies. Ipsa natura ducit ad optativum et exemplorum plena sunt omnia. Itaque vitiosum est Ζεὺς τισάσθω, et τίσαιτο necessarium ac verum est. Quid est igitur legendum? Facile reperies ubi intellexeris male abesse particulam in huiusmodi imprecatione poni solitam, ut apud Plautum ac Terentium toties:

AT *te Dii Deaeque perduint.*
AT *te Iupiter Dique omnes perdant.*
AT *tibi Di dignum factis exitium duint* [1]).

---

1) Terent. *Andr.* IV. 1. 43. ad quem locum Donatus: „AT *principium ad increpationem aptum*, ut Virgilius (Aen. II. 535).

AT tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis
Di, si qua est coelo pietas, quae talia curet,
persolvant grates dignas et praemia reddant
debita.

quod Graece dixeris:

ἀλλά σε
ἀνθ' ὧν ἔδρασας ἐξολέσειαν οἱ θεοί.

ut in *Pluto* vs. 592.

ἀλλὰ σέγ' ὁ Ζεὺς ἐξολέσειεν κοτίνου ϛεφάνῳ ϛεφανώσας.

Sic igitur Homerus quoque dixerat:

Ζεὺς ΔΕ σφεας τίσαιθ' ἱκετήσιος.

planissime ut Xenophon in *Anabasi* III. 2. 60. 'ΑΛΛΑ τούτους μὲν οἱ θεοὶ ἀποτίσαιντο. et Homerus ipse Odyss. Δ. 667.

ἀ λ λ ά τοι αὐτῷ Ζεὺς ὀλέσειε βίην.

Σφεας eodem modo in unam syllabam contrahitur et aliis locis et Λ. 128.

ἐκ γάρ σφεας χειρῶν φύγον ἡνία σιγαλόεντα.

XXVII.

VOCATIVUS PRO NOMINATIVO.

Compluribus apud Homerum locis ubi poëta nominativum dederat cantores et lectores ἐκ τῆς συνηθείας vocativum substituerunt et sic numeros poëtae misere corruperunt. In Iliad. Σ. 385 et 424. in libris omnibus fertur haec scriptura:

τίπτε ΘέτΙ τανύπεπλΕ ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ;

Bekkerus ΘέτΙC τανύπεπλΕ reponens partem tantum veri vidit, nam verum est:

τίπτε ΘέτΙC τανύπεπλΟC ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ;

nihil erat coniectura opus, quia utroque loco diserte commemoratur Zenodoti lectio haec ipsa Θέτις τανύπεπλος. Sequiores qui non cogitaverant perinde dici Θεμιϛοκλῆς ἥκω in prima persona atque Θέτις ἱκάνεις in secunda, locum Homeri ad suam loquendi consuetudinem conformarunt. Pessumdant numeros sed in ignoratione τοῦ δίγαμμα tot rimis antiqua carmina hiabant, ut ea res neminem adverteret. Postquam felix Bentleii acumen τὸ δίγαμμα tamquam ex Orco reduxit et metri Homerici praestantia et suavitas hinc melius intellecta est et cognita, huiusmodi molestae et odiosae χασμωδίαι vel ipsae antiquae lectionis labem arguunt et ubi semel laesa auris suspicionem movit sta-

tim suspicionem reperta vera lectio sequitur. Audias modo. ε. 87.

τίπτε μοι Ἑρμεί*A* χρυσόρραπ*I* εἰλήλουθας;

imo vero Ἑρμεί*AC* χρυσόρραπ*IC*, ut Θέτις τανύπεπλος. Υ. 20.

ἔγνως ἐννοσίγαι*Є* ’*Є*μὴν ἐν ϛήθεσι βουλήν.

visne Homero dignos numeros audire? rescribe: ἔγνως ἐννοσίγαι*OC* ἐμήν.

Editur Ο. 49.

εἰ μὲν δὴ σύ γ' ἔπειτα βοῶπ*I* πότνια Ἥρη.

sed annotatur: Ἀριϛοφάνης μετὰ τοῦ C βοῶπ*IC* καὶ ἔϛιν εὐφραδέϛερον. Laeti et grati accipimus, et eadem opera emendabimus Ω. 88.

ὄρσο Θέτ*I*, καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς.

imo vero ὄρσο Θέτ*IC*, ut solet poëta in talibus nominativos ponere, vide Aristarchum ad Γ. 277. afferentem ρ. 415. δὸς φίλος, et Φ. 106. ἀλλά, φίλος, θάνε καὶ σύ. Idem mendum ex Φ. 474.

νηπύτι*Є* τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμώλιον αὕτως;

Barnesius sustulit νηπύτι*OC* reponens. Arguit vitium et laesa auris et similium locorum comparatio. Pergamus igitur eundem errorem evellere Σ. 357.

ἔπρηξας καὶ ἔπειτα βοῶπ*I* πότνια Ἥρη.

imo vero βοῶπ*IC* ne turpiter claudicent numeri, et Θ. 420.

ὄφρ' εἰδῇς γλαυκῶπ*I* ὅταν σῷ πατρὶ μάχηαι.

periit δίγαμμα et permolestum est τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ. Utrumque malum tollemus rescribendo:

ὄφρα Ϝιδέῃς γλαυκῶπ*IC* ὅταν σῷ πατρὶ μάχηαι.

Denique in Odyss. ω. 328. eadem metri labes alio remedio sananda. Editur:

εἰ μὲν δὴ Ὀδυσεύς γ*Є* ’*Є*μὸς παῖς ἐνθάδ' ἱκάνεις.

sed a vetere cantore profectum arbitror:

εἰ μὲν δὴ Ὀδυσεύς *CΥ Γ'* ἐμὸς παῖς ἐνθάδ' ἱκάνεις.

ut Iliad. Ο 49.

εἰ μὲν δὴ *CΥ Γ'* ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη.

et sic saepius aliis locis.

Est operae pretium cum illis Homeri locis comparare Platonicos hosce: *Protag.* 310. B. Ἱπποκράτης οὗτος μή τι νεώτερον ἀγγέλλεις; *Sympos.* 172. A. ὁ Φαληρεὺς οὗτος Ἀπολλόδωρος οὐ περιμενεῖς; et 213. B. Σωκράτης οὗτος — ἐλλοχῶν — ἐνταῦθα

κατέκειτο; *Hipp. mai.* 281. A. Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφὸς ὡς διὰ χρόνου ἡμῖν κατῆρας εἰς τὰς Ἀθήνας.

XXVIII.

Τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα.

Sexcenties video Homeri Editores in eo peccare ut τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα modo vitiose omittant modo perperam adiiciant. Contra in ea re veteres Critici omnes et Aristarchus ante omnes sunt diligentissimi. Facile colligas ex eorum observationibus eandem fere vetustissimorum Codicum rationem olim fuisse atque nunc est ratio librorum, qui ad nos pervenerunt. Ut casus et fortuna ferebant aut additur ἰῶτα aut non additur. Scribarum et correctorum et grammaticorum opiniones dissidebant: alii ubique apponunt (etiam perperam et mendose), atque hi sunt fere omnes antiquiores; alii ut plurimum minus veteres perpetuo et de industria omittunt: sunt etiam qui temere et inconsulto aut adiiciunt aut non adiiciunt.

Sequitur ex eius rei animadversione nostri esse ubique iudicii reiectis falsis librorum testimoniis constituere sitne addendum ἰῶτα an non sit, idque ex interiore Graecitatis intelligentia, ex etymologia et analogia, ex ipsa natura et usu vocabuli et ex poëtarum auctoritate metri indicio cognosci ac definiri oportere.

Praeterea ex eadem observatione sequitur ingentem vim discrepantium scripturarum citra damnum et magno literarum emolumento abiici et posse et debere. Satis est in unoquoque libro scribae opinionem et consuetudinem, quam quisque sequitur, diligenter notare et sic omnem scribendi varietatem hinc natam valere iubere.

Utar uno exemplo: Herodoti textus, quem vocant, ex duobus tantum libris me iudice constituendus est. Omnia emendandi subsidia insunt in vetere Mediceo (A) et minus antiquo Romano (R). Mediceus τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα semper et ubique appingit, etiam ubi nullus huic literulae locus est. Romanus contra eadem constantia semper et ubique omittit et ipse nonnumquam peccans necessarium ἰῶτα negligendo.

Ubi hoc semel constitit, quid tandem causae esse dicamus cur lectiones innumerabiles inde ortae singulae enumerentur? Quid prodest scire in A. ubique esse scriptum ᾠιόν, ζῷιον, πατρῷιον, ἡρῷιον, θρήικη, θρῆικες, κλήιω, χρήιζω, in R. contra ᾠόν, ζῷον, πατρῷον, ἡρῷον, θρήκη, θρῆκες, κλήω, χρήζω et similia omnia. Neuter autem servat Herodoti manum, quae haec est: ᾠϊον, ζώϊον, πατρώϊον, ἡρώϊον, θρηΐκη, θρήϊκες, κληΐω, χρηΐζω. Praeterea scriba Codicis A. adverbiis in -τέρω et -τάτω exeuntibus omnibus ubique stolide ἰῶτα addit προσωτέρωι scribens et ἀνωτέρωι, ἐκαςάτωι, ἀγχοτάτωι cett. Eodem modo peccat ubique is qui Platonis Codicem Parisinum A. scripsit. Error tamen est manifestus: ex praepositionibus producuntur adverbia loci ἄνω, κάτω, εἴσω, ἔξω et πρόσω. Eadem est forma in ἀνωτέρω, ἀνωτάτω, προσωτέρω et apud Homerum προτέρω, caeterisque ad unum omnibus. Nonne satis est id semel liquido constare?

Audi etiam Schol. ad Iliad. Γ. 400. προτέρω: δίχα τοῦ Ι· ἀπὸ τοῦ προσωτέρω γάρ ἐςιν. et Ι. 192. προτέρω: καὶ ἐπὶ χρόνου

καί νύ κε δὴ προτέρω (ἔτ' ἔρις γένετ' ἀμφοτέροισιν).

δίχα τοῦ Ι δὲ τὸ προτέρω. ἀπὸ γὰρ τοῦ προσωτέρω συγκέκοπται. Tamen librarii novo Platonis Editori imposuerunt, qui in *Phaedone* pag. 107. B. dedit: οὐδὲν ζητήσετε περαιτέρῳ pro vulgata περαιτέρΩ.

Ostendam nunc paucis exemplis quam late is error pateat et simul scribarum et Editorum vitia apud Homerum et apud optimum quemque reliquorum breviter notabo.

ΠΡΩΙΡΑ.

In Odyss. ν. 84.

ὡς ἄρα τῆς πρύμνη μὲν ἀείρετο.

Bekkerus annotat: „πρύμνη: πρώρη *Rochefort.*" Noli credere. πρώρη ne Graecum quidem est, sed πρῶιρα ultima brevi. Sophocles *Philoct.* 482.

εἰς ἀντλίαν, ἐς πρῷραν, ἐς πρύμνην, ὅπου
ἥκιςα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.

Constat igitur sibi nota haec Graecitatis analogia ut nomina in -ρα ultima brevi habeant in penultima diphthongum μοῖρα, πεῖρα, σφαῖρα, ἄρουρα, μάκαιρα, σώτειρα cett. contra πήρα, θήρα, χώρα, ὥρα et sim. omnia α producant. Αὔρα digamma in se habet. Postulat igitur analogia aut πρώρα ut ὥρα, ὀπώρα, aut πρῶιρα ut μοῖρα, πεῖρα, σφαῖρα. Est autem πρώρα aut πρώρη sicubi legitur vitio natum: omnes constanter πρῷρα dicebant. Luculentum testimonium dicit doctus grammaticus apud Etymol. M. pag. 692. 25. ΠΡΩΙΡΑ: σὺν τῷ Ι. — ἔχει τὸ Ι προσγεγραμμένον — ἐπειδὴ εὕρηται κατὰ διάστασιν ὡς παρὰ τῷ ποιητῇ κυανοπρωΐρους καὶ παρὰ Σιμωνίδῃ κυανοπρώϊραν. — ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς διὰ τῆς ЄΙ διφθόγγου γράφει (πρώειρα). Hinc olim Homero reddidimus Odyss. γ. 299. κυανοπρωείρους pro forma mendosa κυανοπρωρείους et passim κυανοπρώιροιο σὺν τῷ Ι rescribendum. Repone igitur πρῴρης μ. 230. et Πρῳρεύς θ. 113. similiterque in caeteris derivatis et compositis βούπρῳρος, ἀνδρόπρῳρος, καλλίπρῳρος, ἀντίπρῳρος cet. Eadem forma caeteris quoque scriptoribus reddenda. Apud solum Thucydidem πρῶιρα in libro vetere VII. 36. servatum videbis. In caeteris ut apud Homerum constanter peccatum est.

ΤΡΩΙΑΙ — ΔΜΩΙΑΙ.

Ubicumque Codices et Editores Τρωαί et δμωαί exhibent certa analogia violatur. Ex Τρώς nascitur Τρώϊος, quod in Τρῳός contrahitur, ex δμώς δμώϊος δμωΐη et δμῳή, ex ζώς ζώϊος ζῳός, in quibus omnibus perpetuo peccatur. Vulgo enim legitur in libris nostris Τρωαί et Τρωάδες, δμωαί et ζωοῦ, ζωόν et sim., quae omnia perinde vitiosa sunt. Veteres Grammatici sunt in his omnibus diligentissimi. Ad Iliad. Ε. 461. annotatur; ἐν τῇ Σινωπικῇ καὶ Κυπρίᾳ καὶ Ἀντιμάχου ΤΡΩΙΑC σὺν τῷ Ι. ὡς „ἵππους δὲ Τρῳούς." ἡ μέντοι κοινὴ ΤΡΩΑC ὡς Κᾶρας. Sedulo investigant libros veteres et editiones ut sciant sitne addendum ι an non sit, quamquam poterat haec controversia minus laboriose componi. De forma δμῳαί sunt testimonia Aristarchi τ. 121. δμωιῶν σὺν τῷ Ι καὶ περισπωμένως. θηλυκὸν γάρ ἐστιν. η. 225. διχῶς δμῶας καὶ δμῳάς (sic scrib.) Τ. 333. οὕτως Ἀρίσταρχος δμῶας ἔξω τοῦ Ι. et de utraque forma

Choeroboscus (ex Herodiano) in Bekk. *Anecd.* pag. 1257. apud Gaisf. pag. 452. ἡ γραφὴ οὐκ ἔστιν ἡ αὐτή. τὸ μὲν γὰρ ΤΡΩΙΑΙ καὶ ΔΜΩΙΑΙ ἔχουσι τὸ Ι προσγεγραμμένον. Nulla esse potest in his dubitatio: itaque δμῳαί, Τρῳαί et Τρῳάδες unice verum est. Eadem ratio est in ζάς, unde producitur ζώϊος, ζῳός, et quod apud Homerum passim scribitur ζωοῦ, ζωῇσι, ζωοῖσι, ζωόν, ζωούς eodem mendo laborant quo Τρωαί et δμωαί. Eodem indicio apparet vera forma nominis ΖΩΙΟΝ. Editur vulgo ζῶον, quod nihil est. Iones dicebant ζώϊον, Athenienses ζῷον. Etymol. M. 413. 14. ζῶιον: σὺν τῷ Ι. — ἐπειδὴ κατὰ διάστασιν παρὰ Σιμωνίδῃ·

οἷον τόδ' ἡμῖν θηρίον παρέπτατο
ζώϊον κάκιστον.

supplendum ex Schol. ad Z. 407. μετὰ τοῦ Ι τὰ ζωιάγρια Ἀρίσταρχος. et ζωιάγρια: μετὰ τοῦ Ι. ἐπεὶ καὶ Σιμωνίδης φησί·

τὸ ζωΐων κάκιστον ἔκτηται βίον.

Homerus igitur ζώϊον in ζῳόν contrahit, Herodoti et Ionum ζώϊον est et Atheniensium ζῷον. In Codd. antiquioribus ubique ζῶιον recte scribitur. In Codice A Platonis *semper* ita scriptum esse vidi. Passim apparet in *Critia*, quem ex Parisino descripsi. Eadem constantia est in reliquis libris antiquioribus, sed nescio quomodo omnes eas scripturas in conferendo neglexerunt.

Quo magis sit vituperabilis error sciendum est nullum esse omnino Graecum nomen quod in -ΩΟC vel -ΩΟΝ exeat: habent enim haec omnia τὸ προσγεγραμμένον Ι et scribendum ubique est -ΩΙΟC et -ΩΙΟΝ, ut in ζῶιον, πτῶιον, πτοστῶιον, περιστῶιον, ὑπερῶιον. Adiectiva huius formae exeunt in -ῳος, πατρῷος, Νειλῷος, Γελῷος (ex Γελόα Γελοαῖος) et sim. omnia. Apud Hesychium est Ἀλῶα: ἑορτὴ Ἀθήνησιν, sed ἀλῶα nihil est: ex ἅλως ἀλῷα formatur. Saepe miror Hesychii Editorem Mauricium Schmidt in caeteris acute cernere solitum in his tam saepe ὑπονυστάζειν. Edidit:

Ἀθώητος: ἀζημίωτος.
Ἀθώως: ἀζημίως.
Ἀθῶος: ὁ ἐπὶ τοῦ Ἄθω — ἱδρυμένος.

quasi ulla esset dubitatio quin ex Ἄθως Ἀθῷος producatur et θωή, ἀθῷος Graecum sit, non θωή et ἀθῶος. Pro ἀλῶα peius etiam ἀλῶα scribitur apud Pausaniam ab Editore laudatum.

Vera lectio est apud Demosthenem pag. 1385. 2. *ὅτι — ἀλῴοις — ἱερεῖον ἔθυσεν*, ubi S. *αλωιοισ* servat, caeteri *ἀλῶι οἶσ*. Non intelligebant quid esset ΑΛΩΙΟΙC. Sedulo admonent Grammatici apud Homerum ΑΛΩΙΑC *σὺν τῷ* Ι scribendum Ε. 499. Etymol. M. 74. 22. sed Editores non audiunt.

ΘΩΙΗ non *θωή*, et *ἀθῷος* non *ἀθῶος* esse Graecum audi ex Etymologo M. v. *Ἀθῷος*: — *ἔχει δὲ τὸ* Ι *ἐκ παραδόσεως, ἐπειδὴ εἴρηται θωΐη ὡς παρ' Ἀρχιλόχῳ·*

ὡς δ' ἄν σε θωΐη λάβοι.

Itaque Homero reddamus N. 669.

τῷ ῥ' ἅμα τ' ἀργαλέην θῳὴν ἀλέεινεν Ἀχαιῶν.

et β. 191.

σοὶ δὲ, γέρον, θῳὴν ἐπιθήσομεν.

Fallitur Stephanus v. *Ἄθως* scribens: *τὸ τοπικὸν* ΑΘΩΟC *χωρὶς τοῦ* Ι — *τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον προπερισπᾶται καὶ διὰ τοῦ* Ι (*γράφεται*) *ἐκ τῆς θῳῆς*. Nullum est enim nomen in — ΩΟC exiens, ut modo diximus, et apud Homerum igitur Τ. 11. *πρόςῳοι* emendandum et Ω. 238. *προςῴου* et sim. alibi. Recte editur *κολῳόν* Α. 575. et *ἐκολῴα* Β. 212. sed mendose apud Hesychium: *θωή: ζημία — ὅθεν ὁ ἀζήμιος ἀθῶος.*

ΔΩCΙ — ΔΩΙCΙ.

Iliad. Α. 129.

αἴ κέ ποθι Ζεὺς

ΔΩΙCΙ *πόλιν Τρῳὴν εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι.*

Schol. in A. *Ζώϊλος ὁ Ἀμφιπολίτης καὶ Χρύσιππος ὁ Στωϊκὸς σολοικίζειν οἴονται τὸν ποιητὴν ἀντὶ ἑνικοῦ πληθυντικῷ χρησάμενον ῥήματι. τὸ γὰρ* ΔΩCΙ *φασὶ πληθυντικόν*. Perabsurdam hanc opinionem facili negotio Aristarchus refutat docens *ὅτι τὸ* Ι *ἔχει προσκείμενον* et comparans ΦΗΙCΙΝ *ἐλεύσεσθαι* Odyss. α. 168. et

*εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀπο*ΔΩΙCΙΝ *ἔεδνα.*

Odyss. θ. 318. Manifestum autem est in Zoili et Chrysippi libris *τὸ προσγεγραμμένον ἰῶτα* fuisse omissum. Quam proclivi errore tales scripturae vitientur argumento sunt illi ipsi loci quibus Aristarchus usus est. In Odyss. α. 168 *omnes* libri exhibent *φησὶν* aut *φήσει*, vera lectio in Aristarchi annotatione tantum servata est. Similiter Odyss. θ 318. nullus est liber

qui *ἀποδῷσιν* servaverit, sed aut *ἀποδώσει* aut *ἀποδώσοι* exhibent. Immanis soloecismus *εἴσόκε — ἀποδώσει* neminem offendit.

Omnino coniunctivi formae in — ΩΜΙ — ΗΙϹΘΑ et — ΗΙϹΙ exeuntes in magno ubique periculo versantur. *Ἐθέλωμι* Λ. 549. Θ. 23. Ι. 397. Φ. 348. *Εἴπωμι* χ. 392. *Ἵκωμι* Ι. 414. *Κτείνωμι* τ. 490. *Τύχωμι* Ε. 279. Η. 243. χ. 7. a Criticis contra libros restituta sunt.

Ἀλάλκῃσιν κακὸν ἦμαρ κ. 288. et π. 282.

ὁππότε κεν πολύβουλος ἐνὶ φρεσὶ θῆσιν Ἀθήνη.

item Criticis debentur, nam scribae dederunt *ἀλαλκήσει* et *θήσει* vel *θείῃ*.

Quoniam *τὸ ἰῶτα* etiam in libris vetustissimis ut in nostris temere nonnumquam addebatur, saepissime omittebatur, summa cura Critici veteres docent quid sit scribendum. In Iliad. Π. 202. pro ΜΗΤΙΑΑϹΘΕ optime Aristarchus addito *ἰῶτα* emendavit *μ' ἠτιάασθε*. Ad Il. Β. 323. annotatur: *τὸ δὲ* ΑΝΕΩΙ *ὧδε μὲν διὰ τοῦ* Ι, *ἐπὶ δὲ τοῦ*

ἡ δ' ἄνεΩ δὴν ἧστο (ψ. 93).

χωρὶς τοῦ Ι. Ad Iliad. Α. 120. *σὺν τῷ* Ι *τὸ ἄλλ*ΗΙ. Il. Χ. 473. *μετὰ τοῦ* Ι *γράφεται γαλό*ΩΙ. Α. 607. *ἧχι*: *Ἀρίσταρχος τὸ ἦχι χωρὶς τοῦ* Ι *γράφει*. Ambigebant Ρ. 174.

ὅς τε ΜΕΦΗϹ *Αἴαντα πελώριον οὐχ ὑπομεῖναι.*

utrum *μ' ἔφης* an *μέ φῃς* esset scribendum. Qui *praesens* esse statuebant addebant *ἰῶτα*. Schol. *Ἀλεξίων μονοσυλλάβως ἐπὶ ἐνεστῶτος χρόνου. διὸ καὶ σὺν τῷ* Ι *γράφεται*. Eiusdemmodi annotatio legitur ad Ε. 746. *ὁ Σιδώνιος ἄνευ τοῦ* Ι *τὸ δάμν*ΗϹΙ, *ὁ δὲ Ἀρίσταρχος σὺν τῷ* Ι. Usitatum est etiamnunc *φῄς* scribere, sed nemo dixerit quo tandem pacto ex *φημί* et *δάμνημι* nasci potuerit *φῄς* et *δάμνῃσι*. Dubitabant etiam utrum ΗϹΑΝ an ΗΙϹΑΝ esset verius Λ. 33.

ἣν περὶ μὲν κύκλοι δέκα χάλκεοι ΗϹΑΝ.

Schol. *ἐὰν σὺν τῷ* Ι *γράφηται* ΗΙϹΑΝ *περιεπορεύοντο*, sed *ἦσαν* non est forma Homerica. In tanta scribendi negligentia etiam ΧΡΗ et ΧΡΗΙ confundebantur Α. 216. ubi ex Comico affertur:

ἰδοὺ κάτοπτρον. εἰπέ μοι τί χρῇ τούτῳ.

pro *τούτῳ τί χρῇ*. Eadem negligentia edebatur apud Platonem in *Hipp. minore* pag. 369. Α. *νυνὶ γὰρ ἴσως οὐ χρὴ τῷ μνημονικῷ τεχνήματι*. Liber antiquus dabat ΧΡΗΙ pro *χρῇ*.

Λ. 72. erat *ὑσμίνῃ*, recte Aristarchus *ὑσμίνη* correxit. vide et Λ. 76. M. 46. N. 29. O. 741. ubi est eadem inter nominativum et dativum controversia. cf. et Z. 10.

Homerus quamquam ex Ionicae dialecti ingenio vocales HI et ΩI dissolvere solet ubi *ἀττικιςί* contrahuntur, ut in *ἠΐθεος*, *ληΐσσατο*, *ληϊςῆρες*, *ἠΐα* (*ἤιων*), *δήϊος*, *δηϊόων*, *θρήϊκες*, *νῶϊ*, *σφῶϊ*, *Τρώϊος*, *Τρωϊάδες*, *ὑπερώϊα* et *ὑπερωϊόθεν*, et sim. tamen eas ubicumque opus est Attico more *συναιρεῖ*. Pro re nata *νῶϊ* et *νῷ* ponit, *σφῶϊ* et *σφῴ*, *θρήϊκες* et *θρῆκες*, *ἠΐα* et *ᾔων*. Odyss. ε. 368.

ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ᾔων θημῶνα τινάξῃ.

Δήϊοι et *δηΐου* ante vocalem trisyllaba sunt: *δήϊοι ἐγγύθι νηῶν* et *δηΐου ἐκ πολέμου*, sed contrahuntur *δῄοιο*, *δῄοισι*, *δῄους*, *δῄων*, et *δῃώσας*, *δῃώσειν*, ut in *γνῶ ῥ' ἄνδρας δῄους*, *πυρὸς δῄοιο θέρωνται*, *δῄοισι μάχεσθαι*, *ἀνδράσιν ἐν δῄοισι*, *δῄων κυσὶ κύρμα γενέσθαι*. Est etiam participium *δῃῶν* P. 65. ubi annotant veteres: *σὺν τῷ* I *γράφεται* ΔΗΙΩΝ.

Τρώϊοι et *Τρῳοί*, *Τρωϊάδες* et *Τρῳάδες*, *ὑπερώϊα* et *ὑπερῷα* et *ὑπερῴην*. et sim. plura.

Superest in ea re mendum in Od. ρ. 530

ἠὲ θύρῃισι — ἢ αὐτοῦ κατὰ δῶμα.

ut Athenienses dicebant *θύρασι*, *θύραθεν* et *θύραζε*, sic Homero *θύρησι*, *θύρηθε* et *θύραζε* consuetum est dicere. Itaque exemto I scribendum *θύρησι*.

Ut nihil quod ad hanc observationem pertineat omittam in fine ponam vocabulum, quo Homerus nusquam usus est ΩΙΟΝ. Iones constanter *ὤϊον*, *ὤϊα* dicebant, Dorienses *ὤεον*, Athenienses *ᾠόν*. Antiquissima forma fuit *ὤϝιον*, unde Laconicum *ὤβεα* et *ὠβεοκόπτας* apud Hesychium, et Latinum *ovum*. Habemus duo Grammaticorum veterum testimonia, quae est operae pretium audire: Etymol. M. pag. 822, 39 (ex Herodiano): 'ΩΙΟΝ: — *τὸ* I *ἔχει*. — *εὕρηται τὸ* I *κατὰ διάςασιν παρὰ τῇ Σαπφοῖ·*

φασὶ δή ποτε Λήδαν ὑακίνθινον πεπυκαδμένον εὑρεῖν ὤϊον.

Athenaeus pag. 57. D. *Σαπφὼ δὲ αὐτὸ* (ΩΙΟΝ) *τρισυλλάβως καλεῖ·*

φασὶ δή ποτε Λήδαν ὤϊον εὑρεῖν.

— *ὤεα δ' ἔφη* '*Επίχαρμος·*

ὤεα χανὸς κἀλεκτορίδων πετεηνῶν.

Σιμωνίδης ἐν δευτέρῳ ἰάμβων·

οἷόν τε χηνὸς ὤεον Μαιανδρίου.

In his nonnulla emendanda sunt et supplenda. Primum restituendi sunt numeri, quoniam ex his apparere debet sitne disyllabum nomen an trisyllabum. Sappho ita, credo, cecinerat:

Φασὶ δή ποτε Λήδαν ὑακίνθΩΙ πεπυκαδμένον
εὑρεῖν ὤϊον.

Epicharmus anapaesticis numeris dixit:

ὤεα χανὸς κἠλεκτορίδων πετεηνῶν.

non κἀλέκτορίδων crasi Attica. Sed quem non offendet mirificum epitheton *gallinae* VOLUCRES, ἀλεκτορίδες πετεηναί? Excidisse nonnulla suspicor et locum sic esse explendum:

ὤεα χανὸς κἠλεκτορίδων καὶ τῶν ἄλλων πετεηνῶν.

Simonides autem sua dialecto ὤϊον, non ὤεον scripsisse videtur, ut Herodoto saepius ὤϊον, ὠΐου, ὤϊα reddendum est pro ᾠόν cett. quae Attica sunt, non Ionica. In libris vetustioribus ut ζῷιον ita et ὠιόν ut plurimum scriptum est et ᾠοῦ, ᾠά sunt formae vitiosae. Dedit tamen Hesychii Editor:

ὤβεα: τὰ ᾠά. Ἀργεῖοι.

Idem Hesychius servavit:

ὠβεοκόπτας: τοὺς ὄφεις.

sed non uno nomine forma haec mihi olim suspecta est: ex κόπτειν ὀρτυγοκόπος et similia multa nascuntur. Deinde quid est ᾠὰ κόπτειν? Angues, credo, ova non ἔκοπτον, sed ἡδέως ἔκαπτον, unde ὠβεοκάπτας appellatos esse arbitror.

XXIX.

ΠΑΙϹΑΙ — ΠΑΙΞΑΙ.
ΦΙΛΟΠΑΙϹΜΩΝ — ΦΙΛΟΠΑΙΓΜΩΝ.

Quam sit lingua Homerica τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι similis in verborum formis, compositione et usu multis exemplis alias demonstraturus nunc in uno ostendam. Παίζειν apud *solos* Athenienses veteres habet ἔπαισα, πέπαισαι, πεπαίσθω, παιστέον, φιλοπαίσμων, συμπαιστής, συμπαίστρια, συμπαίστωρ, ψηφοπαιστεῖν: apud reliquos

omnes constanter ἔπαιξα, πέπαικται, πεπαίχθω, συμπαίκτωρ, ψηφοπαικτεῖν caeteraque omnia his congruentia. Sedulo id ἀττικιςαί omnes uno ore testantur. Moeris Παῖσαι Ἀττικῶς, παῖξαι Ἑλληνικῶς. et Ἐπαίσαμεν Ἀττικῶς, ἐπαίξαμεν Ἑλληνικῶς. Phrynichus: Παῖξαι Δωριεῖς διὰ τὸ ξ, ὁ δὲ Ἀττικὸς παῖσαι, καὶ παίσατε καὶ συμπαιςής διὰ τοῦ σ ἐρεῖς. Similia his Timaeus, Hesychius, Suidas, Thomas Magister commemorant. Copiosius Eustathius ad Odyss. Θ, 251. pag. 1594. τὸ δὲ παίσατε ἀντὶ τοῦ παίξατε ἀπὸ τοῦ παίζω παίσω. ὅθεν καὶ ἡ συμπαίςρια καὶ ὁ συμπαίςωρ Ἀττικῶς. — λέγει δὲ καὶ Ἡρόδοτος „οὗτος μὲν ὁ λόγος ἄλλως πέπαιςαι ὑπὸ Ἑλλήνων." De Herodoto fallitur, apud quem IV. 77. libri meliores exhibent ἄλλως πέπΛΑCται, rectissime; nam πέπαισται est *risus movendi causa fictus est*, quod cum loci sententia pugnat neque cum ἄλλως bene componitur. Reliqua vera et certa sunt, sed formae hae antiquae diversae ab iis, quibus omnes vulgo utebantur, in perpetuo periculo versantur ne temere in vulgares convertantur. Editur adhuc in *Cyropaedia* I. 3. 14. καὶ παῖδας δέ σοι συμπαίΚτορας παρέξω, ubi in aliis est συμπέCτορας et συμπαίςορας, quod est unice verum. Sine vitio scribitur in (Platonis) libello *de Lege* pag. 319. E. συμπότην καὶ συμπαιςὴν — τοῦ Διός. Mendose apud Platonem *Euthyd.* pag. 278. C. optimus omnium testis παῖξαι πρὸς σέ habet et post pauca pag. 278. D. πεπαύσθω pro πεπαίσθω. Emendate in *Phaedro* scribitur pag. 265. C. πεπαίσθω et pag. 278. B. ἤδη πεπαίσθω μετρίως ἡμῖν, sed vitiose in *Thesmophoriazusis* vs. 1227. Ravennas unicus testis caeteroquin optimus servat:

ἀλλὰ πέπυςαι μετρίως ἡμῖν.

ubi Kusterus πέπαικται, verum et Atticum πέπαιςαι Brunckius reposuit. In *Pluto* vs. 1056. βούλει διὰ χρόνου πρός με παῖσαι; in Codice Veneto multisque aliis παῖξαι legitur. Emendata lectio est *Ran.* 390. παῖσαί τε καὶ χορεῦσαι. et vs. 194 παίσαντα καὶ σκώψαντα, et *Av.* 661. ἵνα παίσωμεν μετ' ἐκείνης, et *Thesmoph.* 992.

παίσωμεν, ὦ γυναῖκες, οἷάπερ νόμος.

et recte συμπαιςρίας servatum est in *Ranis* 413. Admonent magistri ad *Ran.* 390. παῖσαι, ὅπερ ἡμεῖς παῖξαι, et sic saepius alibi. Formae Atticae et apud Platonem nonnunquam integrae

supersunt. *Euthyd.* p. 283. c. προσεπαισάτην. *Phaedr.* 265. c. προσεπαίσαμεν, ubi Hermias: ἀντὶ τοῦ (προσ)επαίξαμεν, et in *Epinomide* pag. 380. b. θεοὺς προσπαίσαντι, ubi Scholiastes: προσπαίξαντι: ἀντὶ τοῦ ξ τὸ σ οἱ Ἀττικοί, ut Timaeus Προσέπαισε: προσέπαιξε, τῷ σ ἀντὶ τοῦ ξ ἐχρήσατο. Emendata lectio evasit et in *Legibus* pag. 769. a. καλῶς τοίνυν ἂν ἡμῖν ἡ πρεσβυτῶν ἐμφρόνων παιδιὰ μέχρι δεῦρ' εἴη τὰ νῦν διαπεπΑΙCμένη. Hinc παιστέον Athenienses dicebant. Plato Comicus Athen. pag. 666. d. ἀλλ' εἰς θυείαν παιστέον, et ψηφοπαιστεῖν, nam nulla est dubitatio quin Lysias apud Pollucem VII. 200. dixerit ψηφοπαιστοῦσι τὸ δίκαιον·, pro vulgata ψηφοπαιΚτοῦσι, quod scribae ἐκ τῆς συνηθείας substituerunt Solent enim in talibus Graeci diligenter sibi constare et Homerus et Athenienses ante omnes. Quamobrem miror Hemsterhusii iudicium ad Aristoph. *Plutum* vs. 1056 ita scribentis: „*discrimen* (inter παῖσαι et παῖξαι) *saepe tamen a librariis in Platone ceterisque scriptoribus Atticis neglectum; si modo persuaderi nobis patimur veteres in hac forma frequentanda tam fuisse religiosos.*" Si quis alius, Hemsterhusius sciebat quanta esset Atheniensibus praesertim in dicendi usu etiam in minimis constantia. Itaque nunc ex huius rei observatione vetus mendum eadem opera et ex Homero eluam et ex Aristophane. Faciam a Comico initium. Editur in *Ranis* vs. 335.

τὰν ἀκόλαστον φιλοπαίγμονα τιμάν,

sed non sic Athenienses loquebantur, quos et analogia et dicendi usus φιλοπαίσμονα iubebat dicere, scribas vero suum φιλοπαίγμων substituere post tot exempla nemo mirabitur. In Platonis *Cratylo* p. 406. c. ante Bekkerum legebatur: φιλοπαίγμονες γὰρ καὶ οἱ θεοί, Bekkerus ex optimis libris Atticum φιλοπαίσμονες revocavit. Eodem modo in *Republica* pag. 452. e. in plerisque est: εἴτε τις φιλοπαίγμων εἴτε σπουδαστικός, sed unus omnium certissimus testis Parisinus A. Atticam et probam formam servavit cum hac annotatione: φιλοπαίσμων Ἀττικῶς ὁ φιλοπαίγμων. Itaque et Aristophani ἀττικίζειν licere oportet.

Homerus igitur in ea quoque re ἀττικίζων plane idem vitium concepit. Semel verbi παίζειν aoristo usus Odyss. Θ. 251. ita dixit:

παίσατε, ὥς χ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπῃ ϝοῖσι φίλοισι.

ubi Scholiastes: παίσατε: Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ παίξατε, et Suidas:

Παίσατε, ὅπερ ἡμεῖς παίξατε. Ὅμηρος· παίσατε, ὡς χ' ὁ ξεῖνος.

Itaque et in Odyss. Ψ. 134.

αὐτὰρ θεῖος ἀοιδὸς ἔχων φόρμιγγα λιγεῖαν
ἡμῖν ἡγείσθω φιλοπαίγμονος ὀρχηθμοῖο.

poëta dederat civium suorum veterum more φιλοπαίσμονος, et ut illo loco in libris quibusdam manifesto errore scribitur παίξατε, sic hoc loco non minus aperto mendo sequiorum forma φιλοπαίγμων scripta est. Una opera fragmentum Hesiodi apud Strabonem X. pag. 471. emendabitur scribendo φιλοπαίσμονες, ὀρχηστῆρες, pro φιλοπαίγμονες.

Futurum verbi παίζειν apud scriptores Atticos nusquam mihi lectum, nam quod in Xenophontis *Symposio* est IX. 2. παιξοῦνται πρὸς ἀλλήλους a scurra Syracusano Δωριστί dictum est. Caeteri omnes constanter παίξομαι, συμπαίξομαι, προσπαίξομαι dicebant, unde parata est emendatio Appiano περὶ ἐμφυλίων IV. 118. ubi Brutus ad milites ita dicit: καὶ μὴ ἀδοξῆτε εἰ προσπαίζονται ἡμῖν καὶ προκαλοῦνται — ἕτερον δέος ἰώμενοι. Dindorfius ad Steph. Thesaurum προσπαίζομαι sanum esse putat, sed admonitus verum esse agnoscet: μὴ ἀδοξΕΙτε εἰ προσπαίΞονται καὶ προκαλοῦνται. Futurum enim sententia loci postulat et προκαλοῦνται est futurum. Cf. *Nov. Lectt.* pag. 261.

XXX.

DIPHTHONGUS OI ELISA.

Habet hoc lingua Homerica ut diphthongus in μοι, σοί et τοι etiam ante brevem vocalem elidatur, uit -AI verborum in βούλομ' ἐγώ, βούλετ' ἀρήγειν, et sim. Multis olim ea res fraudi fuit Iliad. A. 170.

οὐδέ C' Ὀΐω
ἐνθάδ' ἄτιμος ἐὼν ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν.

ubi mirificam et perridiculam ἀντίπτωσιν de suo commenti sunt: ἡ πτῶσις ἐνήλλακται. ἀντὶ γὰρ γενικῆς κέχρηται ὀνομαστικῇ. *Nominativus pro genitivo*, inquiunt, quasi res esset nota et concessa. Tandem intellectum est poëtam dicere: οὐδὲ COI ὀΐω — πλοῦτον ἀφύξειν. Sic et Z. 165.

ὅς Μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ.

et I. 673.

εἴπ' ἄγε Μ', ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ.

(sic et K. 544.) et N. 481.

δεῦτε, φίλοι, καί Μ' οἴῳ ἀμύνετε.

et P. 100.

τῷ Μ' οὔτις Δαναῶν νεμεσήσεται.

et Ψ. 579.

καί Μ' οὔτινα φημὶ Ἄλλον ἐπιπλήξειν.

et in Odyss. δ. 367.

ἥ Μ' οἴῳ ἔρροντι συνήντετο νόσφιν ἑταίρων.

et ψ. 21.

εἰ γάρ τίς Μ' ἄλλη γε — ταῦτ' ἐλθοῦσ' ἤγγειλε.

His locis dudum a Bekkero ad Iliad. A. 170. indicatis et collectis accedat unus in Odyss. α. 60.

οὐδέ νυ σοί περ
ἐντρέπεται φίλον ἦτορ, Ὀλύμπιε, οὔ νύ Τ' Ὀδυσσεύς
Ἀργείων παρὰ νηυσὶ χαρίζετο ἱερὰ ῥέζων;

nam manifestum est poëtam dicere: οὔ νύ ΤΟΙ Ὀδυσσεὺς ἐχαρίζετο;

Videamus nunc ecquid veteres Critici de ea re dixerint. In Veneto A. ne verbum quidem. In Victoriano est ad Z. 164. ὅς μ': ἀντὶ τοῦ ΜΟΙ, ὡς „οὐδέ C' ὀΐω" „ἥ μ' οἴῳ ἔρροντι." et ad N. 481. μ' οἴῳ: ἡ συναλοιφὴ ὡς „ἥ μ' οἴῳ ἔρροντι συνήντετο νόσφι(ν ἑταίρων)."

Ad Iliad. Ψ. 310.

ἀλλά τοι ἵπποι
βάρδιςοι θείειν· τῷ τ' οἴω λοίγι' ἔσεσθαι.

annotatur in B. τῷ τ' οἴω: τὸ τέλειον τῷ ΤΟΙ οἴω. σπανία δὲ παρ' Ὁμήρῳ ἡ συναλοιφή. Recte, ut opinor. Non est quidem haec συναλοιφὴ frequentissima, sed decem tamen testimoniis certis firmiter stabilita.

XXXI.

Iliad. Ω. 329.

Editur:

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν πόλιος κατέβαν, πεδίον δ' ἀφίκοντο.

vitiose et soloece, nam *πόλιος* suspensum est neque quo referatur habet. Mendum est in libris recentioribus ortum, namque vera lectio apud veteres testes servata haec est:

οἱ δ' ἐπεὶ 'ΕΚ *πόλιος κατέβαν.*

Ad E. 26. (Φ. 32).

δῶκε δ' ἑταίροισιν κατάγειν κοίλας ἐπὶ νῆας.

annotatur: *ἐν ταπεινῷ γὰρ τὸ ναύσταθμον, ἡ δὲ πόλις ἠνεμόεσσα καὶ·*

οἱ δ' ἐπεὶ 'ΕΚ *πόλιος κατέβαν.*

et ad Z. 53.

καὶ δή μιν τάχ' ἔμελλε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
δώσειν ᾧ θεράποντι καταξέμεν.

Scholion est: *ὑψηλὴ γὰρ καὶ ἠνεμόεσσα ἡ Ἴλιος.*

Homeris sibi ipse fert opem, nam in Odyssea quoque sic dixerat ω. 205.

οἱ δ' ἐπεὶ 'ΕΚ *πόλιος κατέβαν, τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο.*

ubi annotavit aliquis: *κατέβαν: ἐπεὶ ὑψηλὸς ὁ λόφος ἐστίν*, vid. Mnemos. 1873. pag. 43.

Eiusdemmodi annotatio ad Iliad. Ω. 329. intercidit, nam talia diligentissime observabant. Itaque quum in Odyssea λ. 187. legeretur:

πατὴρ δὲ σὸς αὐτόθι μίμνει Ἀγρῷ οὐδὲ πόλινδε κατέρχεται.

ἀπορεῖ Grammaticus nescio quis: *πῶς οὖν·*

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν, τάχα δ' ἀγρὸν ἵκοντο.

vid. Mnemos. 1873. pag. 5. Miratur homo quid sit cur et *πόλινδε* ΚΑΤ*έρχεται* et *ἐκ πόλιος* ΚΑΤ*έβαν* dicatur quum sint haec inter se contraria: itaque duas praepositiones inter se permutatas esse suspicatur: *νῦν οὖν ἡ κατά ἀντὶ τῆς ἀπό.* Futilissime: poterat eodem iure dicere *κατά* positam esse pro *ἀνά*, et omnia susque deque, *ἄνω καὶ κάτω*, confusa et permixta erunt. Est tamen res simplicissima: urbs est ad mare in alto tumulo sita. Quicumque igitur ex interiore agro ad littus accedit *καταβαίνει, κατέρχεται*, et si quid illuc ducit *κατάγει*, et hinc apud Homerum est *κατάγειν ἐπὶ νῆας*, *ἐπὶ νῆας καταξέμεν*, non quia urbs Troia in alto posita est, sed quia *ὁ αἰγιαλὸς τῆς ἄλλης χώρας ταπεινότερός ἐστιν.* Contra si quis ex oppido rus abiit de tumulo descendens *ἐκ πόλιος κατέβη*, et utrobique naturae veritas servatur.

Caeterum ostendit evidens mendum evidenti emendatione sub-

latum: οἱ δ' ἐπεὶ ΟΥΝ πόλιος κατέβαν quam parum fidei sit in Codicibus Mss. quos nunc habemus.

XXXII.

"ΑΜΠΝΥΕ.

In Iliad. X. 222. Minerva ad Achillem ita dicit:

ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν στῆθι καὶ "ΑΜΠΝΥΕ.

Quid est ἄμπνυε? De significatione nulla est dubitatio. Significat enim ἀνάπνευσον, sed de forma quaero. Vulgata lectio non est omnino Graeca. Testes habet nullos praeter Codices hodie superstites. Nemo veterum laudat versum, nemo formam ἄμπνυε commemorat. Vitium ac labem concepisse suspicor et verum esse ἄμπνυΟ, quod quum sequiores Graeculi non nossent consuetam imperativi formam in -Ε substituerunt. 'Αναπνεῖν habet apud Homerum aoristum duplicem ἀμπνύνθη et ἄμπνυτο. 'Αμπνύνθη legitur E. 697.

τὸν δ' ἔλιπε ψυχή. — αὖτις δ' ἀμπνύνθη.

et Ξ. 436.

κὰδ δέ οἱ ὕδωρ Χεῦαν, ὁ δ' ἀμπνύνθη.

formatum est ut ἐκλίνθη, ἀποκρινθέντε, διακρινθήμεναι, ὠρίνθη, δηρινθήτην, εὐθυνθήτην, ἱδρύνθησαν, ἠρτύνθη. Secundus aoristus legitur Λ. 359. τόφρ' Ἕκτωρ ἄμπνυτο, X. 475. ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο. ε. 458. ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἄμπνυτο, et ω. 348. αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἄμπνυτο. Hinc igitur formam ἄμπνυο neque ullam aliam natam esse perspicuum esse arbitror.

Aoristus ἀναπνεῦσαι et ἀνέπνεον et ἀνάπνευσις apud Homerum ponuntur ubique figurate de malorum *intermissione* ac *requie*, ἀναπνεῦσαι πόνου, κακότητος, πολέμοιο, sed ἀμπνύνθη et ἄμπνυτο proprie si quis spiritum recipit colligitque. Est autem forma duplex in talibus Homero non infrequens, ut in ἐλύμην, λύμην et λύθην, ἐχύμην et ἐχύθην, χυθείς, ἐπλήμην, πλήμην et ἐπλήσθην, πλῆσθεν similibusque.

XXXIII.

ΔΑΚΡΥ.

δάκρυ AN δάκρυ'.

Editur Σ. 124.

καί τινα Τρωϊάδων — ἀμφοτέρῃσιν χερσὶ παρειῶν ἀπαλάων δάκρυ ὀμορξαμένην.

dubitabisne admonitus scribere δάκρυ' ὀμορξαμένην, nisi forte putes *ambabus* manibus de teneris *genis* unam lachrymulam abstergi posse. *Ubertim* fleturas dicit uxores quorum viros occisum eat.

Similiter Telemachus β. 11. ποτὶ σκῆπτρον βάλε γαίῃ δάκρυ' ἀναπρήσας, non δάκρυ, namque in *uberem fletum* erupit, et λ. 730. κεῖνον δ' οὔποτε πάμπαν ἐγὼ ϝίδον — παρειῶν δάκρυ ὀμορξάμενον. poscit sententia δάκρυ' ob rem ipsam, ob pluralem παρειῶν et ob ea quae continuo praecedunt: ἔνθ' ἄλλοι —

δάκρυΑ τ' ὠμόργνυντο τρέμον θ' ὑπὸ γυῖα ἑκάστου.

Idem mendum obsidet locum I. 432.

ὀψὲ δὲ δὴ μετέϝειπε γέρων ἱππηλάτα Φοίνιξ

ΔΑΚΡΥ ἀναπρήσας· περὶ γὰρ δίε νηυσὶν Ἀχαιῶν.

quia Phoenix *in lacrymas erupit* non δάκρυ sed δάκρυ' ἀναπρήσας verum est.

XXXIV.

ΔΙΔΗΜΙ.

Edebatur Odyss. μ. 55.

οἱ δέ σ' ἔτι πλεόνεσσι τότ' ἐν δεσμοῖσι ΔΕΟΝτων.

quum in Harleiano Codice reperta est Aristarchea lectio ΔΙΔΕΝτων, statimque iure recepta. In versu 196 igitur: πλείοσί μ' ἐν δεσμοῖσι ΔΕΟΝ ex consuetudine poëtae eadem iisdem verbis repetentis pro δέον ΔΙΔΕΝ erit reponendum. Bis depenso eodem Codicum errore facile subnascitur suspicio Σ. 553.

ἄλλα δ' ἀμαλλοδετῆρες ἐν ἐλλεδανοῖσι δέοντο.

et χ. 189.

σὺν δὲ πόδας χεῖράς τε δέον θυμαλγέϊ δεσμῷ.

non sic, sed ΔΙΔΕΝΤΟ et ΔΙΔΕΝ poëtam dedisse, ut emendate legitur Λ. 105.

ΔΙΔΗ μόσχοισι λύγοισι.

Apud Hesychium notantur hae formae: Διδέασι, Δίδη, Δίδημι, Διδέντων. Vitiaverant plerasque librarii, sed feliciter restitutae sunt omnes.

XXXV.

Iliad. B. 558.

Fama est ab ipso Solone in Iliad. B. 558. interpolatum esse versum hunc:

ϛῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵϛαντο φάλαγγες.

quam fraudem Aristarchus acute perspexit versiculumque invicto argumento damnavit et expunxit. A Solone hunc locum παρεμβεβλῆσθαι testes sunt et alii et Plutarchus in *Solone* cap. X. Sed quisquis inseruit manifesto deprensa fraus est. Ad ipsum locum nihil annotatum videmus. Fortasse Aristarchus versiculum manifesto spurium οὐδ' ἔγραφεν. Sed ad Γ. 230. confutat errorem multoque copiosius idem fecit Strabo IX. pag. 394. Aristarchi commentariis usus. Compluribus enim Homeri locis, quos Strabo enumerat, Aristarchus demonstravit: ὅτι οὐκ ἦσαν πλησίον Αἴαντος Ἀθηναῖοι. Aristarchus interpolatoris nomen non memorat τὸν ϛίχον, inquit, τὸν ὑπό τινων γραφόμενον. Strabo contra: καί φασιν οἱ μὲν Πεισίϛρατον οἱ δὲ Σόλωνα παρεγγράψαι τὸ ἔπος. caeteri omnes Solonem unum nominant. Quisquis interpolavit certe fuit Atheniensis aliquis, circa Solonis aut Pisistrati aetatem, neque quisquam ante Aristarchum sensit fraudem. Versus ipse est ὁμηρικὸς et Homero dignus, quales et Solon et Pisistratus commode pangere ambo poterant.

XXXVI.

ὭΡΗΙ ἘΝ ϜΕΙΑΡΙΝΗΙ.

Tribus apud Homerum locis Bekkerus edidit ὥρῃ ἐν ϝειαρινῇ. Π. 643.

ὥρῃ ἐν ϝειαρινῇ ὅτε γλάγος ἄγγεα δεύει.

et σ. 367. et χ. 301.

ὥρῃ ἐν ϝειαρινῇ ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται.

sed durum et κακόφωνον id quidem est. Quid sit legendum ostendit versiculus ε. 485.

ὥρῃ χειμερίῃ, εἰ καὶ μάλα περ χαλεπαίνοι.

Nempe ἐν supervacuum insertum est a cantoribus, postquam δίγαμμα amissum est, ῥοίβης δίκην πρὸς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ. Ὥρῃ eodem modo sine praepositione legitur B. 468. et ι. 51.

ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρῃ,

et saepe ἤματι in ἤματι τῷ, ἤματι χειμερίῳ et sim.

XXXVII.

ΕΙϹ ΓΕ.

Quod Athenienses dicebant εἷς γέ τις, ἐξ ἑνός γέ του τρόπου, ἑνί γέ τῳ τρόπῳ, ἕνα γέ τινα τρόπον, ἀμωσγέπως, ἁμοθενγέποθεν, et similia, apud Homerum omisso τις dicitur εἷς γε, ἕν γε, ἀμόθεν γε. Υ. 98. αἰεὶ γὰρ πάρα εἷς γε θεῶν. α. 339. τῶν ἕν γέ σφιν ἄειδε. χ. 117.

τόφρα μνηστήρων ἕνα γ' αἰεὶ ϝῷ ἐνὶ ϝοίκῳ
βάλλε τιτυσκόμενος.

et α. 10.

τῶν ἀμόθεν γε, θεὰ θύγατερ Διός, εἰπὲ καὶ ἡμῖν.

Apparet igitur mendosam esse scripturam ο. 83. δώσει δέ TI ἕν γε φέρεσθαι, ubi simul dicendi usus et loci sententia ostendunt verum esse: δώσει δέ TOI ἕν γε φέρεσθαι.

XXXVIII.

'ΕΜΒΑΙΝΕΙΝ — 'ΑΜΒΑΙΝΕΙΝ.

Editur K. 493.

ὅπως καλλίτριχες ἵπποι — ῥεῖα διέλθοιεν
νεκροῖς 'Αμβαίνοντες· ἀϝήθεσσαν γὰρ ἔτ' αὐτῶν.

Soloecum est *νεκροῖς* '*Αμβαίνειν*: corrigendum '*Εμβαίνοντες*, ut *λὰξ ἐν ϛήθεσι βάς* Z. 65. et alibi. Emendate in Odyss. K. 164. *τῷδ' ἐγὼ* '*Εμβαίνων*, ut passim in Attica *ἐπεμβαίνειν κειμένῳ*.

XXXIX.

ϜΙΔΟΝ.

Editur Odyss. λ. 522.

κεῖνον δὴ κάλλιϛον "*Ιδον μετὰ Μέμνονα δῖον.*

quo pacto numeros restituemus, namque *Ϝίδον* Homericum est, non *ἴδον*? Si quae sit in talibus Homericae compositionis forma animadverterimus. Iliad. Z. 185.

καρτίϛην δὴ τήν γε μάχην Φάτο δύμεναι ἀνδρῶν.

et Odyss. μ. 258.

οἴκτιϛον δὴ κεῖνο ἐμοῖς Ϝίδον ὀφθαλμοῖσιν.

Sic et nunc Poëta cecinerat:

κάλλιϛον δὴ τόν γε Ϝίδον.

et in Odyssea sine permolesto hiatu:

οἴκτιϛον δὴ κεῖνό Γ' ἐμοῖς Ϝίδον ὀφθαλμοῖσιν.

Etiam aliis locis apud Homerum vetus *Ϝίδον* periit. Indicabo unum. In Odyss. ι. 182. legitur

ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ σπέος εἴδομεν ἄγχι θαλάσσης.

Fuerat olim, credo:

ἔνθα δ' ἐπ' ἐσχατιῇ Ϝίδομεν σπέος.

offendit cantores post amissum *δίγαμμα* hiatus in *ἐσχατιῇ ἴδομεν* et sic facillime nata est transpositio, ut toties alibi.

XL.

Platonis lectio improbatur.

In Iliad. Z. 264.

μή μοι ϝοῖνον ἄειρε μελίΦρονα, πότνια μῆτερ,
μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεος Δ' ἀλκῆς τε λάθωμαι.

quia multi libri Δ' omittunt vera esse putatur scriptura apud

Platonem in *Cratylo* pag. 415. A. ἀλλὰ μὴ λίαν, ὦ δαιμόνιε, ἀκριβολογοῦ, μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεος. Equidem nihil his credo et Platonis auctoritati opponam testem aliquanto locupletiorem. Unus enim omnium optimus testis et auctor in constituenda poëtae lectione Homerus ipse est. Audi igitur ipsum X. 281.

ἀλλά τις ἀρτιϝεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων
ὄφρα σ' ὑποδϝείσας μένεος ἀλκῆς τε λάθωμαι.

Ἀπογυιοῦν est *corpus* debilitare, unde fit ut animi *ardor* (μένος) et *virtus* langueat et extinguatur.

XLI.

῞ΟΔΕ = ΟΥΤΟϹΙ.

Odyss. I. 286.

αὐτὰρ ἐγὼ σὺν τοῖσδε ὑπέκφυγον αἰπὺν ὄλεθρον.

peringratum hiatum facile tolles legendo

σὺν τοῖCΙδ' ὑπέκφυγον.

Attice dixeris μετὰ τουτωνί, σὺν τουτοισί, cum his *quos tu vides.* Alibi utitur forma τοίσδεσι et τοίσδεσσι. Odyss. Φ. 93.

οὐ γάρ τις μέτα τοῖος ἀνὴρ ἐν τοίσδεσι πᾶσιν
οἷος Ὀδυσσεὺς ἔσκεν.

id est ἐν πᾶσι τουτοισί, quos manu monstrat. Similiter v. 258.

νῦν δ' εἰλήλουθα καὶ αὐτὸς Χρήμασι σὺν τοίσδεσσι.

et aliis locis.

XLII.

Η — ЄΚ confusa.

Editur Odyss. δ. 232.

ἰητρὸς δὲ ϝέκαςος ἐπιςάμενος περὶ πάντων
ἀνθρώπων· ἦ γὰρ Παιήονός εἰσι γενέθλης.

repone τὸ Ὁμηρικόν·

ἘΚ γὰρ Παιήονός εἰσι γενέθλης.

ut in Odyss. ν. 130.

τοί πέρ τοι ἐμῆς ἘΞ εἰσὶ γενέθλης.

et Iliad. Τ. 105.

τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἵ θ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσίν.

XLIII.

'ΑΝΑΓΕΙΝ.

Editur Odyss. σ. 278.

αὐτοὶ τοίγ' ἀΠάγουσι βόας καὶ ϝίφια μῆλα.

sed *ἀπάγειν* *abigere* prorsus a loci sententia abhorret. Veram lectionem facile colliges ex Iliad. Θ. 203.

οἳ δέ τοι ἐς Ϝελίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἈΝάγουσιν.

et ex Scholio ad Odyss. σ. 89. *ἄναγον*: *Ἴωνες τὸ ἄγειν ἈΝάγειν λέγουσιν.*

οἳ δέ τοί εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσιν.

XLIV.

ϜΑΓΝΥΜΙ.

Aeolicum *δίγαμμα* subesse in aliis linguae Homericae vocabulis palam est et manifestum, in aliis vestigia quaedam et indicia tantum suspicionem movent. Inprimis in verbo *ϝάγνυμι* res certa est et evidens. Auris ipsa satis admonet. Π. 769.

πάταγος δέ τε ϝαγνυμενάων.

et κ. 123.

ἀνδρῶν τ' ὀλλυμένων νηῶν θ' ἅμα ϝαγνυμενάων.

et Θ. 403.

αὐτὰς δ' ἐκ δίφρου βαλέω κατά θ' ἅρματα ϝάξω.

et Ψ. 341

μήπως ἵππους τε τρώσῃς κατά θ' ἅρματα ϝάξῃς.

itaque Μ. 148. verum est:

περὶ σφίσι ϝάγνυτον ὕλην.

Hoc aurium iudicium undique alia argumenta confirmant: aoristus *ἔϝαξα*, *συνέϝαξα*, *κατέϝαξα*, et in passivo *ἐϝάγη*, *ϝάγη* et *ϝάγεν* Δ. 214.

πάλιν ϝάγεν ὀξέες ὄγκοι.

unde apud Hesiodum bis optativi forma legitur *καϝϝάξαις*, quae necessario *καυάξαις* scribebatur *Oper.* 665.

ὡραῖος πέλεται θνητοῖς πλόος· οὔτε κε νῆα
κΑΤάξαις οὔτ᾽ ἄνδρας ἀποφθίσειε θάλασσα.

et vs. 692.

δεινὸν δ᾽ εἴ κ᾽ ἐπ᾽ ἄμαξαν ὑπέρβιον ἄχθος ἀείρας
ἄξονα κΑΤάξαις τὰ δὲ φορτί᾽ ἀμαυρωθείη.

nempe ut *ἐϝϝ-* in *εὐ-* convertitur, ut in *"εϝϝαδεν εὔαδεν*, sic *ἀϝϝ-* in *αὐ-* ut *ἀϝϝέρυσαν αὐέρυσαν*, *ἀϝϝίαχος αὐΐαχος*, et sic *καϝϝάξαις* factum est *κΑΤάξαις* et *καϝϝάξαντες κΑΤάξαντες* in Scholio Veneto ad N. 41. *ἀγαθὸς ἀγαυὸς ὡς κατάξαντες κΑΤάξαντες.* In his solis formis priscum *δίγαμμα* non est deletum, sed in diphthongo male latet: non poterat enim *εὐ* et *αὐ* nasci nisi *δίγαμμα* geminatum subesset *ἐϝϝ* et *ἀϝϝ*. Accedunt alia indicia: *ἀϝαγές*, ut *ἄϝεργος*, et similiter apud Hesychium *"Ακατον* (*ἄϝακτον*) *ἄθραυστον.* In Dialecto Laconica est apud Hesychium: *Βᾶξον: κάταξον. Λάκωνες.* et *Βᾶγος: κλάσμα ἄρτου. Λάκωνες.* et *μουκηροβάκτας* *nucifrangibulum* pro Attico *καρυοκατάκτης.* Sic enim scribendum *μουκηροβάΚΤΑC* (an *μουκηροβάκταρ*) pro *μουκηροβάτας* apud Hesychium et Athenaeum p. 100. D. Scribendum et *βᾶγος* (ut *πρᾶγος*) non *βάγος*. Nomina enim in -OC neutra omnia *βαρύνονται*, et A in *ϝάγνυμι* praeterquam in aoristo secundo *ἐϝάγην* ubique productum est *ἆξον*, *ἆξαι*, *κατᾶξαι*, *περικατᾶξαι* et sim. Epici poëtae retinent A longum neque in H convertunt *ἔϝαξε* dicentes non *ἔϝηξε*, et *καϝϝάξαις* non *καϝϝήξαις*. Iure igitur Aristarchus N. 166 dedit *ἔγχεος ὃ ξυνέαξεν* et N. 257. *τό νυ γὰρ κατεάξαμεν ὃ πρὶν ἔχεσκον*, quum in Zenodotea editione *ξυνέηξε* legeretur et *κατεήξαμεν.*

Erat in Creta vetus oppidum *ϝάξος* (*ϝᾶξος*), in cuius nummis apud Eckelium ϜΑΞΙΩΝ diserte scriptum est. Non plane periit vetus *δίγαμμα*: appellatur enim *"Οαξος* aut *Πάξος* (*Πᾶξος*). Stephanus Byzant. v. *"Οαξος*: — *διὰ τὸ κ α τ α γ ῆ ν α ι* (libri *κατὰ γῆν εἶναι*) *τὸν τόπον καὶ κρημνώδη ὑπάρχειν. καλοῦσι γὰρ τοὺς τοιούτους τόπους "Α ξ ο υ ς καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἀ γ μ ο ύ ς.*

Idem alio loco: *"Αξος πόλις Κρήτης ὡς Ἡρόδοτος ἐν τῇ τετάρτῃ* sed apud Herodotum IV. 154. in antiquissimis libris est: *ἔστι δὲ τῆς Κρήτης Ὀαξὸς πόλις*, sed in Romano Codice R. *ἄξος* legi-

tur ut apud Stephanum. Ex ϝάγνυμι nascitur ἀγή, ἄγμα (ut πρᾶγμα) et ἀγμός. Ἀγαί sunt *fragmenta*, ἁρμάτων ἀγαί apud Euripidem et ἀγαῖσι κωπῶν in Aeschyli *Agamemnone*. Hinc κύματος ἀγή et Atticum κυματωγή. Ἄγματα et ἀγμοί apud medicos de *fracturis* ponuntur. Eleganter ὁ κατεαγὼς τὰ ὦτα ab Atticis ὠτοκάταξις dicitur, ut βορβοροτάραξις ὁ τὸν βόρβορον ταράττων.

Praemisi haec omnia ut duos apud Homerum locos in integrum restituerem. Editur in Odyss. T. 539.

πᾶσι κατ' αὐχένας ἦξε.

sed neque H recte habet, ut in συνέηξε et κατεήξαμεν vidimus, et pro αὐχένας requiritur singularis αὐχένα, κατέαξεν ἑκάςῳ τὸν αὐχένα et κατέαξε πᾶσι τὸν αὐχένα, *singulis*, *omnibus fregit* CERVICEM. Itaque facillima parata emendatio haec est:

πᾶσι κατ' αὐχέΝ' ἜϜΑξε.

ut P. 63.

τῆς δ' ἐξ αὐχέν' ἔϝαξε.

Alter locus est Ψ. 392. ubi libri exhibent: ἵππειον δέ οἱ ἦξε θεὰ ζυγὸν, Bekkerus δέ expunxit et edidit: ἵππειόν ϝοι ἦξε, sed ita loci correctionem non perfecit. Repositum oportuerat, ut arbitror:

ἵππειόν ϝοι ἜΑξε θεὰ ζυγόν.

XLV.

ΕΙ — ἜΤΙ.

Editur in Odyssea υ vs. 178:

ξεῖν', ἜΤΙ καὶ νῦν ἐνθάδ' ἀνιήσεις κατὰ δῶμα
ἀνέρας αἰτίζων, ἀτὰρ οὐκ ἔξεισθα θύραζε;
πάντως οὐκέτι νῶϊ διακρινέεσθαι ὀΐω
πρὶν χειρῶν γεύσασθαι.

Quamquam non me fugit, ut Aristarchi verbis utar, (ad Iliad. N. 172.) ὅτι Ὅμηρος διακόπτει τὰς φράσεις ἵνα μὴ μακροπερίοδος γένηται, tamen hoc loco suspicor duas sententias inter se aptas et nexas fuisse et pro ἜΤΙ una literula expuncta poëtam ΕΙ dedisse: εἰ καὶ νῦν ἀνιήσεις — πάντως οὐκέτι νῶϊ διακρινέεσθαι ὀΐω, ut in noto loco Λ. 59.

νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω
ἂψ ἀπονοστήσειν — εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν. —
εἰ δὴ ὁμοῦ πόλεμός τε δαμᾷ καὶ λοιμὸς Ἀχαιούς.

et multis locis Homerus, ut Athenienses omnes, in protasi εἰ cum *futuro* ponit, cui in apodosi futurum respondet ut in oraculo:

εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς.

pauca exempla adscribam. B. 387.

οὐ γὰρ παυσωλή γε μετέσσεται οὐδ' ἠβαιόν,
εἰ μὴ νὺξ ἐλθοῦσα διακρινέει μένος ἀνδρῶν.

E. 350.

εἰ δὲ σύγ' εἰς πόλεμον πωλήσεαι ἦ τέ σ' ὀΐω
ῥιγήσειν πόλεμόν γε καὶ εἴ χ' ἑτέρωθι πύθηαι.

M. 248.

εἰ δὲ σὺ δηϊότητος ἀφέξεαι ἠέ τιν' ἄλλον
παρφάμενος ϝεπέεσσιν ἀποτρέψεις πολέμοιο,
αὐτίκ' ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσεις.

P. 556.

σοὶ μὲν δή, Μενέλαε, κατηφείη καὶ ὄνειδος
ἔσσεται, εἴ κ' Ἀχιλῆος ἀγαυοῦ πιστὸν ἑταῖρον
τείχει ὕπο Τρώων ταχέες κύνες ἑλκήσουσιν.

Hymn. in Mercur. 176.

εἰ δέ μ' ἐρευνήσει Λητοῦς ἐρικυδέος υἱός
ἄλλο τί οἱ καὶ μεῖζον ὀΐομαι ἀντιβολήσειν.

Nemini autem scrupulum iniicere debet quod εἰ ἀνιήσεις — ἀτὰρ ΟΥΚ ἔξεισθα θύραζε dixit, non ΜΗ, ut B. 388. εἰ ΜΗ νὺξ ἐλθοῦσα διακρινέει. In talibus enim ΟΥ *„cum verbo coniunctum unam notionem constituit, cuiusmodi est* οὐκ οἶδα nescio, ignoro." Hermann. ad Vigerum pag. 833. qui recte laudat Herod. VII. 9. Thucyd. I. 121. Attulit idem et Homeri locum Ω. 296.

εἰ δέ τοι ΟΥ δώσει ἑὸν ἄγγελον εὐρύοπα Ζεύς,
οὐκ ἂν ἔγωγέ σ' ἔπειτα ἐποτρύνουσα κελοίμην
νῆας ἐπ' Ἀργείων ἰέναι.

ostendam quam sit haec composito Homero familiaris. Υ. 129.

εἰ δ' Ἀχιλεὺς ΟΥ ταῦτα θεῶν ἐκ πεύσεται ὀμφῆς
δείσετ' ἔπειθ' ὅτε κέν τις ἐναντίβιος θεὸς ἔλθῃ.

β. 274.

εἰ δ' ΟΥ κείνου γ' ἐσσὶ γόνος καὶ Πηνελοπείης
οὔ σέ γ' ἔπειτα ϝέολπα τελευτήσειν ἃ μενοινᾷς.

et *μ*. 312.

εἰ δέ μοι ΟΥ *τίσουσι βοῶν ἐπιεικὲ' ἀμοιβήν,*
δύσομαι εἰς 'Αΐδεω *καί κ' ἐν νεκύεσσι Φαείνω.*

Eodem igitur modo et nunc dixerat: *εἰ καὶ νῦν ἀνιήσεις* — *ἀτὰρ* ΟΥΚ *ἔξεισθα θύραζε.* Sed alia machina ex Homero obmoveri poterit ad vulgatam defendendam. Dixerit aliquis *eandem* sententiam *iisdem* verbis conceptam alio loco ita legi, ut *ἔτι* mutari non possit, *τ*. 66.

ξεῖν', ἔτι καὶ νῦν ἐνθάδ' ἀνιήσεις διὰ νύκτα
δινεύων κατὰ ϝοῖκον ὀπιπεύσεις δὲ γυναῖκας;
ἀλλ' ἔξελθε θύραζε, τάλαν, καὶ δαιτὸς ὄνησο
ἢ τάχα καὶ δαλῷ βεβλημένος εἶσθα θύραζε.

sed quamquam persimilis locus est tamen sententiae compositio est plane diversa, et probabilis suspicio est librarios hunc locum *ἔναυλον ἔχοντας* pro *ξεῖν'*, ЄΙ *καὶ νῦν* reposuisse *ξεῖν'*, "ЄΤΙ *καὶ νῦν.* Equidem et ipse in meam rem Homero denuntiabo testimonium *β*. 115.

ЄΙ *δ' ἔτ' ἀνιήσει γε πολὺν χρόνον υἷας* 'Αχαιῶν,

ubi apodosis: *οὐκ ἀνέξονται οἱ μνηστῆρες ἀλλὰ βίον τε τεὸν καὶ κτήματ' ἔδονται* alia sententiae conformatione variavit.

XLVI.

Iliad. Θ. 153.

εἴπερ γάρ σ' "Εκτωρ *γε κακὸν καὶ ἀνάλκιδα φήσ*ΕΙ
ἀλλ' οὐ πείσονται Τρῶες.

veram lectionem aperiet annotatio ad Α. 129. *αἴ κέ ποθι* Ζεὺς ΔΩΙCΙ, ubi Zoilus et Chrysippus perinepte *δῶσι* legebant, quos redarguens Criticus nescio quis ita scribit: *ἐστι τὸ* ΔΩΙCΙ *ἑνικὸν ἐκτεταμένον.* — *τοιοῦτόν ἐστι καὶ ἐν* 'Οδυσσείᾳ (*α*. 168).

ΦΗΙCΙΝ *ἐλεύσεσθαι.*

καὶ τὸ (*ι*. 318.)

*εἰσόκε μοι μάλα πολλὰ πατὴρ ἀπο*ΔΩΙCΙΝ *ἔεδνα.*

κἀνταῦθα γὰρ ἀποδῷ. διὸ καὶ τὸ Ι *ἔχει προσκείμενον.* Uterque locus in libris nostris corruptus hinc in integrum restitutus est. Edebatur enim hic *ἀποδώσει*, illic *φήσει* vel *φησίν*.

Iam vides veram lectionem hanc esse: *εἴπερ γὰρ - φῇσιν*, id est *ἐὰν φῇ*. plane ut Iliad. A. 81.

*εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψ*HI.

id est *ἐὰν καταπέψῃ*, et alibi saepius. Simillimus autem locus est in Odyss. *α*. 168.

εἴπερ τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
φῇσιν ἐλεύσεσθαι.

ubi libri omnes, ut in nostro loco, *φήσει* pro *φῇσιν* exhibent.

Idem mendum Od. *π*. 282. exemit Bekkerus. Vulgabatur:

*ὁππότε κεν πολύβουλος ἐνὶ φρεσὶ θήσ*ΕΙ *'Αθήνη.*

optime correxit *θῇσιν*. vide et Aristarchum ad O. 359.

ὁππότ' ἀνὴρ σθένεος πειρώμενος ἧσι.

XLVII.

ΔΕΧΜΕΝΟC.

Habebat olim verbum *δέχομαι* in lingua Epica participium per syncopen contractum (quoniam formam *δεχόμενος* metrum non admittebat) in *δέχμενος*, cum compositis *ποτιδέχμενος* et *ὑποδέχμενος*, quae omnia *praesentis* temporis esse complures apud Homerum loci manifesto declarant. Nescio quo doctorum errore formae illae perierunt legiturque hodie *δέγμενος*, *ποτιδέγμενος*, *ὑποδέγμενος* in *aoristo* praeter poëtae sententiam. Supersunt tamen vestigia quaedam et indicia veri, quibus quis scienter usus Homeri locos restituat in integrum. Producam primum testem ex Etymologo M. p. 151. 59. quem Herodianum esse multa suadent ut credam. *'Αρχόμενος*, inquit, *καὶ κατὰ συγκοπὴν ἄρχμενος. — ἐνεστῶτός εἰσιν αἱ τοιαῦται μετοχαὶ συγκοπὴν παθοῦσαι λεγόμενος λέγμενος, ὀρόμενος ὄρμενος, δεχόμενος δέχμενος.* Disertum testimonium est. *Ἄρχμενος* semel et iterum legitur in Callimachi fragmentis. *Λέγμενος* apud Homerum non reperitur sed *καταλέγμενος* Odyss. *λ*. 62. *ἐν μεγάρῳ καταλέγμενος*, et *χ*. 196. *εὐνῇ ἔνι μαλακῇ καταλέγμενος*, quae sine controversia sunt participia *aoristi* *ἐλέγμην*, *λέκτο*, *λέξο*, *λέχθαι*, ut utriusque loci sententia liquido demonstrat. Sed *ὄρμενος* (quia metrum *ὀρόμενος* respuit) apud Home-

rum est *praesentis* temporis pro ὁρμώμενος, veluti P. 738. et Φ. 14. πῦρ – ὄρμενον ἐξαίφνης, et Λ. 326. πάλιν ὁρμένω, et 572. ὄρμενα πρόσσω. Sic δέχμενος quoque Homerus dixerat quoties sententia *praesens* tempus manifesto requirit, veluti Iliad B. 794.

ὃς Τρώων σκοπὸς ἷζε —
δέχμενος ὁππότε ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν Ἀχαιοί.

et I. 191.

Πάτροκλος — ἧστο σιωπῇ
δέχμενος Αἰακίδην ὁπότε λήξειεν ἀείδων.

sedebat uterque *exspectans* (προσδεχόμενος, προσμένων, προσδοκῶν) alter dum hostes advenirent, alter dum Achilles faceret cantandi finem. Utrobique προσδοκήσας cum sententia pugnat. Similiter Σ. 524.

δύο σκοποὶ εἵατο — δέχμενοι ὁππότε μῆλα ϝιδοίατο.

et in Odyss. υ. 385.

πατέρα προσεδέρκετο δέχμενος αἰεί
ὁππότε δὴ μνηστῆρσιν ἀναιδέσι χεῖρας ἐφήσει.

ubi vel αἰεί additum *praesentis* temporis notionem arguit Similiter in compositis. Iliad. H. 415.

οἱ δ' ἕατ' ἐν ἀγορῇ — ποτιδέχμενοι ὁππότ' ἄρ' ἔλθοι
Ἰδαῖος.

et I. 628.

οἵ που νῦν ἕαται ποτιδέχμενοι.

et K. 123.

ἀλλ' ἐμέ τ' εἰσορόων καὶ ἐμὴν ποτιδέχμενος ὁρμήν.

ubi neque εἰσιδών neque προσδεξάμενος habet locum. Eodem modo ὑποδέχμενος *praesentis* temporis est in Odyss. N. 310.

ἀλλὰ σιωπῇ
πάσχειν ἄλγεα πολλὰ βίας ὑποδέχμενος ἀνδρῶν.

et Π. 189. Omnibus his locis, et alibi passim, in libris est δέγμενος, ποτιδέγμενος, ὑποδέγμενος ab ἐδέγμην, ut in verbis Cyclopis Odyss. I. 513.

ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην
ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι.

id est προσεδόκησα, et aliis locis. Indicabo nunc formae antiquae reliquias quasdam et vestigia. Hesychius servavit Δέχμενος: προσδεχόμενος, sed idem post pauca: Δέγμενος: προσδεχόμενος, προσμένων, exhibet duplicemque olim scripturam

fuisse sic declarat. Ad Iliad. I. 191. annotatur in A. γράφεται καὶ δέΧμενος διὰ τοῦ Χ. Eadem discrepantia olim in perfecti forma observata est. Iliad. Θ. 296.

ἐκ τοῦ δὴ τόξοισι δεδεγμένος ἄνδρας ἐναίρεις.

ubi annotatur: οὕτως αἱ Ἀριστάρχου διὰ τοῦ Χ δεδεΧμένος, et Iliad. Ψ. 273.

ἱππῆας τάδ᾽ ἄεθλα δεδεγμένα κεῖτ᾽ ἐν ἀγῶνι.

ubi Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι τὸ δ ε δ ε γ μ έ ν α ἀντὶ τοῦ π ρ ο σ δ ε-χ ό μ ε ν α. et Didymus: διχῶς Ἀρίσταρχος δεδεΓμένος καὶ δεδεΧ-μένος. Apparet ex loci natura et Aristarchi interpretatione perfectum δέδεγμαι *praesentis* temporis naturam et notionem induisse, ut δεδέξομαι *futuri*, et δέδεξο *praesentis*, ut et δεδοκη-μένος. ut in Iliad. O. 730.

ἔνθ᾽ ἄρ᾽ ὅγ᾽ ἑστήκει δεδοκημένος.

id est παρατηρῶν *observans*, et E. 238.

τόνδε δ᾽ ἐγὼν ἐπιόντα δεδέξομαι.

quid aliud est δεδέξομαι quam simplex *futurum?* et vs. 228.

ἠὲ σὺ τόνδε δέδεξο.

quam aliam notionem δέδεξο habet quam *praesentis* imperativi?

Ubi igitur liquido constat δέχμενος cum compositis nonnisi *praesentis* temporis significationem in se continere eiusque formae memoriam ab idoneis testibus esse conservatam, dubitabimusne poëtae id tandem restituere quod ratio ubique suadet?

XLVIII.

῞ΗΚΕ — ΘΗΚΕ.

Editur in Odyssea duobus locis μ. 399. et ο. 477.

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ἕβδομον ἦμαρ ἐπὶ Ζεὺς Θῆκε Κρονίων.

abhorret a loci sententia ἐπιθεῖναι, sed expuncta literula emendandum: ἐπὶ Ζεὺς ῟Ηκε. Cf. K. 71.

Ζεὺς ἐπὶ γιγνομένοισιν ῞ΙΕΙ κακότητα βαρεῖαν.

Odyss. Σ. 136.

τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
οἷον ἐπ᾽ ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Nihil enim interest inter ἐπάγειν ἦμαρ et ἐφιέναι. Eadem confusio est inter ἧκε et θῆκε Iliad. O. 327. ubi in libris est:

ἐν γὰρ Ἀπόλλον Θῆκε Φόβον.

sed optime Bekkerus Ἧκε reposuit.

Comparandi sunt et hi loci: Od. α. 320.

τῷδ' ἐνὶ θυμῷ Θῆκε μένος καὶ θάρσος.

et γ. 76.

αὐτὴ γὰρ ἐνὶ Φρεσὶ θάρσος Ἀθήνη Θῆκεν.

et ν. 387.

πὰρ δέ μοι αὐτὴ ϛῆθι μένος πολυθαρσὲς ἐνεῖσα.

et Iliad. E. 125.

ἐν γάρ τοι ϛήθεσσι μένος πατρώϊον ἧκα.

XLIX.

ὌΨΕϹΘΕ.

Habet lingua Epica quasdam veteres aoristorum formas, in quibus sunt aoristi *primi* characteristicae et *secundi* aoristi vocales, ut in verbis ἄγειν καὶ Φέρειν. Ἄγειν habet ἄξετε pro ἀγάγετε.

Γ. 105. ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην.

Ω. 778. ἄξετε νῦν, Τρῶες, ξύλα Ϝάϛυδε.

ξ. 414. ἄξεθ' ὑῶν τὸν ἄριϛον.

et infinitivo ἀξέμεν et ἀξέμεναι.

Ψ. 111. οὐρῆας δ' ὄτρυνε καὶ ἀνέρας ἀξέμεν ὕλην.

Ω 663. τηλόθι δ' ὕλη Ἀξέμεν ἐξ ὄρεος,

Ψ. 50.

ὄτρυνον – ὕλην τ' ἀξέμεναι παρά τε σχεῖν ὅσσ' ἐπιεικές.

et in forma media ἄξοντο et ἄξεσθε Θ. 505. ἐκ πόλιος δ' ἄξεσθε βόας, cui versui respondet vs. 545.

ἐκ πόλιος δ' ἄξοντο βόας.

ab his distinguendae sunt formae similes futuri ἄξω et ἄξομαι.

Ψ. 221. ἀξέμεναι — ἔμελλον.

Ψ. 668. ἡμίονον δ' οὔ Φημί τιν' ἀξέμεν.

Φ. 316. ϝοικαδέ μ' ἄξεσθαι καὶ ἐϝὴν θήσεσθαι ἄκοιτιν.

Φ. 322. οὔ τί σε τόνδ' ἄξεσθαι ὀΐομαι.

Aoristi forma composita legitur Z. 53.

καὶ δή μιν τάχ' ἔμελλε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν
δώσειν ϝῷ θεράποντι καταξέμεν.

ubi δώσειν καταξέμεν dicitur ut alibi δῶκεν ἄγειν et καί σφωιν δὸς ἄγειν.

Φέρειν habet οἶσε (pro ἔνεγκε), οἰσέτω, οἴσετε.

χ. 106. οἶσε θέων.

χ. 481. οἶσε θέειον, γρηῦ.

T. 173. τὰ δὲ δῶρα — Ἀγαμέμνων οἰσέτω.

θ. 255. Δημοδόκῳ δέ τις — φόρμιγγα — οἰσέτω.

Γ. 103. οἴσετε ϝάρνε.

O. 718. οἴσετε πῦρ.

υ. 154. ἔρχεσθε κρήνηνδε καὶ οἴσετε θᾶσσον ἰοῦσαι.

et in infinitivo οἰσέμεν et οἰσέμεναι.

γ. 429. εἴπατε δ' εἴσω δμῳῇσιν — οἰσέμεν ὕδωρ.

Γ. 120. ϝάρν' ἐκέλευεν Οἰσέμεναι.

Ψ. 564. ἐκέλευσεν ἑταίρῳ Οἰσέμεναι.

θ. 399. et σ. 291.

δῶρα δ' ἄρ' οἰσέμεναι πρόεσαν κήρυκα ϝέκαςος.

μ. 10. ἑτάρους προΐην – οἰσέμεναι νεκρόν.

Futurum οἴσω habet οἴσετον E. 232. οἰσέμεν Σ. 191. et caeteras formas passim.

Eandem analogiam apud Homerum sequuntur δύσεο, καταδύσεο, καταβήσεο, ἐπιβήσεο, λέξεο, ὄρσεο et ὄρσευ, et in indicativo ἐδύσετο, ἀνεδύσετο, κατεδύσετο, ὑπεδύσετο. ἐβήσετο, βήσετο, ἐπεβήσετο, κατεβήσετο, ἀπεβήσετο. Has igitur vetustissimas Homerici sermonis formas librarii certo mendo vitiare iam olim solebant reponentes ex fallaci analogia A pro Є vel O. Pro ἄξεσθε βόας Θ. 505. optimi omnes ἄξασθε dederunt, et pro ἐκ πόλιος δ' ἄξοντο βόας (Θ. 545.) omnes servant ἄξαντο. Pro οἴσετε et ἄξετε (Γ. 103 et 105.) non deëst varia lectio οἴσΑτε et ἄξΑτε. In Aristonici scholio ad Θ. 545. in A. est: (ἡ διπλῆ ὅτι) τὸ ἄξΑντο οὐ τὸν μέλλοντα σημαίνει ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἄγοντο (leg. ἠγάγοντο). Compara scholion ad Θ. 505. ἡ διπλῆ ὅτι οὐ μέλλοντα σημαίνει τὸ ἄξεσθε ἀλλ' ἐν ἴσῳ τῷ ἄγετε et ad Γ. 105. ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἄξετε οὐ τὸν μέλλοντα σημαίνει ἀλλ' ἴσον τῷ ἄγετε. Quia solebant ἄξΑντο dare sententiae securi etiamnunc dederunt τὸ ἄξΑντο οὐ τὸν μέλλοντα σημαίνει. Et ἄξοντο quidem ex illotis scribarum manibus elapsum est, sed δύσΟντο periit Ψ. 739. ubi editur ex libris omnibus:

καί ῥ' ἀπομορξαμένω κονίην δύσΑντο χιτῶνας.

Etiam *ἄξαντο* est *in libris omnibus*, et tamen quis dubitat quin sit vitiosum et barbarum? *Δύσετο* et *δύσεο* satis ostendunt *δύσΟντο* verum esse et sine mora reponendum. Affine mendum est Σ. 376. in vulgaribus libris:

ὄφρα τοι αὐτόματοι θεῖον δυσΑΙατ' ἀγῶνα.

in melioribus et apud Grammaticos est aut *δύσονται* (ut H. 298.) aut *δύσωνται*. *Δυσαίατο* non minus est barbarum quam *δύσαντο*. Apud seros Graeculos pro *-έδυν* natum est *-εδυσάμην*, *ἀπόδυσαι* pro *ἀπόδυθι*, *ἐνδύσασθαι* pro *ἐνδῦναι* et similia.

Inter *-σετο* et *-σατο* in talibus ambigebant etiam, ut videtur, Critici veteres. Est annotatio in Veneto B. ad B. 35. *ἀπεβήσετο: ὁ μὲν Ζηνόδοτος διὰ τοῦ Ε γράφει, ὃ καὶ ἄμεινον. οἱ δὲ ἄλλοι διὰ τοῦ* A. sed sublestae admodum fidei est et testis et testimonium. Peius est etiam quod in eodem Codice additur: *εἰ* ΜΕΝ *ἀντὶ τοῦ ἀπέβαινε παρατατικοῦ διὰ τοῦ* Α *γραπτέον ἀπεβήσατο. οὕτως Ἐπαφρόδιτος*, cuius sententiam primum supple et emenda in hunc modum *διὰ τοῦ* (Ε *γραπτέον*), *εἰ* ΔΕ *ἀντὶ τοῦ ἀπέβη ἀορίστου διὰ τοῦ*) Α *ἀπεβήσατο*. Argutiae hae sunt et contemnendae, sed ostendunt duplicem in talibus scripturam circumferri. Certior est fides scholii ad K. 513. *ἐπεβήσετο: οὕτως Ἀρίσταρχος, ἄλλοι δὲ ἐπεβήσατο.* Sed vehementer dubito de iis, quae leguntur ad Γ. 262. *βήσετο: προκρίνει μὲν τὴν διὰ τοῦ* Ε *γραφὴν βήσετο, πλὴν οὐ μετατίθησιν ἀλλὰ διὰ τοῦ* Α *γράφει Ἀρίσταρχος.*

Quid? an Aristarchus lectionem manifesto barbaram, non minus quam *δύσαντο* et *ἄξαντο*, retinuit quum veram et probam *διὰ τοῦ* Ε haberet ob oculos? Cras credam, sed hodie nihil. Potuitne Aristarchum fugere analogia tam aperta ac frequens in *δύσετο δ' ἠέλιος*, *ἀνεδύσετο*, *κατεδύσετο*, *ὑπεδύσετο* et *βήσεο*, *ἀπεβήσετο*, *ἐπεβήσετο*, *κατεβήσετο*, et *ἄξοντο*, *ἄξεσθε*, et *λέξεο* (I. 617.) et *ὄρσεο*, *ὄρσευ* (Γ. 250. *ὄρσεο, Λαομεδοντιάδη*, et saepius alibi)? Imponit iterum nobis nescio cuius Grammatici error, a quo caveamus censeo

Latet adhuc apud Homerum una et altera forma illis, quas enarravimus, similis. Considera mihi primum diligenter hos duos Poëtae locos. Iliad. Ω. 357.

ὄψεσθε, Τρῶες καὶ Τρῳάδες, Ἕκτορ' ἰόντες,
εἴποτε καὶ ζώοντι μάχης ἐκ νοστήσαντι

χαίρετ', ἐπεὶ μέγα χάρμα πόλει τ' ἦν παντί τε δήμῳ.
et Odyss. θ. 311.

ἀλλ' ὄψεσθ' ἵνα τώγε καθεύδετον ἐν λεχέεσσιν
εἰς ἐμὰ δέμνια βάντες· ἐγὼ δ' ὁρόων ἀκάχημαι.

quid est utroque loco *ὄψεσθε*? Futurumne? fieri non potest: sententia clamat esse *imperativum ἴσον τῷ ἴδετε conspicite: ὄψεσθε* ut *ἄξεσθε*. Olim hoc perspexerat Herodianus, in Etymolog. M. 646, 19. *τὸ δὲ „ὄψεσθε Τρῶες καὶ Τρῳάδες Ἕκτορα" ἐνεστῶτα εἶναί φησιν Ἡρωδιανός — οὐ γὰρ μαντεύεται ἀλλ' ἀντὶ τοῦ Ἴδετε. καὶ πάλιν·*

ἀλλ' ὄψεσθ' ἵνα τώγε καθεύδετον.

Quo minus dubites proferam eiusdem imperativi alterum exemplum in vetusto mendo delitescens, unde agnosci non potuit. Apud Hesychium est: *Ὄψοι δὲ βλέψον ὅρασιν.* Emenda: *Ὄψεο: ἰδέ, βλέψον, ὅρα.* Eodem plane modo *ὄψεο* formatum est atque *βήσεο* et *δύσεο* et duae formae *ὄψεο* et *ὄψεσθε σὺν δύ' ἐρχομένω* certiorem fidem et auctoritatem habebunt.

Subnata mihi olim suspicio est alteram eiusdemmodi formam in mendo latere Iliad. Ψ. 263.

θῆκε γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα ϝέργα ϝιδυῖαν
τῷ πρώτῳ.

Nam hiatus quidem ille nullo modo ferendus: in *tertio* pede post trochaicam caesuram habet aliquid excusationis, in *secundo* non item. Saepius igitur cogitavi de antiquo aoristo *ἀξέσθαι* reponendo, sed inclino nunc magis in hanc sententiam ut rescribatur: *δῶκε γυναῖκ' ἈΓαγέσθαι*, ut est Iliad. Σ. 86.

εἴθ' ὄφελες σὺ μὲν αὖθι μετ' ἀθανάτῃς ἁλίῃσι
ναίειν, Πηλεὺς δὲ θνητὴν ἀγαγέσθαι ἄκοιτιν.

L.

ἮΗ MEN NON ἦ μήν.

Iliad. A. 76.

σὺ δὲ σύνθεο καί μοι ὄμοσσον
ἦ MEN μοι πρόφρων ϝέπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν.

Bekkerus *ἦ μήν* de suo substituit errore manifesto. Quemadmodum enim Athenienses summa constantia *ὄμνυμι ἦ μήν* dice-

bant, sic Homerus ubique in ea re *ἦ μέν* et *μὴ μέν* dare solet. Scholion in A ad l.l. Η ΜΕΝ - *κεῖται ἀντὶ τοῦ ἦ μήν, ὅπερ ἐςὶν ὁρκικὸν ἐπίρρημα, ὅπερ ὁ ποιητὴς* 'ΑΕΙ *διὰ τοῦ* Ε *προφέρεται.*

ἦ μὲν τοὺς ἵππους τε καὶ ἅρματα (Κ. 322).

ἦ μὲν ἐμοὶ δώσειν (Ξ. 271).

et ad Ι 57.

ἦ μὲν καὶ νέος ἐσσί.

Didymus: *διὰ τοῦ* Ε *αἱ 'Αριςάρχου ἦ* ΜΕΝ.

Controversiam hanc metrum dirimit. Τ. 261.

ϝίςω νυν Ζεύς —

μὴ ΜΕΝ *ἐγὼ κούρῃ Βρισηΐδι χεῖρ' ἐπενεῖκαι.*

Ξ. 275.

ἄγρει νύν μοι ὄμοσσον

ἦ ΜΕΝ *ἐμοὶ δώσειν Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων.*

Itaque reponendum Κ. 322.

καί μοι ὄμοσσον

ἦ μὲν τοὺς ἵππους τε καὶ ἅρματα — δώσειν.

Κ. 330.

ϝίςω νυν Ζεὺς αὐτός —

μὴ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνὴρ ἐποχήσεται ἄλλος.

Τ. 109.

εἰ δ' ἄγε νύν μοι ὄμοσσον

ἦ μὲν τὸν πάντεσσι — ϝανάξειν.

Od. δ. 253.

ὤμοσα καρτερὸν ὅρκον

μὴ μὲν πρὶν 'Οδυσῆα μετὰ Τρώεσσ' ἀναφῆναι.

Od. ξ. 160.

ϝίςω νυν Ζεύς

ἦ μέν τοι τάδε πάντα τελείεται ὡς ἀγορεύω.

ubi *τελείεται* futurum est pro *ἀποβήσεται καὶ τέλος ἕξει*, ut *καλεῖσθαι.* in Aristophanis *Lysistrata* 100.

οἶμαί ποτε Λυσιμάχας ἡμᾶς ἐν τοῖς Ἕλλησι καλεῖσθαι.

id est *κεκλήσεσθαι.*

Eadem Herodoti ratio est, veluti II. 179. *χρῆν ὀμόσαι μὴ* ΜΕΝ *ἑκόντα ἐλθεῖν.* et v. 106. *θεοὺς ἐπόμνυμι τοὺς βασιληΐους μὴ* ΜΕΝ *πρότερον ἐκδύσεσθαι τὸν ἔχων κιθῶνα καταβήσομαι ἐς 'Ιωνίην.* et passim alibi. vid. Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 471.

Etiam *γε* ΜΕΝ Homericum est, non *γε* ΜΗΝ. Iliad Ω. 642.

πάρος γε MEN οὔτι πεπάσμην.

Od. δ. 195.

νεμεσσῶμαί γε MEN οὐδέν.

Iterum Bekkerus perperam *μήν* pro *μέν* dedit Od. ε. 206. ubi legendum:

εἰ MEN ϝειδείης σῇσι φρεσὶν ὅσσα τοι αἶσα
κήδε' ἀναπλῆσαι.

LI.

Iliad. B. 53.

βουλὴ δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων
Νεστορέῃ παρὰ νηΐ.
τοὺς ὅγε συγκαλέσας πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν.

Grammatici certant utrum *βουλὴν ἷζε* an *βουλή* sit scribendum. Didymus: *αἱ πλείους καὶ χαριέστεραι δίχα τοῦ N βουλΗ, καὶ ἡ 'Αριστοφάνους, ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς καὶ τῇ Ζηνοδοτείῳ βουλΗΝ. 'Αστειοτέρα δὲ ἡ χωρὶς τοῦ N καὶ 'Αρισταρχειος.* Cur sit ea lectio potior neque dixit neque ex ipso loco colligitur. Contra *βουλὴν ἷζε* et *συγκαλέσας* sibi inter se respondent. Agamemnon militibus concionem indicit et dum congregantur *primum* senes in concilium convocat. *Βουλὴ δὲ πρῶτον ἷζε* ita dicitur quasi seniores ultro in concilium convenissent, quod neque usitatum erat et redarguitur verbis *τοὺς ὅγε συγκαλέσας.* Eodem redit *ἷζε βουλήν* et *συνεκάλει, συνέλεγε, συνήθροιζε.* Aristophanes *Vesp.* vs. 303.

ἢν μὴ τὸ δικαστήριον ἄρχων καθίσῃ.

et sic Homerus quoque Odyss. β. 68.

ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει ἠδὲ καθίζει.

Apud eosdem *καθίζειν* intransitive pro *καθέζεσθαι* poni solet: *ὁ δικαστὴς καθίζει iudex it sessum.* In Aristophanis *Thesmophor.* vs. 79.

καὶ πῶς; ἐπεὶ νῦν γ' οὔτε τὰ δικαστήρια
μέλλει δικάζειν, οὔτε βουλῆς ἐσθ' ἕδρα.

nondum poenitet correxisse *μέλλει* ΚΑΘΙ*ζειν.*

LII.

Iliad. Ξ. 199.

Editur:

δός νύν μοι Φιλότητα καὶ ἵμερον ᾧ τε σὺ πάντας
δαμνᾷ ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους

forma *δαμνᾷ* veteres et fide dignos testes non habet. Sequiores magistri aut cum *πειρᾷ ἐμεῖο γεραιέ* (Iliad. Ω. 390) aut *ἀποκοπὴν τοῦ δάμνασαι Δωρικῶς* esse nugantur. Non recte *πειρᾶσθαι* et *δάμνασθαι* componuntur, et *ἀποκοπή* non minus inane est atque *Δωρικῶς* falsum. Multo melioribus numeris et Homero dignioribus antiquitus scriptum fuisse suspicor: *δάμνα*CAI *ἀθανάτους*, ut Λ. 308.

σκίδναται ἐξ ἀνέμοιο.

Nihil interest apud Homerum inter *δάμνημι* et *δάμναμαι*. Odyss. ξ. 488.

ἀλλά με χεῖμα Δάμναται, οὐ γὰρ ἔχω χλαῖναν.

LIII.

Iliad. N. 728.

Retinuit Bekkerus vulgatam scripturam hanc:

οὕνεκά τοι περὶ δῶκε θεὸς πολεμήϊα ϝέργα
τούνεκα καὶ βουλῇ ἐθέλεις περιϝίδμεναι ἄλλων.

postquam vera lectio dudum erat a Bentleio reperta, qui quum in libris esset *περι*ΕΜΜ*εναι* optime emendavit:

*καὶ βουλ*HN *ἐθέλεις περιέμμεναι ἄλλων.*

ut poëta in tali re consuevit dicere, veluti Α. 258.

οἳ περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὲ μάχεσθαι.

ubi olim eadem erat lectionis discrepantia *διὰ τοῦ* N *βουλ*HN *οὐ διὰ τοῦ* I (*βουλ*HI) *οὕτως Ἀρίσταρχος*. Aristarchus collegerat Homericam *συνήθειαν* ex Odyss. σ. 247.

περίεσσι γυναικῶν ϝεῖδός τε μέγεθός τε.

et α. 66.

περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν.

et τ. 326.

γυναικῶν ἀλλάων περίειμι νόον.

Ut Agamemno exprobrat Achilli:

ἀλλ' ὅδ' ἀνὴρ ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων.

A. 287. sic nunc Polydamas Hectori:

τούνεκα καὶ βουλὴν ἐθέλεις περιέμμεναι ἄλλων.

Simili modo dictum est P. 279. et λ. 550.

ὃς περὶ μὲν ϝεῖδος, περὶ δ' ἔργα τέτυκτο.

LIV.

Iliad. E. 412.

Restituendus est naturae ordo in his versibus:

412. *μὴ δὴν Αἰγιάλεια περίφρων 'Αδρηστίνη*
413. *ἐξ ὕπνου γοόωσα φίλους ϝοικῆας ἐγείρῃ*
414. *κουρίδιον ποθέουσα πόσιν τὸν ἄριστον 'Αχαιῶν.*
415. *ἰφθίμη ἄλοχος Διομήδεος ἱπποδάμοιο.*

Non potuit versus 415 magis importuna sede collocari post *κουρίδιον ποθέουσα πόσιν*. Transponendus ergo est in sedem suam post vs. 412.

μὴ δὴν Αἰγιάλεια περίφρων 'Αδραστίνη
ἰφθίμη ἄλοχος Διομήδεος ἱπποδάμοιο.

LV.

ΕΙϹΕΤΑΙ — ΕϹϹΕΤΑΙ.

Editur Odyss. δ. 195.

ἀλλὰ τάχ' ἠὼς ἔ σ σ ε τ α ι ἠριγένεια.

et ο. 50.

Τηλέμαχ', οὔπως ἔστιν
νύκτα διὰ δνοφερὴν ἐλάαν· τάχα δ' ἔσσεται ἠώς.

quod his continuo respondet vs. 56.

ὣς ἔφατ', αὐτίκα δὲ χρυσόθρονος ΗΛΥΘΕΝ ἠώς.

recta ducit ad veram lectionem *τάχ' ἠὼς* ΕΙ*σεται*, et *τάχα δ'* ΕΙ*σεται ἠώς*. Homerus enim promiscue formis *εἴσεται* et *εἶσι* utitur in simplici verbo et in compositis. Affine his vitium latet in Odyss. ψ. 371.

ἤδη γὰρ Φάος Ἥεν *ἐπὶ χθόνα*,

sed tu revoca fugitivam literulam ac rescribe ᾜΙεν (ἤϊεν) *ἐπὶ χθόνα*, quod propter *ἐπὶ χθόν*A (non *χθονί*) necessarium est.

Saepius Aristarchus pro *ἤεν* reposuit *ἦεν*, veluti Odyss. Σ. 253.

μετὰ τοῖσι δ' ἐμὸς πόσις ἤεν Ὀδυσσεύς.

ubi Didymus: *ἦεν σὺν τῷ* I *Ἀρίσαρχος καὶ Ἀρισοφάνης ἀντὶ τοῦ ἦεν* corrige *ἀντὶ τοῦ ἤει*. Promiscue apud Homerum *ἤϊεν* et *ἦεν* poni solent.

LVI.

ΧΑCΜΩΔΙΑΙ — INTOLERABILES.

In Homeri versibus, quorum nemo est testis et auctor praeter Codices qui hodie supersunt, saepe invenias immanes hiatus non cantorum veterum incuria sed scribarum sequioris aetatis socordia natos et probabili emendatione removendos, veluti in Iliad. Ψ. 71.

θάπτε με ὅττι τάχισα πύλας Ἀϝίδαο περήσω.

ubi non tantum turpiter hiant numeri in *με ὅττι*, sed etiam omnis verborum compositio claudicat. Quid est enim *περήσω* et unde pendet? Optime omnia se habebunt ubi correxeris:

*θάπτε μ' ὅ*ΠΩC ῍ΩK*ισα πύλας Ἀϝίδαο περήσω.*

Non minus foeda est vulgata lectio Odyss. λ. 144.

ϝειπέ, ϝάναξ πῶς κέν με ἀναγνοίη τὸν ἐόντα.

sed facili negotio restituentur numeri sic

῍ΟΠ*πως κέ μ' ἀναγνοίη τὸν ἐόντα.*

In eodem Odysseae libro λ. 52. non minus molestus hiatus est in verbis:

οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο ὑπὸ χθονός.

quae aures ferre possunt in mollissimo carmine Homerico *ἐτέθαπτο ὑπό*? Quid igitur? Repone praepositionem in tali re usitatam:

οὐ γάρ πω ἐτέθαπτο KATA *χθονός.*

et res salva erit.

LVII.

Odyss. δ. 811.

Editur:

οὔτι πάρος γε
πώλε' ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἀπόπροθι δώματα ναίεις.

pro πώλε' in Harleiano est πώλεαι. Scribe πωλέαι ἐπεὶ μάλα πολλόν, ut μυθέαι β. 202. et ἐντύνεαι ἐπεί ζ. 33. Πάρος γε et πάρος γε μέν eo sensu apud Homerum cum *praesenti* tempore componi solent. Iliad. Σ. 386. et 425. et Odyss. ε. 88.

πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις.

Iliad. A. 553.

καὶ λίαν γε πάρος γ' οὔτ' εἴρομαι οὔτε μεταλλῶ.

M. 346.

ὧδε γὰρ ἔβρισαν Λυκίων ἀγοὶ, οἳ τὸ πάρος περ
ζαχρηεῖς τελέθουσι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας.

P. 720.

οἳ τὸ πάρος περ μίμνομεν ὀξὺν Ἄρηα.

O. 257.

ὅς σε πάρος περ Ῥύομαι.

Od. η. 201.

αἰεὶ γὰρ τὸ πάρος γε θεοὶ Φαίνονται ἐναργεῖς.

Iliad. Υ. 123.

οἳ τὸ πάρος περ — ἀμύνουσιν.

Itaque et in Iliad. X. 303.

οἵ με πάρος περ
πρόφρονες εἰρύατΟ. νῦν αὖτέ με μοῖρα κιχάνει.

reponendum esse apparet εἰρύαΤΑΙ. In his omnibus continetur notio μέχρι τοῦ νῦν, ut luculenter apparet e versiculo Odyss. ι. 448.

οὔτι πάρος γε λελειμμένος ἔρχεαι οἶος.

unde *praesentis* temporis usus sponte nascitur. Nihil prorsus interest inter πάρος γε μὲν οὔτι θαμίζεις, et οὔτι πάρος γε πωλέαι.

LVIII.

ἈΧΑΥΣ — ἌΧΟΣ.

Manifestum mendum obsidet Homeri locum Υ. 282.

ὁ δ' ἀλευάμενος δόρυ μακρόν
ἔςη, κὰδ δ' ἄχος ϝοι χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσιν.

non enim magis οἱ pro ϝοι in lingua Homerica poni potest quam Latine *Ibi* pro *Sibi*. Sententia loci lucis aliquid affert: non enim *moeror* offusus est oculis, sed *caligo*, *tenebrae* ex animi consternatione. Ergo olim fuisse suspicor:

κὰδ δ' ἀχΛΥC χύτο μυρίΗ ὀφθαλμοῖσιν.

LIX.

ϝέλπομαι.

ϝέλπομαι apud Homerum ubique τοῦ δίγαμμα indubitata servat vestigia. I. 40.

οὕτω που μάλα ϝέλπεαι.

I. 371.

ἤ τινά που Δαναῶν ἔτι ϝέλπεται ἐξαπατήσειν.

M. 261.

τὰς οἵγ' ἀϝϝέρυον ϝέλποντο δὲ τεῖχος Ἀχαιῶν ῥήξειν.

N. 309.

ἐπεὶ οὔ ποθι ϝέλπομαι οὕτως.

O. 288.

ἦ θήν μιν μάλα ϝέλπετο θυμὸς ἑκάςου.

P. 406.

ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ϝέλπετο πάμπαν.

in uno loco inseruerunt otiosam literulam Σ. 195.

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὅ Δ' ἔλπομ' ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ.

pro antiqua lectione:

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὃ ϝέλπομ' ἐνὶ πρώτοισιν ὁμιλεῖ.

Hinc saepe τὸ 'Ε praefigitur, ut solet. K. 105.

ἐκτελέειν ὅσα πού νυν ἐϝέλπεται.

ubi Bekker. ϝέλπεται scribens versum κακόμετρον et immodulatum reddidit [1]).

---

1) Eadem est numerorum labes Odyss. π. 249.

ἐκ δὲ Σάμης πισυρεσκαιϝείκοσι φῶτες ἴασιν.

emenda: πισυρεσκαιΕϝείκοσι.

N. 813.

θυμὸς ἐϝέλπεται ἐξαλαπάξειν.

Θ. 196.

εἰ τούτω γε λάβοιμεν ἐϜελποίμην κεν Ἀχαιούς – νηῶν ἐπιβησέμεν.

P. 488.

τώ κεν ἐϜελποίμην αἱρησέμεν.

et sic constanter alibi.

Perfectum igitur, quod praesentis temporis notionem habet, est ϝέϝολπα, non ἔϝολπα, ut aliquoties Bekkerus edidit. Sed non magis ἔϜολπα Graecum est (aut ἔϜοργα aut ἔϜοικα, quae et ipsa apud Bekkerum saepenumero leguntur) ac si quis pro μέμονα aut γέγονα vellet Ἔμονα aut Ἔγονα dicere. Itaque sicubi ἔϜολπα nunc scribi videmus aut scribae nobis imponunt aut sequiorum temporum διασκευασταί, qui linguae Epicae ignari carmina Homerica emblematis interpolarunt.

Est operae pretium Poëtae locos ordine proponere et qui integri et intacti sunt et qui aliquam labem conceperunt. Odyss. β. 275.

οὔ σέγ' ἔπειτα ϜέϜολπα τελευτήσειν ἃ μενοινᾷς.

γ. 375.

οὔ σε ϜέϜολπα κακὸν καὶ ἄναλκιν ἔσεσθαι.

ε. 379.

ἀλλ' οὐδ' ὧς σε ϜέϜολπα ὀνόσσεσθαι κακότητος.

haec igitur proba et emendata sunt. Facillimo autem negotio restituuntur haec: Φ. 317.

ἐνὶ στήθεσσιν ἔϜολπεν.

υ. 328. et Φ. 96.

θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἐϜώλπει.

Nec maiore molimine corrigitur X. 216.

νῦν δὴ νῶϊ Γ' ἔϜολπα — οἴσεσθαι μέγα κῦδος.

nam γε plane otiosum est. Non tam leni manu restituentur reliqua θ. 315.

οὐ μέν σφεας ἜΤ' ἔϜολπα μίνυνθά γε κειέμεν οὕτως.

non est tamen violenta correctio haec:

οὐ μέν σφεας ΤΙ Ϝέϝολπα.

et Τ. 186.

εἴ κεν ἐμὲ κτείνῃς, χαλεπῶς δὲ C' ἔϜολπα τὸ ῥέξειν.

quia pronomen non est prorsus necessarium olim fuisse videtur:

χαλεπῶς δὲ ϝέϝολπα τὸ ῥέξειν.

et Φ. 583.

ἦ δή που μάλ' ἔϝολπας — πόλιν πέρσειν.

revocari poterit forma Homerica:

ἦ μάλα δή τι ϝέϝολπας.

Omnem huiuscemodi correctionem respuit versiculus ω. 313.

θυμὸς δ' ἔτι νῶΙΝ ἐϝώλπει — μίξεσθαι ξενίῃ.

sed ea pars carminis conflata est eo tempore quum omnis τοῦ δίγαμμα et usus et memoria plane esset obsoleta et abolita.

Leve mendum incuria a Bekkero neglectum est Η. 310.

ἀελπτέοντες σόον εἶναι.

pro ἀϝελπτέοντες. Ex prisco ϝέλπομαι natum est ἄϝελπτος et ἀϝελπτέω. Antiquissimi post Homerum Iones dicebant ut Archilochus: χρημάτων ἄελπτον οὐδέν. et ἐξ ἀελπτίης φόβος, et Herodotus VII. 168. ἀελπτέοντες τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι. In Homeri libris mendosissime legitur ἀελπέοντες. Olim proba forma reposita est sed habebat digamma ἀϝελπτέοντες.

LX.

In loco Iliados Ο. 69., quem Aristarchus spurium esse et παρεμβεβλημένον invictis argumentis demonstravit, duo latitant menda non ab interpolatore sed a scribis profecta. Prius in vs. 69.

ἐκ τοῦ δ' ἄν τοι ἔπειτα παλίωξιν παρὰ νηῶν
αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι διαμπερές.

alterum in vs. 72.

τὸ πρὶν δ' οὔτ' ἄρ' ἐγὼ παύω χόλον οὔτε τιν' ἄλλον
ἀθανάτων Δαναοῖσιν ἀμυνέμεν ἐνθάδ' ἐάσω.

Jupiter futurarum rerum exitum pandit: cur ergo non dixit παύCω χόλον? Diserto Aristarchi testimonio retinemur, οὕτως Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ C παύω. Sed tamen sententia, dixeris, futurum postulat ut statim οὔτε ἐάσω. Memores Homericae consuetudinis rescribemus: οὔτ' ΑΝ ἐγὼ παύω χόλον, namque ἂν παύω est παύσω, ut ἐγὼ δέ κ' ἄγω est ἐγὼ δ' ἄξω, et ἐγὼ δέ κέ τοι ϝιδέω χάριν est ἐγὼ δέ σοι χάριν εἴσομαι, et passim eiusdem syntaxeos exempla leguntur.

Itaque et in praecedenti loco vitium idem eadem medicina sanandum et pro ἐκ τοῦ δ' ἂν - παλίωξιν παρὰ νηῶν αἰὲν ἐγὼ τεύχΟΙμι futuri temporis significatio ita instauranda est ut rescribatur ἂν - τεύχΩμι. Saepius in Homeri carminibus coniunctivi forma producta in - ΩΜΙ ab indoctis scribis in - ΟΙΜΙ reficta ac depravata est, quae nunc quidem plerisque locis ab interitu vindicata est. Tribus locis Ε. 279. Η. 243. et χ. 7. nunc recte legitur εἴ κε τύχΩΜΙ. similiter Σ. 63. nunc emendate legitur ἀλλ' εἶμ' ὄφρα ϝίδΩΜΙ, et Ω. 717. ἐπὴν ἀγάγΩΜΙ δόμονδε, et Ι. 414. εἰ δέ κε ϝοίκαδ' ἵκΩΜΙ. et Od. χ. 392. ὄφρα ϝέπος ϝείπΩΜΙ. et Odyss. τ. 489. ὁππότ' ἂν ἄλλας - κτείνΩΜΙ γυναῖκας, et φ. 348. εἴ κ' ἐθέλΩΜΙ.

Tanta oblivione tamquam situ obrutae erant hae antiquae formae, ut nisi Scholia Veneta et Eustathius aliquot locis eas memorassent omnis earum memoria abolita fuisset. Accedit nunc testimonium Harleiani Codicis ad Odyss. π. 79. πλεονάζει τὸ ΜΙ ὡς κτείνωμι, ἀγάγωμι, τύχωμι.

Latent eiusdem modi formae veteres et scribis prorsus incognitae etiam alibi, quas admonitus aliquis protrahet in lucem.

LXI.

Editur Iliad. Λ. 272.

ὣς ὀξεῖ' ὀδύναι δῦνον μένος 'Ατρεΐδαο.

sed fieri non potest ut in ὀξεῖαι diphthongus αι elidatur. Simplicissimum est restituere: ὣς ὀξεῖ' ὀδύνΗ δῦνΕν μένος, quia perinde bene ὀδύνη in ea re dicitur et ὀδύναι. Iliad. Λ. 398.

ὀδύνη δὲ διὰ χροὸς ἦλθ' ἀλεγεινή.

et Ο. 25.

ἐμὲ δ' οὐδ' ὣς θυμὸν ἀνίει 'Αζηχὴς ὀδύνη.

Est etiam altera ratio qua certum mendum eximas. Praecedit enim vs. 268.

ὀξεῖαι δ' ὀδύναι δῦνον μένος 'Ατρεΐδαο.

quem versum nihil opus erat post comparationem iterari.

LXII.

'ΑΔΑΗΜΟΣΥΝΗ.

Legitur in Odyss. Ω. 244.

ὦ γέρον, οὐκ ἀδαημοΝΙΗ σ' ἔχει ἀμφιπολεύειν
ὄρχατον.

sed barbara est forma ἀδαημονίη. Est adiectivum ἀδαήμων frequens apud Homerum, veluti Odyss. ρ. 283.

οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων οὐδὲ βολάων.

Iliad. E. 634.

τίς τοι ἀνάγκη
πτώσσειν ἐνθάδ' ἐόντι μάχης ἀδαήμονι φωτί;

Ex ἀδαήμων certa analogia ἀδαημοσύνη nascitur, ut centena ex talibus sine ulla exceptione, et ἀδαημονίη tam perversum est ac si quis ex δαίμων εὐδαίμων κακοδαίμων εὐδαιμοσύνη et κακοδαιμοσύνη formare vellet. Rem extra omnem controversiam ponet Apollonius Sophista pag. 32.

'Αδαήμονες: ἄπειροι.
ὦ φίλοι, οὐ γάρ πώ τι κακῶν ἀδαήμονες εἰμέν.

(Odyss. μ. 208). καὶ ἀδαημοσύνη ἡ ἀπειρία.

ὦ γέρον, οὐκ ἀδαημοσύνη σ' ἔχει ἀμφιπολεύειν
ὄρχατον.

ut nulla esse possit de huius lectionis veritate dubitatio.

Homerica sunt ἀδαήμων et ἄϊδρις, et post Homerum ἀδαής, ut ἀβακήμων et ἀβακής. Vitiosa scriptura 'Αδαημονίη quamquam manifesto barbara tamen in Hesychiana λέξει circumfertur:

'Αδαήμονας: — ἀπείρους.
'Αδαημονίη: ἀπειρία.

unde apparet quam sit vetus error, sed nihil est vera lectione ἀδαημοσύνη antiquius.

LXIII.

'ΑΛΟΙΗ — 'ΑΛΩΙΗ.

In Odyss. ο. 300. Bekkerus edidit:

ὁρμαίνων ἤ κεν θάνατον φύγοι ἤ κεν ἁλῴη.

et turpi mendo ex Graeculorum socordia nato poëtam inquinavit. Repetam rem paulo altius. Sunt quatuor aoristi eiusdem analogiae δοῦναι, γνῶναι, ἁλῶναι et βιῶναι, quibus sexcenties Graeci omnes utuntur. Βιῶναι apud Homerum rarius legitur: βιῶναι est Iliad. K. 174. nobili loco:

νῦν γὰρ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵςαται ἀκμῆς
ἢ μάλα λυγρὸς ὄλεθρος Ἀχαιοῖς ἠὲ βιῶναι.

et aliis locis. Βιώτω semel tantum legitur Iliad. Θ. 429.

τῶν ἄλλος μὲν ἀποφθίσθω, ἄλλος δὲ βιώτω.

plura non occurrunt apud poëtam, sed in Atticis passim. Reliqua et apud Homerum et apud Athenienses sunt μυριόλεκτα.

Optativorum forma est sine ulla varietate δοίην, γνοίην, ἁλοίην et βιοίην (διαβιοίην, ἀναβιοίην). In coniunctivis Homero et Atticis communes sunt formae omnes δῶ, γνῶ, ἁλῶ, sed lingua Epica habet plures alias: non tantum δῷ sed etiam δῷσι, δώῃ et δώῃσι. A. 129. α. 379. β. 144.

αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῷσι.

Z. 527. μ. 216.

αἴ κέ ποθι Ζεὺς δώῃ.

et I. 362. εἰ δέ κεν εὐπλοϝίην δώῃ.

et H. 81. εἰ δέ κε – δώῃ. 292. εἰς ὅ κε – δώῃ. Θ. 287. εἴ κέν μοι – δώῃ. et alibi. Forma δώῃσι legitur A. 324. εἰ δέ κε μὴ δώῃσι. M. 275. εἴ κε Ζεὺς δώῃσι.

Tertia pluralis non tantum est ut in Attica δῶσι Γ. 66. ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσι, sed etiam δώωσιν. A. 137. εἰ δέ κε μὴ δώωσιν. et I. 136 et 278 εἰ δέ κεν – θεοὶ δώωσ' ἀλαπάξαι.

Eadem prorsus omnia formantur ex γνῶναι. γνοίην, γνοίης, γνοῖεν, et γνῶ, γνῷς, γνῷ, quibus formae Epicae accedunt:

γνώω. ξ. 118. εἴ κέ ποθι γνώω.

γνώομεν. π. 304. γνώομεν ἰθύν.

γνώωσι. A. 302. ἵνα γνώωσι καὶ οἵδε.

Itaque eadem plane analogia ex ἁλῶναι format ἁλοίην et ἁλῶ, ἁλῷς, ἁλῷ, formasque Epicas ἁλώω ((ut γνώω) et ἁλώῃ (ut δώῃ). Inspiciamus nunc Homeri locos in editione Bekkeri:

Λ. 405. εἴ κε ϝαλώω.

σ. 265. ἤ κεν ἁλώω. scribe ἤ κε ϝαλώω.

I. 592. τῶν ϝάςυ ϝαλώῃ.

Ξ. 81.

βέλτερον ὅς Φεύγων προΦύγῃ κακὸν ἠὲ ϝαλώῃ.

P. 506. *ἤ κ' αὐτὸς ἐνὶ πρώτοισι ϝαλώῃ.*

haec omnia habent optime *ϝαλώω*, *ϝαλώῃς*, *ϝαλώῃ*, sed vitiosa scriptura est apud Bekkerum et Odyss. *ο*. 300.

ὁρμαίνων ἤ κεν θάνατον Φύγοι ἤ κεν ἁλῴη.

et *ξ*. 183. *ἤ κεν ἁλῴη ἤ κε Φύγοι.* Namque optativi forma sine ulla controversia est *ἁλΟΙην*, ut *δοίην*, *γνοίην* et *βιοίην*, et exstat proba et sincera forma X. 253.

ἕλοιμί κεν ἤ κε ϝαλοίην.

Itaque bis emendandum in Odyssea *ἤ κεν θάνατον Φύγοι ἤ κε ϝαλοίη*, et *ἤ κε ϝαλοίη ἤ κε Φύγοι.* Simul est operae pretium animadvertere quae sit corruptelae origo et fons. Graeculi sequiores ut alia sexcenta peccabant contra morem maiorum, ita has quoque formas *διδοίην*, *δοίην*, *γνοίην*, *ἁλοίην* et *βιοίην constanter* vitiare coeperunt *διδῴην* dicentes et *δῴην*, *γνῴην*, *ἁλῴην* et *βιῴην* contra analogiam et certum perpetuumque antiquitatis usum. Increpant magistri. Phrynichus pag. 345. Moeris pag. 117. *Δοίημεν, δοίητε* 'Αττικῶς. *δῴημεν, δῴητε* 'Ελληνικῶς. Inepte et stulte obloquitur Thomas Magister pag. 225. et inani doctrinae specie Suidas: Β*ιῴη ἀντὶ τοῦ βιοίη*, *ὥσπερ καὶ τὸ δῴη ἀντὶ τοῦ δοίη* – *Δωρικῶς.* Non sunt haec Dorica sed a sero natis Graeculis imperite ficta, quos quidem facile patimur loqui suo arbitratu dummodo antiqua litterarum monumenta suo contactu non impleant contaminentqne. Sed contra fieri videmus: ubicumque enim vitiosa sequiorum *συνήθεια* ab antiqui sermonis sinceritate discedit videmus lectiones probas et sinceras veterum ad vulgi consuetudinem refingi. In complures Homeri libros Π. 625 irrepsit *δῴης* pro *δοίης*, et sic pro *ἁλοίη* bis *ἁλῴη* se insinuavit in textum dormitante custode Bekkero. Aoristus *ἁλῶναι* sensim ac paullatim in desuetudinem abiit, ut *ἑάλωκα* quoque. Dicebant inepti *ἑάλωμαι* et *ἑαλώθην*, quas formas apud Diodorum Siculum et Appianum *περὶ ἐμΦυλίων* memini me legere. Etiam *ἁλίσκειν* pro *αἱρεῖν* dicere coeperunt. Itaque 'ΑΛΩΙ quid esset mirabantur. In Antiphanis fragmento apud Athenaeum pag. 450. E. ubi poëta dederat:

πῶς γὰρ γένοιτ' ἄν, ὦ πάτερ,
ῥήτωρ ἄΦωνος; B. *ἦν ἁλῷ τρὶς παρανόμων.*

in archetypo et apographis est *ἀλλῶ* pro *ἁλῷ* sine sensu. Et in

Archestrati versiculo Athen. pag. 278. B

εἴπερ ἔχειν ἀγαθὴν ἐθέλεις κἂν ἐγγὺς ἀλῷ που
τοῦδε τόπου.

in archetypo est ἐγγὺς αλωπου: quid esset ΑΛΩΠΟΥ homuncio non intelligebat. Ex hac igitur sermonis veteris inscitia multi errores orti sunt partim nondum sublati praesertim apud Platonem. Indicabo tres unde caeteros removebit qui volet. Editur in *Gorgia* pag. 512. E. τίν' ἂν τρόπον – ὡς ἄριστα βιῴη. in *Hippia Maiore* pag. 281 D. εἰ ἄρα νῦν ἡμῖν ὁ Βίας ἀναβιῴη γέλωτ' ἂν ὄφλοι. *de Legibus* pag. 730. C. ἵν' ὡς πλεῖστον χρόνον ἀληθὴς ὢν διαβιοῖ (Clemens Alex. διαβιῴη). Haec omnia sunt eiusdem farinae atque ἁλῴη apud Homerum, quare tu repone βιοίη, ἀναβιοίη et διαβιοίη.

LXIV.

Ϝείκοσι — ἐϝείκοσι.

Ϝείκοσι apud Homerum τὸ δίγαμμα habere liquido constat. Vel solae formae ἐϝείκοσι, ἐϝεικοσάβοιον (χ. 57.) et ἐϝεικοσάβοια (α. 431.) et ἐϝεικοσόροιο (ι. 322.) et ξυνεϝείκοσι (ξ. 98.) et ἐϝεικοστός, quae in Codicibus nostris quoque intactae leguntur, rem planam ac certam faciunt. Non enim praemittitur Ε nisi ante digamma. Confirmat dialectorum comparatio: ϜΙΚΑΤΙ in *Tabulis Heracl.*, Βείκατι apud Hesychium, *Viginti* Romanorum. In plurimis Homeri versibus communis linguae veteris inscitia iam multis ante Aristarchum saeculis vetustam litterulam obscuravit, sed operae pretium est videre quam leni et quam certa correctione indubitatus antiqui sermonis usus ubique veluti reviviscat. Perutile est diligenter animadvertere quibus modis olim Homeri cantores et ῥαψῳδοί numerorum labem sarciant, unde discas et quo pacto veras scripturas in integrum restituere possis et intra quos fines veterum carminum in hac parte emendatio consistere debeat. Proponam primum Poëtae versiculos et ab aliis et a Bentleio praesertim emendatos, et opponam verae lectioni eam, quae et nunc in Codicibus Mss. circumfertur et erat sine controversia eadem in Veterum Criticorum libris. Subiiciam his Poëtae locos, qui adhuc correctorem exspectant.

I. 379. *οὐδ' εἴ μοι δεκάκις καὶ ἐϝεικοσάκις τόσα δοίη.*

Codd. *δεκάκις* ΤΕ *καὶ εἰκοσάκις.*

Λ. 25. *δώδεκα δὲ χρυσοῦ καὶ ἐϝείκοσι κασσιτεροῖο.*

Codd. *χρυσ*ΟΙΟ *καὶ εἴκοσι.*

Β. 510.

κοῦροι Βοιωτῶν ἑκατὸν καὶ ἐϝείκοσι βαῖνον.

et 748.

Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ ἐϝείκοσι νῆας.

Codd. *ἑκατὸν καὶ εἴκοσι* et *δύω καὶ εἴκοσι.*

Ο. 678.

κολλητὸν βλήτροισι δυωκαιεϝεικοσίπηχυ.

Codd. *δυωκαιεικοσίπηχυ.*

Χ. 349. *οὐδ' εἴ κεν δεκάκις καὶ ἐϝεικοσινήριτ' ἄποινα.*

Codd. *δεκάκις* τΕ *καὶ εἰκοσινήριτ' ἄποινα.*

Ψ. 264.

καὶ τρίποδ' ὠτώεντα δυωκαιεϝεικοσίμετρον.

Codd. *δυωκαιεικοσίμετρον.*

π. 206. *τ.* 484. *φ.* 208. *ω.* 322.

ἦλθον ἐϝεικοστῷ ϝέτεϊ.

Codd. *ἤλυθον εἰκοστῷ ἔτεϊ.*

mutare non poterant *ψ.* 102. et 170.

ἔλθοι ἐϝεικοστῷ ϝέτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν.

Servant ubique *ἐείκοσι* et *ἐεικοστός* ubi eos certa metri lex et necessitas cohibebant, ut in *αἴθωνας δὲ λέβητας ἐϝείκοσι* (Ι. 123. 265. Τ. 244.) et

Α. 309. *ἐς δ' ἐρέτας ἔκρινεν ἐϝείκοσι.*

Ζ. 217. *ξείνισ' ἐνὶ μεγάροισιν ἐϝείκοσιν ἤματα.*

Ι. 139 et 281. *Τρωϊάδας δὲ γυναῖκας ἐϝείκοσιν.*

Π. 847.

τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐϝείκοσιν ἀντεβόλησαν.

et aliis locis: *ἐϝεικοστός* salvum est *τ.* 222.

ϝειπέμεν, ἤδη γὰρ ϝοι ἐϝεικοστὸν ϝέτος ἐστίν.

β. 175.

ἄγνωστον πάντεσσιν ἐϝεικοστῷ ἐνιαυτῷ.

ζ. 170.

χθιζὸς ἐϝεικοστῷ φύγον ἤματι ϝοίνοπα πόντον.

Ω. 765.

ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδ' ἐϝεικοστὸν ϝέτος ἐστίν.

sed ubi metri vitium non quamlibet aurem sed teretem tantum vexat suo more grassantur.

In Odyss. *π*. 249. in libris est:

ἐκ δὲ Σάμης πίσυρές τε καὶ εἴκοσι φῶτες ἔασιν,
ἐκ δὲ Ζακύνθου ἔασιν ἐείκοσιν.

Bekkerus *τε* expunxit et ita dedit: *πισυρεσκαιϜείκοσι φῶτες.* Quanto modulatior et Homero dignior exibit versus sic scriptus:

ἐκ δὲ Σάμης πίσυρες καὶ 'Ϝείκοσι φῶτες ἔασιν.

quemadmodum Bentleius, ut supra ostendimus, correxit *ἑκατὸν καὶ 'Ϝείκοσι, δύω καὶ 'Ϝείκοσι, δεκάκις καὶ 'Ϝεικοσάκις, δυωκαιϜεικοσίπηχυ, δεκάκις καὶ 'Ϝεικοσινήριτα, δυωκαιϜεικοσίμετρον.*

Ad eandem igitur normam restituendi sunt hi loci:

β. 212. *δ*. 669.

ἀλλ' ἄγε μοι δότε νῆα θοὴν καὶ 'Ϝείκοσ' ἑταίρους.

ι. 241.

οὐκ ἂν τόνγε δύω καὶ 'Ϝείκοσ' ἄμαξαι.

κ. 208.

ἅμα τῷγε δύω καὶ 'Ϝείκοσ' ἑταῖροι.

N. 260.

δούρατα δ' εἴ κ' ἐθέλησθα καὶ ἓν καὶ 'Ϝείκοσι δήεις.

quibus omnibus locis libri *εἴκοσ'* et *εἴκοσι* exhibent et Bekkerus *τὸ δίγαμμα* praefigere satis habuit.

Ad Odyss. *ε*. 34.

ἤματί κ' εἰκοστῷ Σχερίην ἐρίβωλον ἵκοιτο.

annotatur: *χωρὶς τοῦ ΚΕ αἱ κοινότεραι.* Nunc quidem *αἱ χαριέστεραι ταῖς κοινοτέραις* cedere debent, quoniam vel metrum clamat *ἤματι Ϝεικοστῷ* unice verum esse.

Mirari satis nequeo nihil horum Alexandrinis Criticis suboluisse, sed *τὸ δίγαμμα* extra Aeolicae et Doricae dialecti fines olim late patuisse et in Homerica lingua regnasse quamquam in tanta indiciorum copia et perspicuitate tamen nulla suspicio eorum mentes tetigit umquam.

LXVI.

ΤΡΕΨΑΣ — ΣΤΡΕΨΑΣ.

Editur Odyss. *κ*. 528.

ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν — εἰς Ἔρεβος Στρέψας.

pervulgatum mendi genus est pro *εἰς Ἔρεβος Τρέψας*. Fidem faciet locus *μ*. 81.

πρὸς ζόφον εἰς Ἔρεβος ΤΕΤΡ*αμμένον*.

Saepissime in Homeri libris *τρέψαι* et *ϛρέψαι* inter se confunduntur.

Iliad. Δ. 520. *ϛρέψαν — τρέψαν.*

M. 249. *ἀποτρέψει — ἀποϛρέψει.*

Σ. 469. *ἔτρεψε — ἔϛρεψε.*

544. *ϛρέψαντες — τρέψαντες.*

546. *ϛρέψασκον — τρέψασκον.*

Υ. 256. *ἀποτρέψεις — ἀποϛρέψεις.*

Φ. 603. *τρέψας — ϛρέψας.*

Nusquam in his dubia et anceps optio est, sed peccatur in Iliad. Ψ. 436.

μή πως συγκύρσειαν ὁδῷ ἔνι μώνυχες ἵπποι,
*δίφρους τ' ἀν*Cτ*ρέψειαν.*

non hoc Menelaus metuebat, sed ne currus *everterent*, *μήπως ἀν*Τ*ρέψειαν*, quod ab Ernestio repertum dudum receptum oportuerat. Perpetuum est in ea re verbum *ἀνατρέπειν* et proprie *ἀνατρέπειν τὴν τράπεζαν*, et figurate *ἀνατέτροφε τὴν πατρίδα*, *τὴν πόλιν*, *τὴν πολιτείαν* et similia.

LXVI.

Ἀπειλήτην — Δορπήτην.

Reprehenditur nonnumquam ab Aristarcho Zenodotus quod Homero pro Ionicis Doricas formas obtrusit, ut Iliad. A. 198. (*ἡ διπλῆ περιεϛιγμένη*) *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ὁ ρ ῆ τ ο. τοῦτο δὲ Δώριον.* Sunt tamen etiamnunc apud poëtam formae Doricae. Odyss. *λ*. 313. *ἀπειλήτην* et *ο*. 302. *δορπήτην.* Rectissime in verbis *τῆς δευτέρας συζυγίας* scribitur *αὐδήτην*, *συλήτην*, *συναντήτην*, *φοιτήτην*, sed *ἀπειλεῖν* et *δορπεῖν* habebant *ἀπειλ*ΕΙ*την* et *δορπ*ΕΙ*την*, quod reponendum.

LXVII.

ἈΝΕϹΧΕΘΕ — ΑΝΕϹΧΕΤΟ.

Ad Iliad. K. 321.

*ἀλλ' ἄγε μοι τὸ σκῆπτρον ἀνάσχε*O *καί μοι ὄμοσσον.*

annotatur: *οὕτως ἀνάσχεο διὰ τοῦ Ο αἱ Ἀριστάρχου.* id est: *Aristarchus edidit* ἀνάσχεΟ *non* ἀνάσχεΘΕ. In Scholiis tam male habitis semper cavendum ne qua fraus nobis imponat. Saepissime in Homeri libris confunduntur ἔσχεΘΕ et ἔσχεΤΟ M. 184. N. 608. Υ. 398. δ. 284. π. 430. et ἀνέσχεΘΕ — ἀνέσχεΤΟ. Multo potior videtur aoristi forma activa ἀνέσχεΘΕ. Ἀνασχέσθαι est *aequo animo ferre*, ut in τέτλαθι, μῆτερ ἐμή, καὶ ἀνάσχεο. Ἀνασχεῖν et ἀνέσχεθον est *tollere*, *attollere*, *sustuli*, ut in frequenti χεῖρας ἀνέσχον. Recte legitur H. 412.

τὸ σκῆπτρον ἀνέσχεθε πᾶσι θεοῖσιν.

et ι. 294.

ἀνεσχέθομεν Διὶ χεῖρας.

variat scriptura K. 461.

καὶ τάγ' — ὑψόθ' ἀνέσχεΘΕ χειρί.

et Φ. 67.

δόρυ μακρὸν ἀνέσχεΘε δῖος Ἀχιλλεύς.

utrobique alii libri ἀνέσχεΤΟ exhibent. Itaque vulgata lectio E. 655.

ὁ δ' ἀνέσχεΤΟ μείλινον ἔγχος.

et Φ. 161.

ὁ δ' ἀνέσχεΤΟ δῖος Ἀχιλλεὺς Πηλιάδα μελίην,

eodem vitio infecta et bis in ἀνέσχεΘΕ convertenda videtur.

Legitur tamen aliquot locis sine suspicione participium δούρατ' ἀνασχόμενοι. Λ. 593. βόας αὔας ὑψόσ' ἀνασχόμενοι. M. 138. et alibi.

LXVIII.

DUALIA IN -TON PRO -THN.

Scholion est ad Iliad. K. 364. *Τρία ῥήματά ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ τὸ τοῦ παρῳχημένου δυϊκὸν τρίτον εἰς* -ON *λῆγον ἔχοντα παραλόγως.* Sunt autem haec: K. 360.

ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω κύνε εἰδότε θήρης
ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγεΤΟΝ ἐμμενὲς αἰεί
χῶρον ἂν ὑλήενθ', ὃ δέ τε προθέῃσι μεμηκώς,
ὣς τὸν Τυδεΐδης ἠδ' ὁ πτολίπορθος Ὀδυσσεύς
λαοῦ ἀποτμήξαντε διώκεΤΟΝ ἐμμενὲς αἰεί.

et N. 346.

τὼ δ' ἀμφὶς φρονέοντε δύο Κρόνου υἷε κραταιὼ
ἀνδράσιν ἡρώεσσι τετεύχετON ἄλγεα λυγρά.

et Σ. 583.

τὼ μὲν ἀναρρήξαντε βοὸς μεγάλοιο βοείην
ἔγκατα καὶ μέλαν αἷμα λαφύσσετON.

Recte Aristarchus ad K. 361. *ἐπείγετον* annotavit: *ὅτι τῷ ἐπείγετον ὁριστικῷ ἀντὶ ὑποτακτικοῦ τοῦ ἐπείγητον* (add. *ἐχρήσατο*). *ἐπιφέρει γὰρ προθέησι*, nisi quod perperam dixit *indicativum* PRO *coniunctivo* positum esse. Coniunctivus est correpta vocali longa ut in *ἴομεν* et *ἵνα εἴδομεν ἄμφω* et *ἵνα εἴδετε πάντες*, et sim. Sed audi nunc eiusdem Aristonici Scholion ad N. 346. *ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐτευχέτην ἢ τεύχουσι. χρόνος δὲ ἤλλακται· ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ ἔτευχον, ὡς ἐπὶ τοῦ·*

ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγετον, ἀντὶ τοῦ ἤπειγον.

Vides haec adversis frontibus inter se concurrere, nec fieri posse ut Aristarchus et hoc et illud docuerit, et *ἐπείγετον* modo coniunctivum esse putaverit modo indicativi *praesens pro imperfecto*. Miseris modis antiqua Scholia corrupta et interpolata sunt, neque umquam satis caveri potest ne nubem pro Iunone amplectamur.

Ad Σ. 583. legitur: *λαφύσσετον: ἔδει διὰ τοῦ* H. *ἢ τάχα ἐνεστὼς ἐστιν ἀντὶ παρῳχηκότος*, et apud Aristonicum: *ἡ διπλῆ ὅτι χρόνος ἤλλακται. τὸ γὰρ λαφύσσετον* (add. *ἀντὶ τοῦ*) *λαφύσσουσι παρείληπται ὅμοιον τῷ·*

λαοῦ ἀποτμήξαντε διώκετον (K. 364.)

ad quem locum Aristonicus: *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ διώκετον σημαίνει διώκουσιν ἢ διώκετε, οὐ τὸ (ἐ)διωκέτην, ὡς Ἐρατοσθένης. ἔστιν οὖν· τὸν Δόλωνα διώκουσιν ἀντὶ τοῦ ἐδίωκον ὃν τρόπον*

αἳ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἔπι (*η*. 104.)

ἀντὶ τοῦ ἠλέτρευον.

Nihil sic proficimus neque ex molestiis expedimur. Neque enim *ἐτεύχετον*, *λαφύσσετον*, *διώκετον* *praesentis* temporis esse possunt, et *praesens* PRO IMPERFECTO inepta et absurda res est. Haeremus igitur et quaerant acutiores. Neque locus ex Odyssea *η*. 104. huc trahendus erat:

αἳ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἔπι μήλοπα καρπόν.

αἱ δ' ἱςοὺς ὑφόωσι καὶ ἠλάκατα ςρωφῶσιν.
namque sunt haec: *molere*, *texere*, *nere* quotidiana *famularum officia*, ideoque optime in praesenti tempore ponuntur.

LXIX.

Ἀνέσαιμι.

Iliad. Ξ. 208.

εἰ κεῖνω τεπέεσσι παραιπεπιθοῦσα φίλον κῆρ
εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι,
αἰεί κέ σφι φίλη τε καὶ αἰδοίη καλεοίμην.

Quid est et unde est *ἀνέσαιμι*? Aristarchus respondet apud Hesychium:

Ἀνέσαιμι: *ἀναπείσαιμι καὶ παρορμήσαιμι.*

et apud Apollonium: Ἀνέσαιμι: *ἀναπείσαιμι, ἐποτρύναιμι, προτρεψαίμην.*

εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι φιλότητι.

τοιοῦτόν ἐςι καὶ τό·

οὐδέ κε Τηλέμαχον κεχολωμένον ὧδ' ἀνιείης.

Sed aut ego fallor aut Aristarchus vehementer fallitur. Coniunxit *ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι* et addidit verbo *ἀνέσαιμι* notionem, quae in hunc locum quadrare videbatur.

Quod ad originem attinet quia componit *ἀνέσαιμι* et *ἀνιείης* videtur de verbo *ἀνίημι* cogitare, et sic solet *ἀνιέναι* interpretari. Ξ. 362. *ἀνῆκεν: ἀνέπεισεν ἢ παρώρμησεν, ἀπὸ τῶν ἵππων ἡ μεταφορὰ οἷς τὰς ἡνίας ἀνιᾶσιν.* P. 705. *τὸ δὲ ἀνῆκεν ἀνέπεισεν, παρώτρυνεν.* E. 761. *ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες.* *Anecd.* Bekkeri pag. 397. 14. Ἀνέντες: *ἀναπείσαντες.* β. 185. *ἀνιείης*: Scholium: *κυνηγετικὴ ἡ λέξις ὅτε τις κύνα τοῦ δεσμοῦ ἀνεὶς ἀφήσει κατὰ θηρός.* Apollonius ad E. 880. *ἀλλ' ἀνιεῖς: τῆς μεταφορᾶς οὔσης ἀπὸ τῆς ἀνιεμένης τῶν κυνῶν κατὰ τὰς θήρας ἀφέσεως.* Satis ex his apparere arbitror Aristarchum quum *ἀνέσαιμι* interpretaretur esse *ἀναπείσαιμι*, *παρορμήσαιμι* et sim. de his apud Homerum locis cogitare, sed hoc quoque satis perspicuum esse opinor *ἀνέσαιμι* nihil quidquam cum verbo *ἀνίημι* commune habere.

Reliquum est igitur ut more Aristarcheo ex diligenti linguae

Homericae observatione et originem verbi *ἀνέσαιμι* et notionem indagemus. Considerandi sunt in ea re hi apud Homerum loci: Od. *κ*. 361.

ἔς ῥ' ἀσάμινθον ϜΕϹΑϹΑ *λόε.*

Od. *ξ*. 280.

ἐς δίφρον δέ μ' ϜΕϹΑϹ *ἄγε ϝοίκαδε.*

ubi Harleianus: *ἡ Αἰολική* (leg. *ἡ 'Αργολική*) „*ἐς δίφρον δ' ἀνέσας.*"

Iliad. N. 657.

εἰς δίφρον δ' ΑΝΕϹΑΝΤΕϹ *ἄγον.*

ubi Didymus: *'Απολλώνιος ὁ 'Ρόδιος ἐν τῷ πρὸς Ζηνόδοτον* „*ἐς δίφρον* (δ') *ἀναθέντες.*"

Od. *ν*. 274.

τούς μ' ἐκέλευσα Πύλονδε καταστῆσαι καὶ ἐφέσσαι.

ubi Harleianus: *ἡ 'Ριανοῦ ἀποφάσσαι* (legendum *ἀφέσσαι*) *ἀποπέμψαι.*

Od. *ο*. 277.

ἀλλά με νηὸς ἔφεσσαι.

Od. *ξ*. 295.

ἐς Λιβύην μ' ἐπὶ νηὸς ἐφέσσατο.

vulgo *ἐέσσατο.* scholion: *'Ριανός φησιν ἐφέσσατο. Ζηνόδοτος ἐφείσατο.*

Od. *π*. 443.

πολλάκι γούνασι ϝοῖσιν ἐφεσσάμενος κρέας ὀπτόν
ἐν χείρεσσιν ἔθηκεν ἐπέσχε τε ϝοῖνον ἐρυθρόν.

Iliad. I. 455.

μήποτε γούνασι ϝοῖσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱόν
ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα.

A. 310. *ἀνὰ δὲ Χρυσηίδα — εἷσεν ἄγων.*

Γ. 382. *κὰδ δ' εἷσ' ἐν θαλάμῳ.*

Haec omnia unam et eandem notionem continent et ex eadem stirpe prognata sunt. Hesychius *'Εφέσσαι: ἐπικαθίσαι τῇ νηΐ.* Idem *'Ανέσαντες: ἀνακαθίσαντες.* De industria utuntur Critici veteres verbis ex *καθίζειν* compositis ut appareat verbum ϜΕΖΕΙΝ in his antiquis glossis inesse. Rectissime, ut opinor. Fuisse olim videntur duo verba transitiva ϜΕΖΩ et ϜΙΖΩ, quorum *ἵζω, ἐφίζω, καθίζω* tulerunt aetatem, ex ϜΕΖΩ nihil superest praeter *aoristum ἕσας, ἕσασα, ἀνέσαντες, ἀνέσαιμι* de quo

agimus, ἐφέσσαι, ἔφεσσαι, ἐφέσσατο, ἐφέσσεσθαι, ἐφεσσάμενος, et in indicativo ЄICA, ἀνὰ δὲ — εἷσεν ἄγων, κὰδ᾽ δ᾽ εἷσ᾽ ἐν θαλάμῳ. De significandi potestate, quae in his omnibus est una et eadem, nulla potest esse dubitatio. Proprie dicitur γούνασι ϝοῖσιν ἐφεσσάμενος, ἐφέσσεσθαι, improprie ἀνέσαντες εἰς δίφρον, εἰς πλοῖον, εἰς ἀσάμινθον et sim. Sermone populari dixeris ἐμβιβάσαι vel ἀναβιβάσαι vel ἐνθεῖναι vel ἀναθεῖναι. Iam credo lux affulget. Non debebat Aristarchus coniungere ἀνέσαιμι ὁμωθῆναι, sed εἰς εὐνὴν ἀνέσαιμι, ut εἰς δίφρον ἀνέσαντες, et omnia plana et perspicua sunt. Dissidebant vir et uxor, quos Iuno se velle dicit εἰς εὐνὴν ἀναβιβάσαι. Eodem sensu Homerus saepe dixit ἐπιβῆσαι veluti νηῶν, ἵππων, πυρῆς ἐπέβησεν, et metaphorice ἀναιδείης, ἐϋφροσύνης, σαοφροσύνης ἐπιβῆσαι. In re amatoria ut dicitur εἰς εὐνὴν ἀνέσαι, sic et εὐνῆς ἐπιβήμεναι. Od. κ. 333.

νῶϊ δ᾽ ἔπειτα Εὐνῆς ἡμετέρης ἐπιβείομεν.

et vs. 342.

οὐδ᾽ ἂν ἔγωγ᾽ ἐθέλοιμι τεῆς ἐπιβήμεναι εὐνῆς.

Est etiam alterum vitium et error eorum, qui ἀνιέναι interpretantur esse ἀναπείθειν, παρορμᾶν, ἐποτρύνειν, προτρέπεσθαι. Nihil horum, sed Homericum ἀνιέναι est ἐπαίρειν, id est impellere ad facinus malum, improbum, calidum, audax, temerarium, cuius posthac poeniteat, *instigare*. Sic dicitur Od. β. 185.

οὐδέ κε Τηλέμαχον κεχολωμένον ὧδ᾽ ἀνιείης.

ubi ἀναπείθοις, παρορμώης esset absurdum. Iliad. E. 761.

ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες.

E. 879.

ταύτην δ᾽ οὔτε ϝέπει προτιβάλλεαι οὔτε τι ϝέργῳ,
ἀλλ᾽ ἀνιεῖς, ἐπεὶ αὐτὸς ἐγείναο παῖδ᾽ ἀϝίδηλον.

et saepe alibi. Itaque si quis pro *impellere* ad deponendas inimicitias vel odia, ad gratiam reconciliandam, ad redintegrandum amorem ἀνιέναι vel ἐπαίρειν vellet dicere intelligentibus risum deberet.

Itaque nunc quidem Aristarcheam interpretationem reiiciemus et luculento hoc exemplo moniti semper tenebimus Aristarchum quoque in talibus quum certa interpretandi via non pateret ἐκ

τῶν συμφραζομένων excogitare aliquid quod probabile esset. Fefellit nonnumquam in talibus acutissimum virum opinio. Quis mirabitur? Discamus potius ne in Aristarchi quidem verba iurare, et propterea inspiciamus alium opinionis errorem, in quem Criticorum princeps implicatus est in Iliad. K. 226.

μοῦνος δ' εἴπερ τε νοήσῃ
ἀλλά τέ ϝοι βράσσων τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις.

Aristonicus: *ἡ διπλῆ ὅτι οἱ γλωσσογράφοι βράσσων ἀντὶ τοῦ ἐλάσσων ἀπὸ τοῦ βραχύς· ἀλλ' οὐδαμοῦ κέχρηται τούτῳ Ὅμηρος. ἀποδοτέον οὖν βρασσόμενος ταρασσόμενος διὰ τὸ δέος, οὐχ ἑστηκὼς διὰ τὴν ἀγωνίαν.* Ipsi Aristarcho reponi possit: *ἀλλ' οὐδαμοῦ τούτῳ κέχρηται Ὅμηρος.* Verbi *βράσσω* pro *ταράσσω* nusquam vola aut vestigium est. Contra *βραχύς, βράσσων, βράχιστος* certa analogia nititur. Itaque nemo in ea re Aristarchi auctoritatem secutus est et *βράσσων νόος* accipitur ab omnibus ut in Timonis versiculo:

νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσονα σκινδάψοιο.

Herodianus *περὶ Μον.* Λ. p. 37. 4. enumerans *θάσσων, βράσσων, πάσσων, μάσσων, βάσσων* (*βαθύς*) et *ἐλάσσων*, de Aristarchi opinione ne verbum quidem facit, quia iam nemo, credo, eam tuebatur.

LXX.

APOLLONIUS RHODIUS.

Vidimus Apollonium Rhodium laudari *ἐν τῷ πρὸς Ζηνόδοτον* et ab eo pro *ἀνέσαντες* legi *ἀναθέντες*, id est pro antiqua glossa vocabulum populari sermone tritum. Si scripsit *contra Zenodotum* facile intelligimus de Homeri interpretatione et emendatione in eo libro actum fuisse. Sitne *ἀναθέντες* Apollonii correctio an non sit quis dicat? Sed si sic pro obscuro et antiquato *ἀνέσαντες* de suo scripsit vile damnum est caetera periisse. Omnino non is est Apollonius Rhodius, quem ex *Argonauticis* probe cognitum habemus, ut eum de linguae Homericae usu dicentem audire cupias. Incredibile dictu est in quam portentosos errores se homo implicet quum se linguam

Homeri imitari putat. Ecquando philologi sapere audebimus et has poëtastrorum nugas et ineptias contemnere et deridere? Quam sit haec stolida et absurda lingua, qua Homeri imitator scilicet utatur, uno insigni exemplo ostendere iuvat. Versatur in lepido et iocoso argumento lib. III. vs. 91. sqq. Queritur Venus de filii, Cupidinis, protervitate et contumacia. Proponam locum lingua populari scriptum, deinde verba poëtae subiiciam. *ὦ Ἥρα καὶ Ἀθηνᾶ*, inquit, *ὑμῖν μᾶλλον ἂν πίθοιτο ἢ ἐμοί· ὑμῶν μὲν γὰρ αὐτῷ καίπερ ἀναισχύντῳ ὄντι ὀλίγη γέ τις αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς ἔϛαι, ἐμοῦ δὲ οὐδὲν φροντίζει, ἀλλ' ἀεὶ φιλονικῶν καταφρονεῖ. ἤδη δὲ καὶ ὑπεραλγήσασα τῷ πράγματι ἠπείλησα τὰ τόξα αὐτῷ καὶ τοὺς ὀϊϛοὺς κατακλάσειν, ὁ δὲ ὀργισθεὶς ἀντηπείλησεν ὅτι εἰ μὴ καθέξω τὼ χεῖρε, ἕως ἔτι τοῦ θυμοῦ κρατεῖ, αὐτὴ ἐμαυτὴν αἰτιάσομαι.* Haec igitur Apollonius sic grandiloqua oratione epica vestivit:

Ἥρη Ἀθηναίη τε, πίθοιτό κεν ὔμμι μάλιϛα
ἢ ἐμοί· ὑμείων γὰρ ἀναιδήτῳ περ ἐόντι
τυτθή γ' αἰδὼς ἔσσετ' ἐν ὄμμασιν· αὐτὰρ ἐμεῖο
οὐκ ὄθεται, μάλα δ' αἰὲν ἐριδμαίνων ἀθερίζει.
καὶ δή οἱ μενέηνα περισχομένη κακότητι
αὐτοῖσιν τόξοισι δυσηχέας ἆξαι ὀϊϛούς
ἀμφαδίῃ. τοῖον γὰρ ἐπηπείλησε χαλεφθείς
εἰ μὴ τηλόθι χεῖρας ἕως ἔτι θυμὸν ἐρύκει
ἕξω ἐμὰς μετέπειτά γ' ἀτεμβοίμην ἑοῖ αὐτῇ.

Scatent haec vitiis, quorum pauca verbo indicare satis est. Absurdum esse vides *ὔμμι μάλιϛα ἢ ἐμοί*, pro *μᾶλλον*, *ἀναίδητος* pro *ἀναιδής*, *τηλόθι χεῖρας ἔχειν* pro *κατέχειν τὼ χεῖρε*, *ἀτεμβοίμην* omisso *ὅτι*, pro futuro, pro *μέμφομαι* positum, et turpissimum omnium *ἑοῖ* pro *ἐμοί*. Nempe hi poëtrastri, ut notum est, trium personarum pronomina et possessiva susque deque habent et *σφωΐτερος* (ut hoc utar) ponunt pro *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, quasi nihil quidquam discriminis inter haec omnia intercederet: et licebat iis quidem loqui suo arbitratu, sed ab Homero abstineant manum et in crisi carminum Homericorum testes ne producantur. Infames enim omnes intestabilesque sunt.

LXXI.

Λέξεις Ἀριστάρχου.

Nonnumquam in Scholiis Didymi ipsa Aristarchi verba *ἐκ τῶν ὑπομνημάτων* describuntur, veluti ad Iliad. A. 97. ubi duplex ferebatur scriptura:

οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει,

et *οὐδ' ὅγε πρὶν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἀπώσει.*

ut appareat utra sit Aristarchea Didymus haec adscripsit: *Λέξεις ἐκ τῶν πρὸς Κωμανόν· „τὸ μὲν ἀεικέα λοιγὸν ὄλεθρον ἀπεοικότα λέγει· τοῦτο δέ ἐστιν ἀπεχθῆ. ἀπριάτην δὲ σαφὲς ὡς ἄνευ τοῦ πρίασθαι καὶ ταὐτὸν τῷ νῦν λεγομένῳ δωρεάν."*

Iliad. A. 423. *λέγει Ἀρίσταρχος* (scrib. *λέξεις Ἀριστάρχου*) *ἐκ τοῦ* A. *τῆς Ἰλιάδος ὑπομνήματος· „τὸ μὲν μετ' ἀμύμονας ἐπ' ἀμύμονας, ὅ ἐστι πρὸς ἀμώμους, ἀγαθούς· τὸ δὲ κατὰ δαῖτα ἀντὶ τοῦ ἐπὶ δαῖτα· οὕτω γὰρ νῦν Ὅμηρος τέθεικεν. ἔνιοι δὲ ποιοῦσι* ΜΕΤΑ *δαῖτα, ὅπως ᾖ αὐτοῖς αὐτόθεν τὸ* ΜΕΤΑ *ἐπί. χρῶνται δὲ καὶ πλείονες ἄλλοι τῶν ποιητῶν τῇ* ΚΑΤΑ *ἀντὶ τῆς* ἘΠΙ. *Σοφοκλῆς·*

ἐγὼ κατ' αὐτὸν, ὡς ὁρᾷς, ἐξέρχομαι."

Operae pretium est cum his conferre antiquum Scholion ad Aristophanis *Aves* 1117.

οὔκουν δῆτα περιπόλους ἐχρῆν
πέμψαι κατ' αὐτὸν εὐθύς;

πρὸς τὴν ἐν Ἰλιάδι γραφήν·

χθιζὸς ἔβη ΚΑΤΑ *δαῖτα.*

sic enim hunc locum emendari oportere ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 109. Quin verum sit *κατὰ δαῖτα* (non *μετά*) nemo dubitat, sed quibus utuntur poëtarum testimoniis Aristophanes et Aristarchus minus huc pertinent. Aliud est enim *ἐξιέναι κατά τινα* et *πέμπειν περιπόλους κατά τινα*, aliud *ἔβη κατὰ δαῖτα*. Dicitur enim *κατὰ δαῖτα* ut *κατ' ἐμπορίαν*, *καθ' ἱστορίαν*, *κατὰ ζήτησιν βίου*, *κατὰ λείαν*, *ἥκεις δὲ κατὰ τί;* et sim. permulta. Contra *ἐξιέναι κατά τινα* est *ire in hostem*, *πέμψαι κατ' αὐτόν* est *immittere in eum, mittere qui ex fuga retrahant et adducant*. *Ἔβη κατὰ δαῖτα* nihil aliud est quam *δειπνήσων*. Eodem modo Theocritus dixerat VII. 24.

ἢ ΚΑΤΑ δαῖτα κλητὸς ἐπείγεαι;

non μετὰ δαῖτα. et Homerus T. 346.

οἱ δὲ δὴ ἄλλοι Οἴχονται ΚΑΤΑ δεῖπνον.

non quod vulgatur μετὰ δεῖπνον. Sed haec obiter. Redeo ad Aristarchi λέξεις.

Ad Iliad. B. 125.

Τρῶας μὲν λέξασθαι ἐφέςιοι ὅσσοι ἔασιν.

Didymus: Ἀριςάρχου λέξεις ἐκ τῶν ὑπομνημάτων. „ἐὰν καὶ τὰ παιδία καὶ τοὺς πρεσβύτας ἀριθμήσωσιν, οὐ μὴ γένωνται ὅσοι ἡμεῖς. τοῦτο δὲ (ἐφέςιοι) ἐςὶ κατοικίδιοι καὶ ἔναυλοι. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ· (ζ. 265).

πᾶσιν γὰρ ἐπίςιόν ἐςιν ἑκάςῳ.

ὡσεὶ κατάλυμα παρὰ τῇ νηΐ."

Ad Iliad. B. 420. λέξις ὑπόκειται διὰ τοῦ A τῶν ὑπομνημάτων. —

„ἀλλ' ὅγε δέκτο μὲν ἱρά, πόνον δ' ἀλίαςον ὄφελλεν.

οἷον αἴσια ἐσήμηνεν ὥςε λέγειν τοὺς μάντεις ὅτι δέδεκται. τοιοῦτον μέντοι πόνον αὐτοῖς ηὖξεν ὃν οὐκ ἂν ἐκκλίναιεν. γελοῖον γὰρ ἂν ἦν εἰ μὴ ἐποίει τοῦτο."

Iliad. B. 435.

μηκέτι νῦν δήθ' αὖθι λεγώμεθα.

Didymus: οὕτως αἱ Ἀριςάρχου λέξεις ἐκ τοῦ B. τῆς Ἰλιάδος. „δηθὰ πολὺν χρόνον, αὖθι αὐτοῦ, λεγώμεθα συναθροιζώμεθα. ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος· μηκέτι νῦν ἐπὶ πολὺν χρόνον αὐτοῦ συνηθροισμένοι μένωμεν. Ζηνόδοτος δὲ ποιεῖ·

μηκέτι (add. δὴ) νῦν ταῦτα λεγώμεθα."

Iliad. Γ. 406.

θεῶν δ' ἀπόειπε κελεύθους.

Didymus: Ἀρίςαρχος ἀπόειΚε διὰ τοῦ Κ καὶ χωρὶς τοῦ Σ κελεύθΟΥ. — προσθήσειν μοι δοκῶ καὶ τὴν Ἀριςάρχου λέξιν οὕτως ἔχουσαν· „τῆς δὲ εἰς τοὺς θεοὺς ὁδοῦ εἶκε καὶ παραχώρει μὴ βαδίζουσα εἰς αὐτούς."

Ad Iliad. Υ. 470.

ἐκ δέ ϝοι ἧπαρ ὄλισθεν, ἀτὰρ μέλαν αἷμα κατ' αὐτοῦ κόλπον ἐνέπλησεν.

Didymus: *ἐνέπρησεν* Φιλόξενος καὶ Ἀρίσαρχος. περὶ δὲ τῆς γραφῆς Ἀρίσαρχος ἐν ὑπομνήματι φησὶν οὕτως· „τὸ αἷμα ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἐκρούνιζε χύδην καὶ τὸν τοῦ χιτῶνος κόλπον ἐνεφύσησεν."

Est operae pretium Aristarchum audire ad Iliad. Ω. 8.

ἀλεγεινά τε κύματα ΠΕΙΡΩΝ.

Ἀρίσαρχος βαρύνων ἀναγινώσκει (πείρων) ὡς κείρων. φησὶ γοῦν οὕτω γενόμενος ἐπὶ τοῦ·

παννυχίη μέν ῥ' ἦγε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον. „τὸ *πεῖρε* διδάσκει ἡμᾶς καὶ τὴν *πείρων* μετοχὴν βαρύνειν, ὡς γὰρ *ἔκειρε κείρων*, οὕτως *ἔπειρε πείρων*. εἰ γὰρ περιεσπᾶτο ἦν ἂν ὁ παρατατικὸς *ἐπείρα*." Sic cautus et perspicax linguae Homericae usum et rationem indagabat semper ex certis incerta constituens.

Ad Iliad. Ω. 235. ἐξεσίην ἐλθόντι. Didymus: Ἀρίσαρχος δασύνει τὴν δευτέραν συλλαβήν. „παρὰ γὰρ τὸ ἵημι, φησὶν, ἐγένετο. ἐπιφέρει γοῦν·

πρὸ γὰρ ἧκε πατὴρ ἄλλοι τε γέροντες.

παρὰ δὲ τὸν ἥσω μέλλοντα ἡ *ἑσία* ἐγένετο καὶ ἡ *ἐξεσία*, ὡς καὶ παρὰ τὸ θήσω *θεσία*·

πῇ δὴ συνθεσίαι δέ (B. 339).

τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ·

τῶν ἕνεκ' ἐξεσίην (Od. Φ. 20)."

Ex his paucis fragmentis facile colligimus quo pacto Aristarchus in commentariis scribendis sit versatus. Vertebat priscum sermonem epicum in linguam popularem et observationes omne genus de verbis rebusque Homericis intexebat. Aristonicus quum τὰ τοῦ Ἀρισάρχου σημεῖα ex ipsius scriptis et commentariis (ἐκ τῶν συγγραμμάτων καὶ τῶν ὑπομνημάτων) interpretaretur verba ipsa summi Critici servavit, itaque ipsum tamquam praesentem audimus et cernimus quemadmodum linguae Homericae analogiam sollertissime indagans tam acute quam caute ex certis incerta constitueret et contentus iis quae sciri possent contemserit futiles hariolationes reliquorum, quae fructum nullum ferunt, sed sano homini fastidium et nauseam pariunt. Raro in lubrico pedem ponit certae et evidentis *analogiae* sub aegide tutus. Quaerebatur quid esset ΓΕΝΤΟ in γέντο δ' ἱμάσθλην. Argutantur alii alia; quid Aristarchus? Annotavit

ad Θ. 43. (ἡ διπλῆ) ὅτι ἐκ τῶν συμφραζομένων νοεῖται τεταγμένον ἀντὶ τοῦ ἔλαβεν. et ad N. 25. (ἡ διπλῆ) ὅτι ἐκ τῶν συμφραζομένων τὸ ΓΕΝΤΟ ἔλαβεν σημαίνει. ut legitur in nova Scholiorum editione Dindorfii, quae ante hos paucos dies in manus meas pervenit.

LXXII.

NΥΝ - νῦν et νυν.

Frequenti admodum errore scribae pro NΥΝ, quum esset Ionica forma enclitica pro οὖν, adverbium temporis νῦν supposuerunt. Exempla pauca de multis haec vide:

E. 410. τῷ νῦν Τυδεΐδης φραζέσθω.
Z. 224. τῷ νῦν σοὶ μὲν ἐγὼ ξεῖνος.
Ξ. 198. δὸς νῦν μοι φιλότητα.
219. τῇ νῦν.
271. ἄγρει νῦν μοι ὄμοσσον.
N. 230. τῷ νῦν μήτ' ἀπόληγε.
O. 115. μή μοι νῦν νεμεσήσετε.
254. θάρσει νῦν.
θ. 548. τῷ νῦν μηδὲ σὺ κεῦθε.

et his omnibus locis νυν pro νῦν restituendum est et aliis multis ubi sententia οὖν vel δή requirit.

Annotatur ad Iliad. A. 421.

ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν νηυσὶ παρήμενος - μήνιε.

τὸ NΥΝ ἀντὶ τοῦ δή. διὸ καὶ Τυραννίων ἠξίου ὀξύνειν, οὐκ εὖ. Enclitica sunt νυν et νυ, itaque scribendum:

σὺ μέν νυν.

LXXIII.

GRAMMATICORUM ERRORES.

In farragine Scholiorum ex libris omne genus undique congesta, qua hodie ad carminum Homericorum interpretationem et emendationem utimur, ut plurima leguntur summi pretii

et auro contra cara, sic etiam apparent passim aegrorum somnia et stolidorum hominum deliramenta et eorum qui feraci ingenio abutebantur commenta et ludibria, quae sano ac sobrio homini aut bilem movent aut risum. Horum bona pars ingenii ostentandi causa et ut aliquid novi proferretur a grammaticis aut lepide aut illepide excogitata est. Incredibile dictu est quam mirifica monstra et portenta nonnumquam perdocti magistri loquantur. Quid potest esse simplicius et ad intelligendum apertius quam est dictum Agamemnonis Iliad. A. 117.

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι?

satis est enim semel animadvertisse compositionis Homericae consuetudinem in βούλομαι – ἤ vel ἤέπερ. Λ. 319.

Τρωσὶν δὴ βόλεται δόμεναι κράτος ἠέπερ ἡμῖν.

P. 331.

ἡμῖν δὲ Ζεὺς μὲν πολὺ βούλεται ἢ Δαναοῖσι νίκην.

ρ. 81.

αὐτὸν ἔχοντα σὲ βούλομ' ἐπαυρέμεν ἤ τινα τῶνδε.

ρ. 404.

αὐτὸς γὰρ φαγέμεν πολὺ βούλεαι ἢ δόμεν ἄλλῳ.

Audi nunc magistrum nescio quem magna gravitate ita docentem: ὁ δὲ λόγος (inquit) τοιοῦτος· θέλω, φησὶν, ἐγὼ τὸν ὄχλον μᾶλλον σώζεσθαι ΚΑΙ αὐτὸς ἀπολέσθαι. ὁ γὰρ Ἢ σύνδεσμος ἀντὶ τοῦ ΚΑΙ παρείληπται τῷ ποιητῇ. Sumit homo pro certo et concesso quod falsum et absurdum est, ut ex verbis apertissimis sententiam male sanam extundat. Zenodoto autem quid facias qui hunc versum expunxit ὡς τῆς διανοίας εὐήθους οὔσης. Fatuum ei videbatur imperatorem dicere „*malo exercitum salvum esse quam perire*," quasi ulla de ea re posset esse dubitatio. Paucis verbis rem restituit Aristarchus.

Vide et in vicinia incredibile παρόραμα Πτολεμαίου τοῦ Ὀροάνδου A. 120. Lepidus est etiam grammaticus nescio quis ad Δ. 228 docens: οὐδὲν πατρωνυμικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ ἔχει πρὸ τέλους διεσταλμένον τὸ I ἀπὸ ἑτέρου φωνήεντος οἷον Πανθοίδης, Βοηθοίδης, Πηλείδης, namque plane contra est, ut nunc nemo nescit et tum quoque sciri poterat.

Tetrasyllaba antiquitus fuisse patronymica Πηλεΐδης, Ἀτρεΐδης,

Τυδεΐδης et complures apud Pindarum et Tragicos loci ostendere poterant et notissimum σκολιόν·

ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλεύς
Τυδεΐδην τε φασὶν Διομήδεα.

Sed semper cavendum ne mendosa scriptura decepti ea veteribus magistris vitio vertamus, de quibus numquam cogitarunt. Ad Od. ψ. 310. adscribit Bekkerus ex Codice Vindobonensi: ῥητορικὴν ποιεῖται ἀνακεφαλαίωσιν τῆς ὑποθέσεως καὶ ἐπιτομὴν τῆς Ὀδυσσείας. ΚΑΛΩC οὖν ἠθέτησεν Ἀρίσταρχος τοὺς τρεῖς καὶ τριάκοντα. Imo vero ΚΑΚΩC οὖν. Sic saepe ex scribarum oscitantia Α male addito aut omisso contrarium nunc dicitur quam olim dictum fuit. Vidimus πιθανός pro ἀπίθανος scribi apud Strabonem et Flavium Iosephum. Πιθανῶς stulte scribitur ad Iliad. Ν. 658. pro Ἀπιθάνως. Ad. Il. Ψ. 772. legitur ψεύδεται συνήθως Ὅμηρος pro Ἀσυνήθως. et ad Β. 169. τὸ ὑπερφίαλον τὸ πολὺ σημαίνει καὶ ἄμετρον, ὡς τῆς Φιάλης Ἀμέτρου οὔσης, imo vero Μέτρου οὔσης. In Bekkeri *Anecdotis* pag. 79. 9. docemur: Ἁμαρτεῖν καὶ ἀδικῆσαι διαφόρως τάσσουσιν. noli credere, sed Ἀδιαφόρως. Ibid. pag. 97. 23. Ἔνωμον: τὸ κατὰ πᾶν πέπειρον, emenda τὸ κατά ΤΙ Ἀπέπειρον. In Scholio ad Aristophanis *Thesmoph.* 917. annotatur: ἀνάξιος δ' ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι· ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων. Imo vero Ἄξιος, ut opinor.

LXXIV.

Ἀθετήσεις DEPERDITAE.

Annotationes Criticorum, quae supersunt, multis modis sunt vitiatae, decurtatae et mutilatae. Praeterea complures Aristarchi observationes et ἀθετήσεις funditus interierunt, praesertim in Odyssea, ut ex indiciis quibusdam, quae in Veneto Α et Β. servata sunt, ostendemus.

Od. Β. 434.

παννυχίη μέν ῥ' ἥγε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον.

ad Il. Ω. 8. ἀλεγεινά τε κύματα πείρων annotatur πείρων: βαρυτόνως· φησὶ γοῦν

παννυχίη μέν ῥ' ἥγε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον.

εἰ δὲ καὶ οὗτος ἀθετεῖται ἄλλο φησίν· ἄλλα τ' ἔπειρον. (Od. γ. 33).

Od. M. 78.

οὐδ' εἴ ϝοι χεῖρές τε ἐϝείκοσι καὶ πόδες εἶεν.

annotatur ad Iliad. B. 489.

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἴη.

ἡ διπλῆ ὅτι ἡ ἰδιότης τῆς ὑπερβολῆς Ὁμηρική· καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ·

οὐδ εἴ οἱ χεῖρές τε ἐείκοσι καὶ πόδες εἶεν.

ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τοὺς περιγράφοντας τούτους τοὺς στίχους. Manifestum hinc est Zenodotum hos versus damnasse, Aristarchum retinuisse.

Od. M. 374.

ὠκέα δ' Ἠελίῳ Ὑπερίονι ἄγγελος ἦλθεν.

ad Iliad. Γ. 377. annotatur: *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ἀθέτησιν τῶν ἐν Ὀδυσσείᾳ*

ὠκέα δ' Ἠελίῳ Ὑπερίονι ἄγγελος ἦλθεν.

περὶ τῆς ἀπωλείας τῶν βοῶν τῷ πάντας ἐφορῶντι.

Od. O. 45.

λὰξ ποδὶ κινήσας καί μιν πρὸς μῦθον ἔϝειπεν.

annotatur ad Iliad. K. 158. ubi idem versus legitur: *ὁ ἀστερίσκος ὅτι ἐντεῦθεν εἰς τὴν Ὀδύσσειαν μετάκειται ἐπὶ τοῦ Πεισιστράτου ἐν κλινιδίῳ καθεύδοντος παρὰ Μενελάῳ. πρὸς τί οὖν ποδὶ ἀλλ' οὐχὶ τῇ χειρί; νῦν μὲν γὰρ εἰκότως ἐπὶ τῆς γῆς κοιμώμενον οὕτως ἐγείρει.*

Od. O. 251.

κάλλεος εἵνεκα ϝοῖο ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

Idem versus est Iliad. Υ. 235. ubi Aristonicus: *ὁ ἀστερίσκος ὅτι τοῦτον γράφουσι τὸν στίχον καὶ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ ἐπὶ τοῦ Κλείτου οὐ δεόντως.*

Od. P. 359.

εὖθ' ὁ δεδειπνήκειν, ὁ δ' ἐπαύετο θεῖος ἀοιδός.

ad Iliad. X. 328.

οὐδ' ἄρ' ἀπ' ἀσφάραγον μελίη τάμε χαλκοβάρεια,
ὄφρα τί μιν προτιϝείποι ἀμειβόμενος ϝεπέεσσιν.

annotatur ad vs. 329. ἀθετεῖται ὅτι γελοῖος, εἰ ἡ μελία ἐπετήδευσε μὴ ἀποταμεῖν τὸν ἀσφάραγον ἵνα προσφωνήσῃ τὸν Ἀχιλλέα. — διὰ τὸ ὅμοιον ἀθετεῖται κἀκεῖνο·

εὖθ' ὁ δεδειπνήκει, ὁ δὲ παύσατο θεῖος ἀοιδός.

Od. Ω. 39.

μαρνάμενοι περὶ σεῖο, σὺ δ' ἐν ϛροφάλιγγι κονίης
κεῖσο μέγας μεγαλωϛὶ λελασμένος ἱπποσυνάων.

ad Iliad. Π. 775.

μαρναμένων ἀμφ' αὐτόν, ὁ δ' ἐν ϛροφάλιγγι κονίης
κεῖτο μέγας μεγαλωϛὶ λελασμένος ἱπποσυνάων.

annotatur: ὁ ἀϛερίσκος ὅτι εἰς τὴν δευτέραν Νέκυιαν μετάκειται οὐχ ὑγιῶς.

Harum omnium ἀθετήσεων in Scholiis, quae supersunt, nec vola est nec vestigium. Quam multas alias sine ullo indicio periisse putemus? Nonnumquam factum est ut in ἀθετήσεως mentione spuria et genuina confunderentur, cuius rei dabo unum exemplum ut errorem a Bekkero commissum arguam. Legebatur Iliad. Β. 668.

τριχθὰ δὲ ϝοίκηθεν καταφυλαδὸν ἠδ' ἐφίληθεν
ἐκ Διός, ὅϛε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι ϝανάσσει,
καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων.

Audi Aristarchum: οὐ νοήσας τις ὅτι τὸ σημαινόμενον τοιοῦτόν ἐϛι· καίπερ οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς οἰκοῦντες πόλεως ἀλλὰ τριχῇ διασπαρέντες ἐφιλήθησαν ὑπ' ἀλλήλων καὶ οὐ διήχθρευσαν, ἐζήτηκεν ὑπὸ τίνος ἐφιλήθησαν. διὸ προσέθηκε τόν·

ἐκ Διὸς ὅϛε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσει.

et ad vs. 670. ἡ διπλῆ ὅτι Πίνδαρος κυρίως δέδεκται χρυσὸν ὗσαι τὸν Δία Ὁμήρου μεταφορᾷ κεχρημένου διὰ τοῦ κατέχευε πρὸς ἔμφασιν τοῦ πλούτου.

Vide nunc in quem errorem se induerit Pindari Scholiastes ad Olympion. VII. 62.

ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας
χρυσέαις νιφάδεσσι πόλιν.

qui scribit: τοῦτο ἀντικρὺς ἐκ τοῦ ἀθετουμένου Ὁμηρικοῦ ϛίχου εἴληφεν ὁ Πίνδαρος·

καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων.

vides quid erret. Aristarchus enim hunc versum non ἠθέτησε

sed a Pindaro secus intellectum esse arguit, et quod Homerus metaphorice dixisset id a Pindaro proprie esse acceptum. Expunxerat autem versum praecedentem. Quid Bekkerus? Versum genuinum expulit et quem Aristarchus obelo notaverat fideliter servavit manifesto deceptus a Scholiasta Pindari quamquam eum non nominat.

LXXV.

PRAEPOSITIONES CONFUSAE.

Quamquam non eadem de causa tamen eodem plane modo et in antiquis Alexandrinorum libris et in nostris Codicibus certae quaedam praepositiones saepe inter se confunduntur. Passim in nostris *κατά* et *μετά* mutant inter se locum: idem ex Aristarchi commentariis non raro cognovimus.

A. 424. *χθιζὸς ἔβη κ α τ ὰ δαῖτα.*

A. 484. *ἵκοντο κ α τ ὰ στρατόν.*

Didymus: *Ἀρίσταρχος κ α τ ά, οὐ μ ε τ ά. καὶ*

„χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα."

B. 163. *ἴθι νῦν κατὰ λαόν.*

Scholium: *σύμπασαι εἶχον κ α τ ὰ λ α ό ν, ἀντὶ τοῦ μ ε τ ά.*

N. 227.

ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει.

Scholium: *Ἀριστοφάνης* ΚΑΤΑ *κλέος.*

Λ. 364.

γήμας δ' ἐκ θαλάμοιο μετὰ κλέος ἵκετ' Ἀχαιῶν.

nihil notatur, sed multa suadent ut credam ΚΑΤΑ *κλέος* esse lectionem Aristarcheam eamque utrobique reponendam.

Quis autem dubitabit in Iliad. T. 346.

οἱ δὲ δὴ ἄλλοι Οἴχονται ΜΕΤΑ *δεῖπνον.*

reponere id quod rei natura et dicendi usus flagitant:

οἴχονται ΚΑΤΑ *δεῖπνον,*

id est *δειπνήσοντες.*

Ἐπί — προτί, ποτί.

Hae quoque praepositiones in Homeri carminibus frequentissime inter se misceri videbis. In hac confusione non sententia laborat

(namque eodem redit ἐπὶ νῆας et προτὶ νῆας) sed metrum. Itaque postquam semel liquido constabit haec in libris inter se permutari solere, licebit fortasse ad metri labem tollendam eo remedio uti ut pro re nata ἐπί in προτί convertatur et contra.

Nunc Homeri locos inspiciamus K. 347.

αἰεί μιν ἐπὶ νῆας ἀπὸ ϛρατόφιν προτιϝειλεῖν.

Didymus: Ἀρίϛαρχος ἐπὶ νῆας ἀντι τοῦ ποτὶ κῆας.

K. 336. βῆ δ' ἰέναι προτὶ νῆας.

Scholium ἐπὶ νῆας: γράφεται προτὶ νῆας.

K. 281. δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας — ἀφικέσθαι.

Ω. 199. κεῖσ' ἰέναι ἐπὶ νῆας·

289. ὀτρύνει ἐπὶ νῆας.

295. τῷ πίσυνος ἐπὶ νῆας ἴῃς.

313. τῷ πίσυνος ἐπὶ νῆας ἴω.

δ. 779. βῆ δ' ἰέναι ἐπὶ νῆα. κ. 407. μ. 367.

in his omnibus restitues metrum scribendo προτὶ νῆας, νῆα, ut recte scribitur O. 295. 305. ποτὶ νῆας. H. 310. ἦγον προτὶ ϝάϛυ. H. 83. οἴσω προτὶ Ϝίλιον ἱρήν, et aliis locis.

Facile nunc emendari poterit locus A. 609.

Ζεὺς δὲ πρὸς ϝὸν λέχος ἤϊ' Ὀλύμπιος.

imo vero Ζεὺς δ' ἐπὶ ϝὸν λέχος.

'Ἐπὶ — ποτί.

Φ. 426.

τὼ μὲν ἄρ' ἄμφω κεῖντο ἐπὶ χθονί.

Scholium: γράφεται ποτὶ χθονί.

θ. 378.

ὠρχείσθην δὴ ἔπειτα ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

μ. 191.

ϝίδμεν δ' ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

vides nihil interesse inter ποτὶ χθονὶ et ἐπὶ χθονί. quod metrum flagitat id ponitur.

Κατά et ποτί confusa sunt Ξ. 173. Vulgata lectio erat:

τοῦ καὶ κινυμένοιο Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ
ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκετ' ἀϋτμή.

Aristarchus emendavit κατά pro ποτί. Didymus: γραπτέον ὡς Ἀρίϛαρχος ΚΑΤΑ χαλκοβατές δῶ. ὁ γὰρ λόγος· οὗ κινου-

μένου κατὰ τὸν τοῦ Διὸς οἶκον ὁμοίως ἐπί τε γῆν καὶ οὐρανὸν ἡ ἀποφορὰ διϊκνεῖται. Ipsius Aristarchi haec paraphrasis est. Vulgata nata videtur ex Α. 426.

καὶ τότ' ἔπειτά τοι εἶμι Διὸς ποτὶ χαλκοβατὲς δῶ.

Ποτί et *περί* confusa sunt Ξ. 398.

τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν Ἠπύει.

ubi in aliis est *περὶ δρυσίν.*

Memorabilis locus est Θ. 378.

ὄφρα ϝίδωμαι
ἢ νῶϊ Πριάμοιο *πάϊς κορυθαιόλος* Ἕκτωρ
γηθήσει προφανέντε ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας.

Ante Aristarchum legebatur:

γηθήσει προφανείσας ἰδὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων.

Aristarchus vidit *προφανέν*ΤΕ esse verum et comparavit *πληγέντε κεραυνῷ* vs. 455. et ex Hesiodo:

Αἰδὼς *καὶ* Νέμεσις — *καλυψαμένω χρόα καλὸν*
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους.

Videntur iam olim veteres mirati quid esset *προφανέντε* temere antiquam scripturam mutasse et *προφανείσας* substituisse de suo nugati ultimam esse brevem ut in forma Dorica. Rectissime igitur veterem formam Aristarchus in lucem revocavit, sed quod substituit *ἀνὰ πτολέμοιο γεφύρας* propter ingratissimum hiatum *προφανέντε ἀνά* non est ullo modo ferendum. Utraque scriptura in unam conflata exibit versus Homero dignus:

γηθήσει προφανέντε ϝιδὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων.

ut Λ. 364. *ἰὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων*, et alibi.

LXXVI.

ἩΡΟΜΗΝ NON ἩΡΑΜΗΝ.

Verbum Homericum *ἀείρω* et *ἀείρομαι* habet aoristum *primum* *ἤειρα, ἄειρον, ἀεῖραι, ἀείρας* et in forma media *ἀειράμενος.* Habet etiam in forma media aoristum *secundum ἠρόμην, ἀρόμην.*

τὴν ἀρόμην Ψ. 592.

τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων, I. 188.

τὴν ἄρετ' ἐκ Τενέδοιο. Λ. 625.
ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο. I. 124.
κλέος – ἀροίμην. Σ. 121.
κῦδος ἄροιο. Δ. 95.
κῦδος ἄροιτο. Є. 3.
ἀροίμεθά κε κλέος ἐσθλόν. Є. 273.
κῦδος ἄρηαι. Π. 84.
ἵνα – μισθὸν ἄρηται. M. 435.
ἵν' ὑπέρτερον εὖχος ἄρησθε. Λ. 290.
εὖχος ἀρέσθαι. Ξ. 365.
κῦδος ἀρέσθαι. M. 407.
κῦδος ἀρέσθ' ἐπὶ νανσί. Σ. 294.

et similia his reperiuntur passim. Sed factum est post Homericam aetatem ut in Attica *ἀείρω* in *αἴρω* contraheretur et aoristus esset *ἦρα*, *ἆραι*, *ἄρας*, et in forma media *ἠράμην*, *ἀραίμην*, *ἄρασθαι*, *ἀράμενος*. Cum his igitur formis Homericae misceri et permutari coeptae, ubi una vocalis discrimen faciebat. Quemadmodum Graeculi *εὑράμην* et *ἀφειλάμην* dictitabant pro *εὑρόμην* et *ἀφειλόμην*, sic antiquiores pro formis vetustis *ἠρόμεθα*, *ἤρετο* sim. Atticas *ἠράμεθα*, *ἤρατο* substituerunt.

Eximendum igitur est hoc vitium ex his Homeri locis:

Γ. 373. *ἄσπετον ἤρατο κῦδος.*
Ξ. 510. *βροτόεντ' ἀνδράγρια – ἤρατο.*
Σ. 165. *ἄσπετον ἤρατο κῦδος.*
X. 393. *ἠράμεθα μέγα κῦδος.*
δ. 107. *ὅσσ' Ὀδυσεὺς ἐμόγησε καὶ ἤρατο.*
ν. 137. *Τροίης ἐξήρατο.*
ω. 33. *μέγα κλέος ἦρα' ὀπίσσω.*

Attica enim forma *ἠράμην suscepi* (ut in *πόλεμον ἠράμην*) plane diversa ab Homerico aoristo *ἠρόμην* ex his omnibus locis expellenda.

Atticum *αἴρω* non sine suspicione *semel* apud Homerum comparet P. 724.

ὡς ϝείδοντο νέκυν αἴροντας Ἀχαιούς.

LXXVII.

LOCI REPETITI.

Quo saepius antiqua carmina Ionica, quae Homeri nomine

feruntur, relego et diligenter omnia considero, eo magis magisque mihi confirmatur sententia eorum, qui haec non unius *ἀοιδοῦ* carmina esse arbitrantur, sed a compluribus cantoribus neque aetatis eiusdem neque patriae *εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν* olim composita et cantata fuisse: deinde in unum collecta et ordine disposita ut *εἰς ἓν σωμάτιον* coalescerent.

Diu multumque Homerica carmina lectitando meditandoque hoc quidem satis apud me constat, non eandem in diversis *ἀοιδοῖς* poëticam facultatem, non idem ingenium, non mentem diviniorem, non os magna sonaturum fuisse. Insunt quae eximius et summus poëta panxit, insunt quae poëtae mediocres, insunt quae versificatores minimi pretii conflaverunt rudi artificio lacinias quasdam et centones Homericos contexentes. Saepe video quae summus carminum artifex praeclarissimum in modum panxit ea alios mediocres poëtas certatim in rem suam convertisse et imitando expressisse. Proferre lubet unum memorabile huius rei exemplum et documentum. Cecinerat antiquus et praeclarus *ἀοιδὸς* Z. 490.

ἀλλ' ἐς ϝοῖκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ϝέργα κομίζε,
ἱϛόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ϝέργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιϛα δ' ἐμοί, τοὶ ϝιλίῳ ἐγγεγάασιν.

hinc prognatum est Od. α. 356.

ἀλλ' ἐς ϝοῖκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ϝέργα κόμιζε,
ἱϛόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ϝέργον ἐποίχεσθαι. ΜΥΘΟΣ *δ' ἄνδρεσσι μελήσει*
πᾶσι, μάλιϛα δ' ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔϛ' ἐνὶ ϝοίκῳ.

et Od. φ. 350.

ἀλλ' ἐς ϝοῖκον ἰοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ϝέργα κόμιζε,
ἱϛόν τ' ἠλακάτην τε καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ϝέργον ἐποίχεσθαι. ΤΟΞΟΝ *δ' ἄνδρεσσι μελήσει*
πᾶσι, μάλιϛα δ' ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔϛ' ἐνὶ ϝοίκῳ.

et Od. λ. 352.

πομπὴ δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιϛα δ' ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔϛ' ἐνὶ δήμῳ.

Suntne haec unius et eiusdem *ἀοιδοῦ*? *ὡς ἕκαϛος ἑαυτὸν πείθει οὕτως ἐχέτω*, namque nulla est in his *πειθανάγκη* neque *ἀποδείξεις*, sed mihi quidem hi versus in Iliad. Z. *nati* esse viden-

tur et *suo* loco positi et cum rei natura omnino congruentes. In caeteris locis nescio quid coacti habent et intempestivi, praesertim in Od α. ubi *correxit* nescio quis:

ἀλλὰ σύ γ' εἰσελθοῦσα τὰ σ' αὐτῆς ϝέργα κόμιζε.

et vs. 360.

ἡ μὲν θαμβήσασα πάλιν θ ά λ α μ ό ν δ ε βεβήκει.

pro πάλιν ϝοῖκόνδε βεβήκει, quoniam, ut ait, ληρῶδες οἴκοι τὴν Πηνελόπην οὖσαν προστάσσεσθαι οἴκαδε ἀπελθεῖν, quod frigide confutat aliquis de suo commentus ὡς Ὅμηρος τὸν ο ἶ κ ο ν ποτὲ μερικῶς λαμβάνει ἐπὶ τοῦ ἀνδρῶνος ἢ τῆς γυναικωνίτιδος. Verissime dixit Strabo alicubi οἱ γραμματικοὶ εὑρεσιλογοῦσι μᾶλλον ἢ λύουσι τὰ ζητούμενα. Quid Aristarchus? ἀθετεῖ ἄμεινον λέγων αὐτοὺς ἔχειν ἐν Ἰλιάδι καὶ ἐν τῇ τοξείᾳ τῶν ἡρώων. Quam nihil sic proficias palam est.

Addam alium locum et exemplum. Duobus in Odyssea locis γ. 71 et ι. 252. leguntur hi pulcherrimi versus:

ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐϛέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;
ἤ τι κατὰ πρῆξιν ἦ μαψιδίως ἀλάλησθε
οἷά τε ληϊϛῆρες ὑπεὶρ ἅλα; τοί τ' ἀλόωνται
ψυχὰς παρθέμενοι κακὸν ἀλλοδαποῖσι φέροντες;

Dissentiunt de tribus ultimis versibus Aristophanes et Aristarchus. Retinebat eos Aristophanes in tertio libro, expungebat in nono, Aristarchus contra. Sunt in utroque loco difficultates, quas Aristarchus elevans δοτέον δέ, inquit, τῷ ποιητῇ τὰ τοιαῦτα, in aliis severior et nihil veniae habens. Quod de praedonibus dicit Cyclops τοί τ' ἀλόωνται ψυχὰς παρθέμενοι, id est παραβαλόμενοι καὶ κινδυνεύοντες περὶ τῆς ψυχῆς, non de belli periculis accipiendum sed de supplicio, quo capti afficiebantur, sed undenam huiusce rei Polyphemo notitia? Mihi quidem eximii versus neque hoc loco neque illo *nati* videntur, sed ex antiquiore carmine sumti per imitationem et huc et illuc non sine quadam molestia translati.

Plura non addo, quia talia omnia sentiri possunt sed demonstrari non possunt et nolo videri ultra Lycurgi aetatem indagando procedere velle.

LXXVIII.

Ἀφασίη non Ἀμφασίη.

Duo pulcherrimi versus leguntur Iliad. P. 695.

δὴν δέ μιν ἀμφασίη ϝεπέων λάβε, τὼ δέ ϝοι ὄσσε
δακρυόφι πλῆσθεν, θαλερὴ δέ ϝοι ἔσχετο φωνή.

qui repetiti sunt Od. δ. 704. Ἀφασία eo sensu optimo quoque scriptori Attico usitatum est, ut analogia postulat, et suspicor M esse postea insertum ab iis qui metro consulebant, sed veterem ἀοιδόν ut ἀθάνατος et ἀκάματος sic etiam Ἀφασίη prima longa dixisse.

LXXIX.

ϜΕϜΟΡΓΑ.

Sine labe evasit:
Iliad. B. 272. ἐσθλὰ ϝέϝοργε.
Γ. 57. ὅσσα ϝέϝοργας.
Ε. 175. Θ. 356. Π. 424. κακὰ πολλὰ ϝέϝοργε.
Ι. 320. πολλὰ ϝεϝοργώς.
sed laborant hi quatuor loci:
Γ. 351. ὅ με πρότερος κάκ' ἔοργε.
Φ. 399.

τῷ σ' αὖ νῦν ὀΐω ἀποτισέμεν ὅσσα μ' ἔοργας.

Χ. 347.

εἰ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνείη
ὤμ' ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι οἷά μ' ἔοργας.

et Od. χ. 318. οὐδὲν ἐοργώς.

Bekkerus ἔϝοργε, ἔϝοργας, ἐϝοργώς dedit contra certam analogiam et legem Graecitatis, quae nullam exceptionem admittit. Revocabis formam veterem et Homericam rescribendo:

ὅ με πρότερος κάκ' ἔρεξε.

et expuncto inutili pronomine:

ἀποτισέμεν ὅσσα ϝέϝοργας.
οἷα ϝέϝοργας.

et in Odyssea οὔτι ϝεϝοργώς.

Vulgatas scripturas invexerunt cantores ut molestum hiatum ὅσσα ἔοργας, οἷα ἔοργας, οὔτι ἐοργώς removerent. Ad manum enim erat literulam inserere aut οὐδέν pro οὔτι substituere. Ubi nihil huiusmodi πρόχειρον et in promtu est, verba poëtae intacta reliquerunt.

κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἀϝεργὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὰ ϝεϝοργώς.

LXXX.

Δίγαμμα OMISSUM AUT PERPERAM ADDITUM.

Nonnullis locis Bekkerus necessarium δίγαμμα addere neglexit veluti Δ. 483.

ἥ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο πεφύκει.

O. 631.

αἵ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ ἕλεος μεγάλοιο νέμονται.

B. 776.

λωτὸν ἐρεπτόμενοι ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον.

ubi ϝέλεος et ϝελεόθρεπτον rescripta ter permolestum hiatum removebunt.

Dubitasse videtur quia duo loci Υ. 221. et ξ. 474. digamma non admittunt.

Male omissum est δίγαμμα H. 310. in ἀελπτέοντες σόον εἶναι. Quia ϝέλπομαι Homericum est et ϝέϝολπα sequitur ἄϝελπτος et ἀϝελπτίη dici et ἀϝελπτέοντες esse scribendum.

Satis constat inter omnes ϝοῖνος digamma habere praeterquam in nonnullis locis, quos non antiquus vates panxit, sed aut recentiores ἀοιδοί aut διασκευασταί vetustis carminibus addiderunt. Itaque ferendum non est quod in antiqua parte carminis vulgatur I. 244.

πλησάμενος δ' οἴνοιο δέπας δείδεκτ' Ἀχιλῆα.

sed duobus verbis transpositis legendum:

πλησάμενος δὲ δέπας ϝοίνου.

Contra perverse ϝ addidit Bekkerus I. 127.

ἤματα δ' αἱματόεντα διέπρησσον πολεμίζων
ἀνδράσι μαρνάμενΟC ϝοάρων ἕνεκα σφετεράων.

legendum est, ut alibi ostendimus, *μαρναμένΟIC ὀάρων ἕνεκα σφετεράων.*

LXXXI.

ϜΙΔΗΙΣ — ϜΙΔΗΙ — ϜΙΔΕΗC.

Aristarchus sedulo formam *ἴδῃς* in *ἴδῃ* convertit. Iliad. A. 203. Γ. 163. Δ. 205. N. 449. O. 32. Quid eum moverit non exputo, namque apud Homerum nihil interest inter *ϝιδέειν* et *ϝιδέσθαι.* Quidquid huius rei est fefellit eum opinio in Iliad. N. 448.

ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐναντίος ἵστασ' ἐμεῖο
ὄφρα ϝίδῃς οἷος Ζηνὸς γόνος ἐνθάδ' ἱκάνω.

Didymus: *Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ C ἴδῃ.* Sed quia sententia postulat *ut scias*, emendandum est *ὄφρα ϝιδέῃς*, ut supra ostendimus.

Ϝιδέειν, quod saepe legitur, reponendum est Iliad. Ω. *ὀφθαλμοῖς ϝιδέειν* pro *ὀφθαλμοῖσι ϝιδεῖν.*

LXXXII.

Ἔμελλον non *Ἤμελλον.*

M. 34. *ὣς ἄρ' ἔμελλον ὄπισθε — θησέμεναι. ἡ διπλῆ (περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ὣς ἤμελλον ὄπισθε. ἔστι δὲ βάρβαρον.* apud Homerum quidem. Nunc emendari poterit Scholium ad Od. ζ. 165.

τὴν ὁδὸν ᾗ δὴ ἔμελλεν ἐμοὶ κακὰ κήδε' ἔσεσθαι.

ᾗ δὴ μέλλεν: ὅτι οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ μέλλεν. Ἀττικῶν γάρ ἐστι τῶν μεταγενεστέρων. Legendum: *ᾗ δ' Ἤμελλεν: ὅτι οὐκ οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ Ἤμελλεν.* Callimachi versus est ab Apollonio Rhodio in suum carmen translatus I. 1309.

καὶ τὰ μὲν ὣς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι.

vidit Aristarchus, quod Callimachum et Apollonium fugerat, *ἤμελλεν* apud Homerum esse barbarum.

LXXXIII.

LECTORUM ANNOTATIONES SCHOLIIS MIXTAE.

Leguntur in Scholiis nonnumquam annotatiunculae quaedam scurriles hominum Homerum deridentium aut duriter increpantium, quae nihil omnino faciunt ad rem. In Iliad. O. 137. de Iove dicitur:

ὃ δ' ἡμέας εἶσι κυδοιμήσων ἐς Ὄλυμπον
μάρψει δ' ἑξείης ὅς τ' αἴτιος ὅς τε καὶ οὐκί.

adscripsit scurra subsannans: καὶ πῶς ὁ τοιοῦτος πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε; Sic Christiani Homericos deos maledictis incessebant. Eiusdem farinae sunt quae adscripta sunt ad Iliad. P. 225 et 227. in A. ἄλλως. ὅρα τὸ αἰσχρόν· κατατρύχεσθαί φησι τοὺς Τρῶας εἰς τὴν τῶν συμμάχων διατροφήν. et ἄλλως· σκόπει τὴν ἄνοιαν· ἀξιοῖ ἀντὶ τῶν τροφῶν ὧν παρέσχεν αὐτοῖς ἀντιδοῦναι τὰς ψυχάς. Adscripserat haec olim homo morosus et truculentus in ora sui libri, deinde librarius non admodum acutus scholia haec esse ratus praefixo ἄλλως recepit in ordinem.

Eiusdem farinae est annotatio ad Λ. 355. ὡς φιλοψευδὴς ὁ τυφλὸς ὅτι καὶ ἄπιςα ψεύδεται κτἑ. quae Zoili esse non sine quadam veri specie suspicatur Dindorfius.

LXXXIV.

INFELICES VETERUM CONIECTURAE.

Iliad. I. 393.

ἢν γάρ δή με σόωσι θεοὶ καὶ ϝοίκαδ' ἵκωμαι
Πηλεύς θήν μοι ἔπειτα γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός.

annotatur in A. Ἀρίςαρχος γυναῖκά γε μάσσεται. et in L. ἐντεῦθεν ἔλαβε Μένανδρος τὸ „ἐγάμησεν ἣν ἐβουλόμην ἐγώ." τὸ δὲ γαμέσσεται πᾶσαι εἶχον μάσσεται ἀντὶ τοῦ ζητήσει. Lacuna in hoc loco est sic supplenda: πᾶσαι εἶχον. (ὁ δὲ Ἀρίςαρχος γυναῖκά γε) μάσσεται. Quod erat in omnibus libris γυναῖκα γαμέσσεται, Aristarcho mendosum esse videbatur. Itaque ex ingenio substituit ΓΕ ΜΑϹϹΕΤΑΙ, *pater ipse mihi conditionem quaeret.* Omnium plausu excepta haec

coniectura est et in textum recepta, paullo calidius, ut mihi quidem videtur. Primum quia frigidissime importunum γε inseritur more Brunckiano et aliorum, qui ubicumque rima esset ςοιβῆς δίκην *nihil significans* γε addebant de suo. Deinde ὁ πατὴρ αὐτὸς γυναῖκά μοι ζητήσει, ut Aristarchi verbo utar, νεωτερικόν ἐςιν. Denique cur vulgata γαμέσσεται in suspicionem vocetur nihil causae esse video. In forma nihil est quod reprehendas. Homerus in futuro (ut supra vidimus) dicebat καλέω et καλέσσω et προκαλέσσεται. Similiter γαμέω et γαμέσσεται. De significatione nulla esse potest dubitatio. Γαμέσσεται hoc solo loco legitur, (et μάσσεται quoque est ἅπαξ λεγόμενον) sed verbum plane eiusdem potestatis non semel in eadem re ponitur apud Homerum. Nihil interest inter γαμεῖν et ϝοίκαδ' ἄγεσθαι et ἄγεσθαι, *domum ducere uxorem* et *uxorem ducere.* Ἄγεσθαι igitur ut γαμεῖσθαι apud Homerum ponitur pro *uxorem dare.* Luculentum exemplum est in Od. Φ. 213. ubi Ulysses duobus fidelibus servis haec pollicetur:

εἴ χ' ὑπ' ἐμοί γε θεὸς δαμάσῃ μνηςῆρας ἀγαυούς,
ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους καὶ κτήματ' ὀπάσσω.

Nihil interest inter Πηλεύς μοι γυναῖκα γαμέσσεται, et ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους, quamobrem veterem librorum omnium scripturam non tangere erat satius.

LXXXV.

Οἱ ἀπολογούμενοι πρὸς τὰς ἀθετήσεις.

Iocosum est videre quam levibus et futilibus argumentis οἱ ἀπολογούμενοι πρὸς τὰς ἀθετήσεις gravissima interpolationis indicia ab Aristarcho patefacta diluere se posse putant. Est in Iliad. Σ. 444—456. locus manifesto διεσκευασμένος, ut acutissime Aristarchus demonstravit. Nihil inest in rebus, nihil in verbis, quod faciat ad rem aut Homero dignum sit. Versus sunt εὐτελεῖς, quales nos quoque pangere facili artificio possemus. Quid Aristarchi adversarius? Ἀνακεφαλαίωσις αὕτη, inquit. ΚΑΚΩΣ οὖν Ἀρίςαρχος ἀθετεῖ. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τὰ μὲν περὶ τοῦ γάμου παλαιά τε ὄντα καὶ πᾶσι δῆλα λέγειν, σιωπᾶν δὲ δι' ὃ ἦλθεν. Qui ita dicit opinari videtur Homerum haec non audi-

torum sed Vulcani gratia Thetin induxisse dicentem. Quod erat dicto opus diserte dictum est, ut Aristarchus ostendit.

Leguntur huiuscemodi ἀνακεφαλαιώσεις et alibi, sed omnes Aristarchus spurias et ὑπὸ τῶν διασκευαστῶν antiquo carmini serius insertas esse docuit. Ad Iliad. A. 365.

ϝοῖσθα· τί ἤ τοι ταῦτα ϝιδυίῃ πάντ' ἀγορεύω;

rectissime iudicat: ὅτι παλιλλογεῖν παρῄτηται. ἀλλότριοι ἄρα οἱ ἐπιφερόμενοι στίχοι εἴκοσιν ἑπτά. Non desunt qui contradicant, quorum unus, lepidum caput, ῥητορικὸς ὤν, inquit, ὁ ποιητὴς καὶ τρόπον ἀνακεφαλαιώσεως βουλόμενος διδάξαι ἡμᾶς ταῦτα πάλιν ἐξ ἀρχῆς διέξεισιν. Agnosces eundem hominem ad Od. ψ. 310. ῥητορικὴν ποιεῖται ἀνακεφαλαίωσιν τῆς ὑποθέσεως καὶ ἐπιτομὴν τῆς 'Οδυσσείας. καλῶς (imo vero κακῶς, ut supra diximus et manifestum est) οὖν ἠθέτησεν 'Αρίσταρχος τοὺς τριάκοντα τρεῖς (στίχους). Nata sunt omnia huiuscemodi additamenta quum antiqua Ionica carmina carptim et σποράδην volitabant per ora virorum. Posteaquam in unum collecta et ordine disposita sunt otiosa haec et supervacanea debebant videri, sed, ut Aristarchus loquitur in Aristonici praefatione, τὰ ποιήματα ἐν τῇ τάξει διημάρτηται, et qui ea primum in unum veluti corpus redegerunt promiscue omnia antiqua et recentiora, genuina et additicia πάντα ὑπὸ μίαν Μύκονον consarcinarunt, donec ἡ τῶν ἀρχαίων λόγων κρίσις ἐλθοῦσα πάντα διεκόσμησεν. Quis negabit Criticos veteres, etiam omnium principem, ἐν τοῖς κατὰ μέρος nonnumquam errasse? Non equidem hercle; neque sic illorum scriptis utendum arbitror ut in illorum verba iuremus et illorum opinionibus omnibus inepti subscribamus, sed ut illorum exemplum imitemur et quod ab illis praeclare est inchoatum quantum quidem fieri potest nos perficiamus.

LXXXVI.

Σειρῆνες DUAE.

N. 66.

τοῖιν δ' ἔγνω πρόσθεν 'Οϊλῆος ταχὺς Αἴας.

Aristonicus: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ δυϊκὸν σχῆμα, ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τῶν Σειρήνων νηάων Σειρήνοιϊν, ὅτι ὁ λόγος ὡς περὶ δύο. Mendum in his subest. Dindorfius de Lachmanni sententia

edidit: πρὸς τὰ περὶ τῶν Σειρήνων „(Σειρήνων) ἀδινάων (Od. 23. 326.), Σειρήνοιїν (Od. 12. 52.). Sed nondum sic loci emendatio perfecta est. Aristarchus animadvertit ex dualium usu *duas* a poëta induci Sirenas Od. 12. 52.

ὄφρα κε τερπόμενος ϝόπ' ἀκούῃς Σειρήνοιϊν.

et vs. 166.

ἐξίκετο νηῦς εὐεργὴς Νῆσον Σειρήνοιϊν.

et ipsae Sirenes vs. 185.

νῆα κατάϛησον ἵνα νωϊτέρην ϝόπ' ἀκούσῃς.

ubi annotatur ad vs. 52. Σειρήνοιϊν: ὅτι δύο καθ' Ὅμηρον αἱ Σειρῆνες, οὐ τρεῖς. et ad vs. 185. νωϊτέρην: δύο Φαίνονται καὶ ἐντεῦθεν. Aristarchus igitur notavit locos quosdam, unde appareret -οιϊν esse dualis numeri, namque in artis infantia quae nunc pueri sciunt diligenter erant demonstranda. Non potuit igitur afferre Σειρήνων ἀδινάων neque θεσπεσιάων (Od. μ. 158.), quia haec nihil ad suam rem faciebant. Praeterea Σειρήνων ἀδινάων et de *duabus* inepte dicitur et legitur in ea parte Odysseae, quam Aristarchus genuinam esse negabat. Quidquid autem mendi in Scholis latet, res ipsa clara et perspicua est.

Miror Aristarchum ad Λ. 104. ubi demonstrat ὅτι περὶ δυεῖν ὁ λόγος, non addidisse argumentum ex vs. 110.

σπερχόμενος δ' ἀπὸ ΤΟΙΙΝ ἐσύλα τεύχεα καλά.

Duas tantum esse Sirenes vel unum pronomen νωϊτέρην ϝόπ' ἀκούῃς satis demonstrat. Numquam in his ulla apud Homerum dubitatio est. Itaque in Od. N. 320.

ἀλλ' αἰεὶ Φρεσὶ ϝῆσιν ἔχων δεδαϊγμένον ἦτορ
ἠλώμην.

continuo fraus perpluit. Didymus ex Aristarcho: νοθεύονται τέσσαρες ϛίχοι. ὁ μὲν πρῶτος ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐμῇσιν ἔχει τὸ ἧσιν, ὅπερ ἐϛὶ τρίτου προσώπου τηροῦντος ἀεὶ τοῦ ποιητοῦ τὴν ἐν τούτοις διαφοράν. Apollonius *de Pronomine* pag. 139. B. τὸ μέντοι

ἀλλ' αἰεὶ Φρεσὶν ἧσιν ἔχων.

ἀντὶ τοῦ ἐμαῖς εὐλόγως ὑπ' Ἀριϛάρχου ὑπωπτεύετο ὡς νόθον, καθὸ ΑΔΙΑΠΤΩΤΟC ἐν ἀντωνυμίαις (ὁ ποιητής).

Sumus hercle omnes homines ἀδιάπτωτοι ἐν ταῖς ἀντωνυμίαις, nam quis mortalium *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester* umquam confundet! Sed faciebant hoc perpetuo poëtastri Alexandrini, qui nihil in his sentiebant. Unum ex Apollonio Rhodio exem-

plum expromam. Lib. III. 394. Iason ad regem Aeëten ita dicit: *parati sumus te armis nostris adiuvare sive tu Sauromatas sive quem alium populum imperio* TUO *subiicere cupis:*

εἴτ' οὖν Σαυρομάτας γε λιλαίεαι εἴτε τιν' ἄλλον
δῆμον ΣΦΩΙΤΕΡΟΙΣΙΝ ὑπὸ σκήπτροισι δαμάσσαι.

quae potest esse absurdior oratio?

LXXXVII.

AD NONNULLOS EX ILIADE LOCOS.

Iliad. B. 27. ὁ Ὄνειρος πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα·

νῦν δ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα, Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,
[ὅς σευ ἄνωθεν ἐὼν μέγα κήδεται ἠδ' ἐλεαίρει.]

quae iisdem verbis repetita leguntur vs. 63 sq.

ἡ Ἶρις πρὸς τὸν Πρίαμον Iliad. Ω. 173.

νῦν δ' ἐμέθεν ξύνες ὦκα, Διὸς δέ τοι ἄγγελός εἰμι,
ὅς σευ ἄνωθεν ἐὼν μέγα κήδεται ἠδ' ἐλεαίρει.

rectissime vidit Aristarchus illum locum ex hoc praeter sententiam esse interpolatum. Annotatur ad B. 28. (ὀβελὸς μετ' ἀστερίσκου) ὅτι τοῦτο ὀρθῶς πρὸς Πρίαμον Ἶρις λέγει· ἐπεὶ καὶ τίνος χάριν ἐλεεῖν αὐτὸν μέλλει; et ad B. 64. (ὀβελὸς μετ' ἀστερίσκου) ὅτι ὑπὸ τῆς Ἴριδος πρὸς Πρίαμον δεόντως λέγεται. et ad Ω. 174. (ὁ ἀστερίσκος) ὅτι ἐνταῦθα ὑγιῶς λέγεται, ἐκεῖ δὲ κακῶς ὑπὸ τοῦ Ὀνείρου πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα. Bekkerus tamen spurium versum et cum loci sententia pugnantem retinuit et ne commemoravit quidem eum ab Aristarcho esse damnatum.

Admirabili acumine Aristarchus, qui omnia Homeri dicta ad naturae veritatem et vitae heroicae usum exigebat perinde ac si eximius poëta non ficta caneret sed vera narraret, perspexit in Iliad B. interpolatos esse versus 76—83. Sedebant in concilio senes et Agamemnon sedens, non stans, dixit sententiam. Itaque perversum est:

ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο.

οὐ γὰρ ὀρθὸς εἰρήκει, inquit. Deinde οὐδὲν περισσὸν λέγει ὁ Νέστωρ καὶ εὔηθες τὸ εἰπεῖν·

εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἐνίσπε
ψεῦδός κεν φαῖμεν.

et lepide addit: *οὐ γὰρ κατὰ διαφορὰν οἱ δυνατώτεροι ἀληθεῖς ὀνείρους ὁρῶσιν.* et ita pergit: *αἱρομένων δὲ αὐτῶν ὀρθῶς ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἐπενεχθήσεται·*

πείθοντο δὲ ποιμένι λαῶν.

μὴ παρόντος γὰρ τοῦ Ἀγαμέμνονος τὸν Νέςορα λέγει ποιμένα λαῶν· ἄτοπον γὰρ τούτῳ ἕπεσθαι τοὺς ἄλλους.

Miror igitur quo pacto Bekkerus, qui tot versus ex utroque carmine damnavit et exclusit, his parcere potuerit.

Praeterea haereo in Ἐ*Πανέςησαν* pro *ἀνέςησαν*. Quid si olim fuerit

οἳ ΔΕ Τ' *ἀνέςησαν πείθοντό τε ποιμένι λαῶν.*

Iliad. B. 111.

*Ζεύς με μέγ*Α *Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.*

Revocanda erat Aristarchea scriptura *μέγ*ΑС pro *μέγ*Α. Didymus: *ὁ Ἀρίςαρχος ἐν ταῖς Λιταῖς ἐξηγούμενος τό·*

αὐτὰρ ἔπειτ' Αἴας τε μέγας.

ἔν τινι τῶν ἠκριβωμένων ὑπομνημάτων γράφει ταῦτα κατὰ λέξιν· „οὐ κατ' ἐπίθετον λέγει μέγας, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαςολὴν τοῦ ἑτέρου Αἴαντος. ὅταν δὲ λέγῃ·

*Ζεύς με μέγ*ΑС *Κρονίδης*

οὐκέτι ὅτι καὶ ἕτερος μικρός ἐςιν."

Quod vulgatur *μέγα* pro *μεγάλως* positum, ut aiunt, cum caeteris verbis non quadrat. Rectissime dicitur *ὦ μέγ' ἀναιδές*, sed quo modo verbis *ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ* addi possit *μέγα* aut *μεγάλως* aut *σφόδρα* aut *πάνυ* aut quidquam de genere hoc nemo facile ostendet.

Quam sit lubrica fides scholiorum et nonnumquam de iisdem non eadem doceri ostendit locus I. 18. ubi idem versus legitur:

*Ζεύς με μέγ*ΑС *Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ.*

ubi annotatur: *Ἀρίςαρχος σὺν τῷ* С *μέγας.* et *ἡ διπλῆ ὅτι* ΜΕΓΑ *δεῖ γράφειν ἀντὶ τοῦ μεγάλως ὡς σάφα. Ἀδόκιμος δὲ πάνυ ἡ μετὰ τοῦ* С *γραφή.* Non Aristarchus inter se pugnantia docuit, sed sublesta est testium fides.

Iliad. Δ. 208.

ὣς φάτο, τῷ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ ςήθεσσιν ὄρινεν.

ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ὄρινεν ὅτι ἀντὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν ἐκίνησεν. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τό·

ὣς φάτο, τῇδ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ ϛήθεσσιν ὄρινεν.

(Od. 17, 150), ὅτι οὐκ ἔϛιν ἐθύμωσεν, ὡς ὁ διασκευάσας ἐκλαβὼν ἔταξε τοὺς ἑξῆς εἴκοσι ϛίχους, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐκίνησε καὶ παρώρμησε κατὰ τὸ ἐρωτικόν. Male haec referuntur ad Od. P. 150. ubi annotatur: ἀθετοῦνται ιϛ' ϛίχοι (151—166) sed ad Iliad. Γ. 395. pertinent ubi vide. Itaque scribe - ἐκλαβὼν 'ΥΠέταξε τοὺς ἑξῆς εἴκοσι (τρεῖς) ϛίχους (396—418). Non nisi de Helena dici potuit παρώρμησε κατὰ τὸ ἐρωτικόν.

Recte edidit Bekkerus Iliad. Δ. 433.

πολυπάμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ.

pro πολυπάμμονος. Eadem opera emendari poterat Il. Ω. 250. Πάμονα pro Πάμμονα, et in Od. ω. 305.

Πολυπαμονίδαο ϝάνακτος.

pro ominoso nomine Πολυπημονίδαο.

Iliad. E. 365.

πὰρ δέ ϝοι Ἶρις ἔβαινε καὶ ἡνία λάζυτο χερσίν.

ruit metrum, namque Ϝῖρις appellatur, non Ἶρις. Sed dictio quoque mendo laborat quod si sustuleris eadem opera metrum restituetur. Legendum:

πὰρ δέ ϝε Ϝῖρις ἔβαινε.

ut Od. χ. 233.

δεῦρο, πέπον, παρ' ἔμ' ἵϛασο.

Iliad. E. 723.

χάλκει' ὀκτάκνημα.

Athenienses, quorum antiquissimus Homerus est, numeros in compositione immutatos servabant dicentes πεντέπους, ἕξπους, ὀκτώπους, ἑκατόμπους, non πεντάπους, ὀκτάπους cett. Sic ὀκτωδάκτυλος dicebant, ὀκτώμηνος, ὀκτώπους pro σκορπίος, et sim. Sic igitur Homerus quoque ὀκτΩκνημα dedisse videtur et Hesiodus (*Op.* 440):

ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον ὀκτΩβλωμον.

pro ὀκτάβλωμον.

Iliad. Z. 74.

ϝίλιον εἰσανέβησαν ἀναλκείῃσι δαμέντες.

Nihili forma est ἀναλκείῃσι ficta ab iis qui metro essent nimium solliciti. Habebant hoc veteres cantores, ut huiuscemodi metricas difficultates vi domarent. Sicubi est brevis vocalis inter duas longas syllabas inclusa, pro longa utuntur, ut in ὑποδεξίη Iliad. I. 73.

πᾶσά τοι ἔσθ' ὑποδεξίη, πολέσιν δὲ ϝανάσσεις.

sic et in ἀναλκίῃσι δαμέντες permultisque de genere eodem, quorum nonnulla apponam.

Iliad. A. 205. ὑπεροπλίῃσι.

B. 588. προθυμίῃσι.

Od. ν. 142. ἀτιμίῃσι.

ω. 251. ἀϝεργίης.

Ἀναλκίῃσι bis in ἀναλκείῃσι depravatum est Iliad. P. 320. 337.

Eodem errore pro ἀϊδρίῃσι et πολυϊδρίῃσι scribitur Od. κ. 110 et 257. ἀϊδρείῃσι, et β. 346. πολυϊδρείῃσι contra analogiam et usum.

Eadem libertate poëtae in ἰϛίη mediam pro longa ponebant, et omnino si qua esset in *necessaria* forma difficultas aliqua metrica per vim perrumpebant. Tres breves continuantur in ἀθάνατος ἀκάματος, ἀπονέεσθαι, ἀπονέοντο, quid illi? producunt primam. Uti non poterant forma Ζέλεια, Ζάκυνθος, Σκάμανδρος, nisi ut praecedens brevis syllaba non positione produceretur. Non dubitant dare:

B. 824. οἳ δὲ Ζέλειαν.

Γ. 103. ϝάϛυ Ζελείης.

B. 634. οἵ τε Ζάκυνθον.

ι. 24. ὑλήεσσα Ζάκυνθος.

Υ. 74. δὲ Σκάμανδρον.

Φ. 124. ἀλλὰ Σκάμανδρος.

223. ταῦτα Σκάμανδρος.

305. οὐδὲ Σκάμανδρος.

X. 148. ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου.

Z. 402. καλέεσκε Σκαμάνδριον.

idem in σκέπαρνον faciebant:

ε. 237. ἔπειτα σκέπαρνον

ι. 391. ἠὲ σκέπαρνον.

ut formae Αἰγυπτίων, Αἰγυπτίους, Αἰγυπτίας et sim. metro quadrarent corripiebant secundam, prudenter in his omnibus et sollerter versati. Poëtae sunt, non grammatici.

Ad Iliad. ι. 73. Herodianus male ὑποδεξείη ὡς Ἀργείη annotaverat, sed correxit errorem et ita dixit: ἕνεκα μέτρου ἔκτασιν ἔπαθε τὸ ε. Leg. τὸ ι. Similiter ad Β. 731. οὕτως ἐκτατέον διὰ τὸ μέτρον, Ἀσκληπιοῦ, penultima longa et ad Ο. 554.

ἐντρέπεται φίλον ἦτορ ἀνεψιοῦ κταμένοιο.

τὴν ψι συλλαβὴν ἐκτατέον διὰ τὸ μέτρον.

Iliad. Η. 110.

Ἀφραίνεις, Μενέλαε, — ἀνὰ δ' ἴσχεο κηδόμενός περ.

Graece dici non potest ἀνίσχομαι pro ἀνέχομαι, neque ἀπίσχομαι pro ἀπέχομαι, sed nihil est facilius quam hanc maculam eluere. Dixerat poëta: ἀνὰ ΔΕ σχέο κηδόμενός περ, ut alibi:

τέτλαθι, μῆτερ ἐμὴ, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ.

Duobus locis in Iliade idem mendum inolevit Η. 434.

ἦμος δ' οὔτ' ἄρ πω ἠὼς ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ,

τῆμος ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κριτὸς Ἔγρετο λαὸς Ἀχαιῶν.

et Ω. 790.

ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,

τῆμος ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κλυτοῦ Ἕκτορος Ἔγρετο λαός.

Quid sibi vult in huiuscemodi locis Ἔγρετο? Quod liquido sententia postulat latet in antiqua scriptura ΕΓΡΕΤΟ, nempe Ἤγρετο. Ἀγείρω habet duas aoristi passivi formas ἠγέρθην et Ἠγρόμην, quarum illa passim legitur in notissimo:

οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ἤγερθεν ὁμηγερέες τ' ἐγένοντο.

haec non nisi in participio comparet, ut Iliad. Υ. 165.

ὅν τε καὶ ἄνδρες ἀποκτάμεναι μεμάασιν

ἀγρόμενοι πᾶς λαός.

et alibi passim. Huc videtur referenda Hesychii glossa Ἤγρετο: ἠγέρθη. Ἀγείρω et ἐγείρω, ut in Codicibus nostris saepissime confunduntur, sic etiam non raro in vetustissimis libris inter se mutabant locum. In Iliad. Ε. 510.

Τρωσὶν θυμὸν ἐγεῖραι.

Porphyrius ad Iliad. Θ. 2. de verbo ἀγείρω agens ἀγεῖραι

legebat et παροξῦναι interpretatur perversissime. Melius Aristarchus Iliad. Ψ. 287. quum legeretur:

ταχέες δ' ἱππῆες ἄγερθεν.

emendavit Ἔγερθεν.

Laudat Porphyrius ad Iliad. K. 252. Eupolidis versiculos hosce: Εὔπολις Χρυσῷ γένει·

δέκατος ὁ τυφλός, τρίτος ὁ τὴν καλὴν ἔχων,
ὁ στιγματίας τέταρτός ἐστιν ἐπὶ δέκα,
πέμπτος δ' ὁ πύργος, ἕκτος ὁ διεστραμμένος,
καὶ οὗτοι μὲν εἰς ἑκκαίδεκα εἰς Ἀρχέστρατον,
ἐς δὲ τὸν φαλακρὸν ἑπτακαίδεκα. ἴσχε δή.
ὄγδοος ὁ τὸ τριβώνιον ἔχων.

Meineke recte correxit δωδέκατος ὁ τυφλός et χοὖτοι μέν εἰσ' ἑκκαίδεκ' et ἐς τόνδε φαλακρόν, sed perperam καλήν in κωλῆν convertebat et ὁ πύργος in ὁ πυρρός. Perspicuum est τὸν χορὸν, τὸ χρυσοῦν γένος, in scenam introire, quos nescio quis singulos introeuntes nominat. Omnes sunt aliqua corporis labe aut vitio aut deformitate insigniti: itaque legendum τρίτος ὁ τὴν κάλην (non καλὴν) ἔχων. Athenienses enim *herniam* κάλην et *herniosum* καλήτην appellabant; caeteri Graeci κήλην et κηλήτην. Pro ὁ πυργός poëta videtur ὁ πηρός dedisse. Ultima verba expedire nequeo.

Iliad. Λ. 157.

ὅλμον δ' ὣς ἔσσευε βαλών.

Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι (καὶ add.) ἐν Ἰλιάδι εὐτελέσι κέχρηται λεξιδίοις, οὐ μόνον ἐν Ὀδυσσείᾳ. — πρὸς τοὺς χωρίζοντας. Compara notam ad Od. τ. 28. χοίνικος ἅπτηται: ἅπαξ ἐνταῦθα ἡ φωνή, καὶ οὐ διὰ τοῦτο χωριστέον τῆς Ἰλιάδος τὴν Ὀδύσσειαν. κἀκεῖ γάρ ἐστι τοῦδε εὐτελέστερα ὀνόματA. Scitius Aristarchus dixerat εὐτελέστερα ὀνομάτIA, ut illo loco εὐτέλεσι λεξιδίοις. Iuvat ἰδοῦ πάρεργον in lepidissimo Plauti loco εὐτελὲς λεξίδιον ex fuga retrahere. Editur in *Sticho* vs. 690.

hoc convivium
*pro opibus nostris satis commodulumst nuc*IBUS, *fabulis, ficulis.*

sed lepidius etiam dixerat poëta:

*nuc*ULIS, *fabulis, ficulis.*

ut solent Comici hilariter et iocose multa ὑποκοριϛικὰ coniungere. Anaxandrides Athenaei pag. 105. F.

καὶ συμπαίζει καριδαρίοις
μετὰ περκιδίων καὶ θραττιδίων,
καὶ ψηττταρίοις μετὰ κωθαρίων,
καὶ σκινδαρίοις μετὰ κωβιδίων.

sic Comicus, quem Plautus vortit barbare, coniunxerat καρύδια, θερμίδια, συκίδια. Sed haec obiter.

Iliad. M. 276.

νεῖκος ἀπωσαμένους.

Didymus: Ἀρίϛαρχος νῖκος διὰ τοῦ I. recte, ut opinor, et receptum oportuit. Etiam nunc quaedam apud Homerum contra receptum morem ЄI habent pro I longo. M. 280. NЄιφέμεν pro νιφέμεν. Ψ. 346. Ἀρείονα pro Ἀρίονα. Φ. 319. Єἰλύσω pro ἰλύσω. Ad. Od. α. 22. Αἰθίοπας μετεκίαθε annotatur in Harleiano: το KЄI δίφθογγον διὰ τὸ μέτρον. Perperam, ut vides.

ʽЄΩMЄN -ʽЄOΩCI -ʽЄAAN.

Perierunt in poësi Homerica perantiquae nonnullae formae, quas ex Aristarchi annotatione nunc vitiata in lucem revocare possis.

Iliad. N. 315.

οἵ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο.

Didymus: κατ᾽ ἔνια τῶν ὑπομνημάτων

οἵ μιν ἄδην ʼЄACOΥCI.

ὅ ἐϛι κορέσουσιν. καὶ ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος·

ἀλλ᾽ ἔτι μέν μίν φημι ἄδην ἐλάαν κακότητος.

διὰ τῶν δύο A παρέκειτο ʽЄAAN. μαρτυρεῖ δὲ τὸ·

ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας.

οὕτως Ἀρίϛαρχος.

Comparandi sunt ad eliciendam ex his Aristarchi manum duo alii ex Iliade loci:

T. 402. ἐπεί χ᾽ ἑῶμεν πολέμοιο.

Scholion: δασυντέον τὸ ἑῶμεν. ἔϛι γὰρ ἄδην ἔχωμεν, κορεσθῶμεν. Hesychius hinc sumsit suum:

ʽЄῶμεν: ἄδην ἔχωμεν, κορεσθῶμεν.

et T. 423.

οὐ λήξω πρὶν Τρῶας ἄδην ἐλάσαι πολέμοιο.

His igitur omnibus inter se compositis agnosco Aristarchi manum, quae haec est:

οἵ μίν φημι ἄδην ἐάαν κακότητος.

et in altero scholio ad N. 315. ἔστι δὲ τὸ ἄδην ἘΟΩCIN ἀντὶ τοῦ κορεσθῆναι αὐτὸν ποιήσουσι τοῦ πολέμου καίπερ προθυμίαν ἔχοντα, quae est λέξις Ἀριστάρχου hunc locum in linguam popularem convertentis.

Iliad. Ξ. 470.

ἦ ῥ' οὐχ οὗτος ἀνὴρ Προθοήνορος ἀντὶ πεφάσθαι
ἄξιος; οὐ μέν μοι κακὸς ϝείδεται οὐδὲ κακῶν ἔξ.

misere laborat metrum, nam de forma ϝείδεται, non εἴδεται, nulla esse potest dubitatio. Suspicor olim fuisse:

οὔ τι κακός μοι ἐϝείδεται.

ut in ἐϝέλδεται, ἐϝεισάμενος, sim.

Iliad. O. 119.

ὣς φάτο καί ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε
ζευγνύμεν.

scholion: τὸ γένος τῆν ἀμφιβολίας ἔστιν εὑρεῖν καὶ ἀλλαχῇ·

δὸς δέ τέ μ' ἄνδρα ἑλεῖν. (Il. E. 118.

καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ (γ. 24.)

αἰδὼς δ' αὖ νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέεσθαι.

ὅπερ ἀγνοήσαντές τινες ἔγραψαν νέῳ ἀνδρί. Quam dicit in his ἀμφιβολίαν inesse eadem est quae in noto oraculo:

aio te, Aeacide, Romanos vincere posse.

quod dicit τινες *unum* de more hominem reprehendit, Rhianum poëtam, qui in suam διόρθωσιν recepit:

αἰδὼς δ' αὖ νέΩΙ ἀνδρΙ γεραίτερον ἐξερέεσθαι.

cf. Schol. ad Od. γ. 24.

Iliad. Π. 370.

πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ϝερυσάρματες ὠκέες ἵπποι
ϝάξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρμαΤ' ἀνάκτων.

optime explicuit hunc locum et emendavit λίπον ἅρμα ϝανάκτων

Dawesius in *Miscell. Crit.* pag. 100, cuius rei Bekkerus aut ignarus fuit aut immemor.

Iliad. Σ. 347.

οἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵϛασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ,
ἐν δ' ἄρ' ὕδωρ ἔχεAN, ὑπὸ δὲ ξύλα δαῖον ἑλόντες.

et Od. θ. 436.

αἱ δὲ λοετροχόον τρίποδ' ἵϛασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ,
ἐν δ' ἄρ' ὕδωρ ἔχεAN, ὑπὸ δὲ ξύλα δαῖον ἑλόντες.

utrobique idem vitium eximendum est: *ἵϛασαν* et *ἔδαιον* ostendunt *ἔχε*ON, non *ἔχε*AN, poëtam dixisse.

Iliad. Τ. 74.

ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἐχάρησαν ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.
[μῆνιν ἀπειπόντος μεγαθύμου Πηλεΐωνος.]

Versum prorsus supervacaneum et gravi vitio laborantem expunge. *Παρϝειπεῖν* enim et *παρϝειπών* optime habent, sed *ἀπειπών* pro *ἀποϝειπών* nihil est.

In Od. α. 91.

πᾶσι μνηϛήρεσσιν ἀπειπέμεν.

lenissima manu corriges *μνηϛήρεσσ' ἀποϝειπέμεν.*

Iliad. Υ. 371.

τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔϝοικεν,
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔϝοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Forma *ἔϝοικα* pro *ϝέϝοικα* non minus vitiosa est ac si quis *ἔλοιπα* vellet dicere pro *λέλοιπα.* Recte Bekkerus *ϝέϝικτον* scripsit et *ϝεϝίκτην*, sed nihil eum *ἔϝοικα* offendit. Fortasse olim ita cantaverant:

εἰ πυρὶ χεῖρε ϝέϝοικεν.

postquam *τὸ δίγαμμα* usu exemtum est hiatus in *χεῖρ*Ε ″Εοικεν *correctione* quae ad manum erat remotus est.

Iliad. Φ. 311.

ἀλλ' ἐπάμυνε τάχιϛα καὶ ἐμπΙπληθι ῥέεθρα
ὕδατος ἐκ πηγέων.

Antiqua lingua Homeri et Atheniensium utebatur his formis *πί*M*πλημι* et *πί*M*πρημι*, quas sequiores exemta litera M vitia-

bant. Homero reddendum est ἐμπίΜπληθι, ut Aristophani in *Avibus* 1310 redditum est:

καὶ τοὺς κοφίνους ἅπαντας ἐμπίΜπλη πτερῶν.

ubi Ravennas de more exhibet ἐμπίπλη.

Iliad. Φ. 346.

ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης νεοαρδέ' ἀλωήν
αἶψ' ἀγξηράνῃ.

Scholion in V. Ἀριστοφάνης δὲ γράφεται (γράφει)· αἶψ' ἐξευαίνειν. Scripsisse videtur ἐξαυήνῃ. Vetus Ionicum et Atticum verbum est ἐξαυαίνειν.

Iliad. X. 450. nunc rectissime legitur:

δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθε. ϝίδω τίνα ϝέργα τέτυκται.

sed in libris omnibus est:

δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθΟΝ. ἴδωΜ' ὅτιν' ἔργα τ.

observandum semper diligenter est quo pacto rimas aut explere aut occultare veteres fuerint soliti, quia eadem opera discimus antiquam veritatem reperire et agnoscere.

Iliad. Ψ. 616.

ἀμφίθετος φιάλη, τὴν Νέστορι δῶκεν Ἀχιλλεύς
Ἀργείων ἀν' ἀγῶνα φέρων καὶ ϝεῖπε παραστάς.

Fractos et elumbes numeros reficies et eriges scribendo καὶ Ἔϝειπε παραστάς.

Ter vitiosam nominis formam Eustathii futili testimonio deceptus in textum Homericum Bekkerus invexit, Iliad. Ψ. 701.

θῆκεν ἄεθλα — παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς.

θ. 103.

πύξ τε παλαισμοσύνῃ τε.

θ. 126.

παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς.

Bekkerus παλαιμοσύνης et παλαιμοσύνῃ substituit Eustathio credens veteres ita dixisse contra certam analogiam in παλαιστή πάλαισμα conspicuam. Recte igitur Hesychius:

Παλαισμοσύνη: πάλη.

idque Homero reddendum.

Iliad. Ω. 16.

τρὶς δ' ἐρύσας περὶ σῆμα
αὖτις ἐνὶ κλισίῃ παυέσκετο, τόνδε δ' ἔασκεν.

sic legendum. Bekkerus male *τὸν δέ τ' ἔασκεν.* Haerebant olim in ΤΟΝΔΕΔΕΑCΚΕΝ et fuerunt qui perinepte *τὸν δὲ δέασκεν* legebant. Restituit rem Aristarchus: *ὁμοίως ἀναγνωστέον* (inquit) *τὸ τόνδε τῷ·*

τόνδε δ' ἐγὼν ἐπιόντα (*δεδέξομαι*), Il. Ε. 238.

καί·

τόνδε δ' ἐγὼ κομιῶ, Od. Ο. 575.

Apposui haec ut emendarem locum Iliad. Γ. 207. ubi legitur:

τοὺς δ' ἐγὼ ἐξείνισσα καὶ ἐν μεγάροισι φίλησα.

sed legendum est:

τούσδε δ' ἐγὼ ξείνισσα.

Bis legitur Ω. 348. et κ. 279. versus perelegans:

πρῶτον ὑπηνήτῃ τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

annotatur ad Odysseam: *ὑπηνήτης ὁ τὸ χεῖλος πρῶτον χνοάζων γενείῳ*, ubi scribe (*πρῶτον*) *ὑπηνήτης.* Admoneo Platonis causa apud quem *πρῶτον* omissum omnem loci leporem sustulit. Editur enim in *Protagora* pag. 309. A. *οὐ σὺ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει;* quod inepte dictum erit donec suppleveris *τοῦ* (*πρῶτον*) *ὑπηνήτου.* Non est dubium quin huc respexerit is qui ad Iliados l. l. adscripsit: *πρῶτον ὑπηνήτῃ: μεθόριον ἡλικίας ἀνδρὸς καὶ παιδός. — περὶ τοὺς τοιούτους δὲ ἦν καὶ ὁ Σωκρατικὸς ἔρως.* In Scholiis ad Platonis l. l. legitur: *τῆς αὐτῆς φράσεως καὶ τὸ ἄρτι χνοάζων τὰς παρειάς, καὶ τὸ ἀρτίχνοος, καὶ τὸ ἰούλοις ὑποσκιαζόμενος ἤδη, καὶ τὸ πρῶτος* (leg. *πρῶτον*) *ὑπηνήτης.*

LXXXVIII.

AD QUOSDAM EX ODYSSEA LOCOS.

Od. A. 115.

ὀσσόμενος πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ φρεσὶν εἴ ποθεν ἐλθὼν
μνηστήρων τῶν μὲν σκέδασιν κατὰ δώματα θείη,
τιμὴν δ' αὐτὸς ἔχοι.

tria vocabula in his loco suo mota esse videntur. Optime procedent omnia si rescripseris:

τῶν μὲν μνηςήρων σκέδασιν κτἑ.

Sed meliorem etiam huius loci emendationem mihi suggessit locus in Od. υ. 225. Solet enim in carminibus Homericis aut idem ἀοιδός sua repetere, aut alius aliena imitari, ex quorum locorum comparatione vera lectio optime constituitur. Legitur l. l.

ἀλλ' ἔτι τὸν δύςηνον ὀΐομαι εἴποθεν ἐλθὼν
'ΑΝΔΡΩΝ μνηςήρων σκέδασιν κατὰ δώματα θείη.

unde emergit vera lectio:

ἀνδρῶν μνηςήρων σκέδασιν κατὰ δώματα θείη.

'Ανδρῶν μνηςήρων legitur etiam Od. ψ. 138. et ω. 2.

Od. Β. 40.

ὦ γέρον, οὐ τεκὰς οὗτος ἀνὴρ (τάχα τείσεαι αὐτός)
ὃς λαὸν ἤγειρα.

Certa metri labes scripturam loci vehementer suspectam facit. Suspicor olim fuisse:

ὃς (τὸν) λαὸν ῎Αγειρα.

Forma ἄγειρα et alibi legitur et ξ. 285.

πολλὰ δ' ἄγειρα χρήματ' ἀν' Αἰγυπτίους ἄνδρας.

Od. γ. 33.

δαῖτ' ἐντυνόμενοι κ ρ έ α τ' ὤπτων ἄλλα τ' ἔπειρον.

Homerus et Athenienses omnes non alia forma utuntur quam κρέα ultima brevi. Legendum est igitur κρέα τ' ὤπτων.

Passim confunduntur in libris μίμνον, ἔμιμνε. παρέμιμνε et sim. et μεῖναν, ἔμεινε, παρέμεινε. Corrigendus est locus Od. Δ. 733.

τῷ κε μάλ' ἢ κεν ἔμΕΙνε καὶ ἐσσύμενός περ ὁδοῖο
ἤ κέ με τεθνηυῖαν ἐνὶ μεγάροισιν ἔλΕΙπεν.

Scribendum ἔμΙΜνε ut ἔλΕΙπεν. Quia in μίμνω, ut in πίπτω, vocalis ι longa est post syncopen vitiose vulgo legitur μίμνε et μίμνον pro μῖμνε et μῖμνον, ut πῖπτε et πῖπτον.

Od. Η. 288.

εὗδον παννύχιος καὶ ἐπ' ἠῶ καὶ μέσον ἦμαρ.

δύσετό τ' ἠέλιος καί με γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν.

Scholium: Ἀρίσαρχος γράφει ΔΕΙΛΕΤΟ, ὅ ἐςιν εἰς δείλην ἐκλίνετο. „πρὸ δυσμῶν γὰρ (φησὶ) συνέτυχε τῇ Ναυσικάᾳ ὁ Ὀδυσσεύς. ὅτε γὰρ ἔδυ ὁ ἥλιος τότε εἰς τὸ ἄλσος ἔφθασαν τῆς Ἀθηνᾶς οὗτοι ὡς καὶ ὁ ποιητής· (ζ. 321)

δύσετό τ' ἠέλιος καὶ τοὶ κλυτὸν ἄλσος ἵκοντο."

Merito in his Aristarchus haerebat. Δύσετο ἠέλιος, id est ὁ ἥλιος ἔδυ, κατέδυ, et ὁμηρικῶς

κατέδυ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,

dicitur quum oboriuntur tenebrae, ut in notissimo versu:

δύσετο δ' ἠέλιος σκιόωντό τε πᾶσαι ἀγυιαί.

et manifestum est haud ita multo post meridiem Ulyssem ex somno esse excitatum. Quod autem reposuit δείλετο novum et inauditum verbum est sine auctore, sine teste ullo. Nemo ex tot grammaticis et Criticis δείλετο nosse videtur, nemo commemorat, praeter unum Eustathium, qui scholia nostra habebat et inde sumsit pag. 1580. 18. φασὶν οἱ παλαιοὶ ὡς Ἀρίσαρχος οὐ γράφοι δ ύ σ ε τ ο ἀλλὰ δ ε ί λ ε τ ο, ὅ ἐςιν εἰς δύσιν ἀπέκλινεν. et Etymologum magnum pag. 209. 6. δ ύ σ ε τ ο δ' ἠ έ λ ι ο ς: ἐχρῆν ΔΕΙΛΕΤΟ εἰς δείλην ἐτράπη. ἡμέρα γὰρ ἦν ἔτι.

Fortasse minore molimine verba poëtae expediri et emendari possunt. Est Aristarchi annotatio ad Iliad. Η. 465.

δύσετο δ' ἠέλιος, τετέλεςο δὲ ϝέργον Ἀχαιῶν.

Aristonicus: σημειοῦνταί τινες ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐ δ ύ ε τ ο. Altera est animadversio Aristarchi ad Od. Ζ. 321. δ ύ σ ε τ ό τ' ἠ έ λ ι ο ς: ΝΥΝ πρὸς δυσμὰς ἀπέκλινεν. ἡμέρας γὰρ ἔτι οὔσης εἰσέρχεται Ὀδυσσεύς. παρὸ καὶ ἀχλὺν αὐτῷ καταχεῖ. Sed quo tandem pacto δύσετο, quod semper est *occidit*, NUNC poterit esse *vergebat ad occasum?* Actum erit de omni sana interpretatione nisi τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν dicentur et verborum potestates apud scriptorem certum certae et stabiles erunt. Quid igitur? Reliquum est ut vetus mendum corrigatur et sic τὸ διηνεκὲς φυλαχθῇ. Exemta una literula omnis erit sublata difficultas. Suspicor olim fuisse:

ΔΥΕΤΟ τ' ἠέλιος.

quod rectissime περὶ δείλης πρωΐας dicitur statim post meridiem incipientis. Facile potuit δύετο in δύσετο abire praesertim ubi subesse poterat aliqua de metro dubitatio et controversia. Δύομαι

et *Φύομαι* natura producunt primam, sed noto usu Epicorum saepe ΔΥ et ΦΥ ictu destituta sunt pro correptis. E. 140.

ἀλλὰ κατὰ ϛαθμοὺς δ ύ ε τ α ι, τὰ δ' ἐρῆμα Φοβεῖται.

O. 345.

ἔνθα καὶ ἔνθα Φέβοντο, δ ύ ο ν τ ο δὲ τεῖχος ἀνάγκῃ.

Suborta igitur suspicione facile *δύσετο* subrepebat, de quo ambigebat nemo.

Od. *θ*. 359.

ὣς ϝειπὼν δεσμὸν ἀνίη μένος Ἡφαίϛοιο.

imo vero *δεσμῶν ἀνίει*, quo simul metrum et sententia restituitur. Non enim *vincula laxavit*, sed irretitos *liberavit vinculis.*

Od. *θ*. 580.

ἐπεκλώσαντο δ' ὄλεθρον
ἀνθρώποις, ἵνα ᾖσι καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή.

Cur diutius feramus molestam *χασμωδίαν*, quum ad manum sit Homerica forma *ἵν' Ἕῃσι*?

Od. *ι*. 419.

οὕτω γάρ πού μ' ἤλπετ' ἐνὶ Φρεσὶ νήπιον εἶναι.

Veteres *ἀοιδοί* non alia forma quam *ϝέλπομαι* utebantur. Antiqua igitur scriptura videtur haec fuisse:

οὕτω γάρ τί μ' ἐϝέλπετ' ἐνὶ Φρεσί.

sed rhapsodi hiatum ex omissione *τοῦ δίγαμμα* natum *οὕτω γάρ τι με ἤλπετο* sarcientes vulgatam substituerunt.

Od. *κ*. 109.

οἱ δὲ παριϛάμενοι προσεΦώνεον ἔκ τ' ἐρέοντο
ὅστις τῶνδ' εἴη βασιλεὺς καὶ Τοῖσι ϝανάσσοι.

Mendosum est pronomen *τοῖσι*. quod ab loci sententia alienum est. Dicitur haec esse Aristarchea scriptura in scholio: *τὸ δὲ οῖσιν Ἀρίϛαρχος διὰ τοῦ τ καὶ τοῖσιν ἀνάσσοι ἀντὶ τοῦ τίνων.* Fieri non potest, namque manifesto pronomen requiritur quale est in *ὅϛις εἴη βασιλεύς*. Itaque scribendum *καὶ Ὀτέοισι ϝανάσσοι* ut in Iliad. O. 491.

ἠμὲν ὀτέοισιν κῦδος - ἐγγυαλίξῃ,
ἠδ' ὅτινας μινύθῃσι.

et in Od. κ. 39.

ὁτέων τε πόλιν καὶ γαῖαν ἵκηται.

Od. λ. 390.

ἔγνω δ' αἶψ' ἔμ' ἐκεῖνος.

quum esset in libris veteribus ЄΜЄΚЄΙΝΟC ambiguum erat utrum ἔμ' ἐκεῖνος an ἐμὲ κεῖνος esset legendum. Observasse mihi videor veteres ἀοιδούς tum demum forma ἐκεῖνος uti, ubi sic numeri fiunt modulatiores, οἷος ἐκεῖνος ἔην et sim. Itaque nostro loco ἐμὲ κεῖνος potior scriptura esse videtur.

Severior etiam est lex Aristarchi ad Od. α. 177. ἐπεὶ καὶ κεῖνος: ἐκ πλήρους ὁ ΚΑΙ (id est non κἀκεῖνος). τῇ γὰρ ἐκεῖνος οὐ χρῆται εἰ μὴ ἀναγκασθῇ ὑπὸ μέτρου. οὕτως Ἀρίσταρχος.

Od. λ. 392.

πιτνὰς εἰς ἐμὲ χεῖρας.

hinc colligas quae fuerit Zenodotea lectio Iliad. Α. 351. χεῖρας ὀρεγνύς. ubi annotatur: (ἡ διπλῆ περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει

χεῖρας ἀναπτάς.

quod quum sit absurdum et prorsus nihili suspicor Zenodotum legisse

χεῖρ' ἀναπιτνάς,

ut saepius alibi legitur χεῖρε πετάσσας.

Od. λ. 416.

ἤδη μὲν πολέων φόνῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησας —,
ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ϝιδὼν ὀλοφύραο θυμῷ.

Didymus: οὕτως Ἀρίσταρχος· πρὸς γὰρ τὸν Ὀδυσσέα, ὡς καὶ τὸ ἑξῆς ὀλοφύραο θυμῷ. ad haec Dindorf. „*videntur igitur alii aliter legisse.*" Quae fuerit altera lectio facile intelligitur, nempe ἀντεβόλησΑ. Simillimi his versus leguntur Od. ω. 87.

ἤδη μὲν πολέων τάφῳ ἀνδρῶν ἀντεβόλησας —,
ἀλλά κε κεῖνα μάλιστα ϝιδὼν θηήσαο θυμῷ.

ubi erat eadem lectionis discrepantia, namque ἀντεβόλησΑ legebat grammaticus ad Iliad. Ψ. 29.

Od. ξ. 178.

τοῦ δέ τις ἀθανάτων βλάψε φρένας ἔνδον ἐΐσας.

Certa et constans Homeri consuetudo postulat ut legatur:

ΤΟΝ δέ τις — βλάψε φρένας.

rem conficit vetus scholium huc referendum (non ad vs. 179): ἐν σχήματι ὡς τό·

γυναῖκά τε θήσατο μαζόν (Il. Ω. 58.).

καὶ·

οἵ σ' ὠτειλὴν αἷμ' ἀπολιχμήσονται (Il. Φ. 122.).

Poterat meliora exempla attulisse, quorum magna est copia, sed manifestum est ob oculos eum habuisse:

ΤΟΝ δέ τις — βλάψε φρένας.

Saepe de ea Homerici sermonis consuetudine annotavit Aristarchus, veluti ad Π. 124. Φ. 38. Od. σ. 396.

Od. π. 214.

ἀμφιχυθεὶς πατέρ' ἐσθλὸν ὀδύρετο δάκρυα λείβων.

scholion: Ἀρίσταρχος ἀμφιχυθείς. Dindorf. *„altera scriptura quae fuerit nescimus."* Faciam ut scias. Legitur Iliad. Ψ. 97.

μίνυνθά περ ἀμφιβαλόντε
ἀλλήλους ὀλοοῖο τεταρπώμεσθα γόοιο.

scholion in B. ἀμφιχυθέντες, περιλαβόντες. et in V. „ἀμφιχυθεὶς πατέρ' ἐσθλόν." Duplex utrobique ferebatur lectio: ἀμφιχυθέντε — ἀμφιβαλόντε et ἀμφιχυθείς — ἀμφιβαλών. In sch. B. legendum: ἀμφιχυθέντΕ: περιλαβόντες. Hinc Hesychius Ἀμφιχυθείς: περιπλακείς.

Od. ρ. 299.

δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσοντες.

Ex antiqua annotatione, quae integra exstat apud Apollonium et Etymologum magnum in Κόπρος, et parte mutila apud Hesychium v. Κόπρος colligitur κοπρίCCοντες esse verum, quae forma longe melius cum analogia Graecitatis congruit quam quod Bekkerus recepit κοπρήσοντες.

ΝΙΖΩ ΝΟΝ ΝΙΠΤΩ.

Od. σ. 179. Penelope ad Eurynomen, quae dixerat:

ἀλλ' ἴθι καὶ σῷ παιδὶ ϝέπος φάο μηδ' ἐπίκευθε
χρῶτ' ἀπονιψαμένη καὶ ἐπιχρίσασα παρειάς.

ita respondet:

Εὐρυνόμη, μὴ ΤΑΥΤΑ παραύδα κηδομένη περ
[χρῶτ' ἀπονίπτεσθαι καὶ ἐπιχρίεσθαι ἀλοιφῇ].

secundus versus spurius est et una litura delendus. Refertur de more ταῦτα ad ea quae praecedunt, et nemo post ταῦτα eadem repetit. Est etiam alterum certum et indubitatum fraudis et interpolationis indicium in forma ἀπονίπτεσθαι. Athenienses omnes et Atheniensium antiquissimus Homerus summa constantia ubique νίζω, ἀπονίζω, διανίζω, περινίζω dicebant sine ulla exceptione in praesenti tempore et imperfecto. In caeteris νίψω, ἔνιψα, νίψομαι, ἐνιψάμην, unde ἄνιπτος et ποδάνιπτρα et alia plurima nascebantur. In uno Odysseae libro τ haec vide: 356. νίψει. 358. νίψον. 374. οὐκ ἐάᾳς νίζειν. 376. τῷ σε πόδας νίψω. 387. τοῦ πόδας ἐξ ἀπένιζεν. 392. νίζε. 505. ἐπεὶ νίψεν. et sic passim in utroque carmine K. 572. ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο. ζ. 224. χρόα νίζετο. Caeteri omnes Athenienses in ea re fideliter cum Homero conspirant. In praesenti tempore ἀπονίζειν, διανίζειν cett. in caeteris ἀπονίψαι, ἀπονίψασθαι, ἀπονενιμμένος, Tragicos, Comicos, reliquos omnes constanter audies dicentes. Crates Athenaei pag. 267. E.

ἔγχει κύαθε. ποῦσθ' ἡ κύλιξ; διάνιζ' ἰοῦσα σαυτήν.

exemplorum plena sunt omnia. His igitur omnibus *unus* apud Homerum locus adversatur isque etiam alia gravi de causa vehementer suspectus. Sequiores demum ex νίψω, ἔνιψα analogiam secuti νίπτω formarunt et crebro usurpant. Usurpent sane, modo ne quis τὰ νεωτερικὰ ταῦτα et ex errore nata antiquis litterarum monumentis affricare velit.

Unum addo: nemo Atheniensium praeter solum Homerum utitur verbo simplici νίζειν. ἀπονίζειν dicebant. Quis ϝάγνυμι, ὄλλυμι praeter Homerum umquam dixit pro κατάγνυμι, ἀπόλλυμι? Poëtarum sunt θνήσκω, κτείνω, φθείρω, populus dicebat ἀποθνήσκω, ἀποκτείνω, διαφθείρω. Itaque *illotus* apud Homerum est ἄνιπτος, Athenis ἀναπόνιπτος. Perverse scripsit Bekkerus Z. 266:

χερσὶ δ' ἀνίπτῃσιν Διῒ λείβειν αἴθοπα ϝοῖνον.

Melius Aristarchus ἀνίπτοισιν. Aristonicus: ἡ διπλῆ (περιεστιγμένη) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἀνίπτῃσιν. οὐκ ἔστι δὲ ἡ εὐθεῖα ἀνίπτη. Ἀναπόνιπτος legitur in Aristophanis *Equitt.* 357. et

in Theophrasti *Charact.* XIX. ex praeclara Badhami emendatione ἀναπόνιπτος ἐν τοῖς ϛρώμασι pro ἀναπίπτοντος.

Od. τ. 283.

ἀλλ' ἄρα ϝοι τό γε κέρδιον εἴσατο θυμῷ.

Misere vexatus locus, namque ϝείσατο aut ἐϝείσατο Homericum est pro ἔδοξε, non εἴσατο. Ex similibus apud poëtam locis coniicio scribendum esse in hunc modum:

ἀλλ' ἄρα ϝοι τό γε ϝείσατο κέρδιον εἶναι.

ut in noto versiculo:

ὧδε δέ ϝοι Φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι.

Od. Υ. 215.

οὐδ' ὄπιδα τρομέουσι θεῶν· μεμάασι γὰρ ἤδη
κτήματα δάσσΑσθαι δὴν οἰχομένοιο ϝάνακτος.

quid sit legendum pro δάσσασθαι hi loci monstrabunt Β. 543. μεμαῶτες ῥήξειν. Μ. 197. μέμασαν — ῥήξειν. Ν. 214. μενοίνα ἀντιάαν. Ξ. 88. μέμονας καλλείψειν. Ο. 105. μέμαμεν καταπαυσέμεν. ο. 521.

μέμονέν τε μάλιϛα
μητέρ' ἐμὴν γαμέειν καὶ 'Οδυσσῆος γέρας ἕξειν.

Φ. 481.

πῶς δὲ σὺ νῦν μέμονας, κύον ἀδϝεές, ἀντί' ἐμεῖο
ϛήσεσθαι;

Itaque tuto δάσσΕσθαι reponemus. Vetus mendum est. Hesychius

Δάσασθαι: μερίσασθαι.

Terminationes in -ασθαι et -εσθαι omnium temporum scribae et omnium librorum susque deque habent Bekkerus edidit Od. υ. 121.

Φάτο γὰρ τίσΑσθαι ἀλείτας.

sententia est: ἤλπιζε γὰρ τιμωρήσεσθαι τοὺς ἀλιτηρίους. Itaque scribendum τίσΕσθαι, de qua re supra cap. XXV. copiose egimus.

Saepissime in talibus futuri forma in tuto est ut

Μ. 125. ἔΦαντο — σχήσεσθαι.

165. Φάμεν — σχήσειν.

Ν. 89. ἔΦαν Φεύξεσθαι.

100. τελευτήσεσθαι ἔΦασκον.

O. 251. ἐφάμην ὄψεσθαι.
700. ἔφασαν φεύξεσθαι.
λ. 430. ἔφην — ἐλεύσεσθαι.
σ. 132. φησὶ — πείσεσθαι.
ψ. 71. ἔφησθα — ἐλεύσεσθαι.

Non poterant haec sine barbarismo in - Aσθαι converti, quamquam nihil ea res indoctos scribas retinebat, qui saepissime in talibus quoque - ασθαι dare solent, ut in Scholiis Venetis A. 105. ἀναπλεύσασθαι, I. 167. ἐντευξάμενοι, O. 700. φεύξασθαι Ψ. 792. ἐριζήσασθαι, et similia his alibi.

Recte legitur aoristus Od. σ. 342.

φὰν γάρ μιν ἀληθέα μυθήσAσθαι.

quia sententia est: *quia eam vera* DIXISSE *putabant.*

Od. χ. 408.

ἴθυσέν ῥ' ὀλολύξαι.

omnia verba Graeca in - άζω, - ίζω et - ύζω exeuntia quum significant *vocem* aut *sonitum edere* habent ancipitem *longam*, quae in caeteris omnibus semper brevis est. Eadem habent futurum in - ξομαι. Dicebant γρύζω, γρύξομαι, γρῦξαι, γρυκτόν; ex ὀτοτοῖ nascitur ὀτοτύζω et ὀτοτύξομαι, ex ἰού ἰού verbum est ἰύζω et nomen ἰυγή. Hinc κέκραγα media longa et τέτριγα et κέκριγα, et alia quaedam. Itaque in ὀλολύζω longum est υ et ὀλολῦξαι scribendum, ut γρῦξαι. Indicio est ὀλολυγή paenultima longa Z. 301.

αἳ δ' ὀλολυγῇ πᾶσαι Ἀθήνῃ χεῖρας ἀνέσχον.

et ὀλολυγών. et ἰυγή penultima longa.

Od. ψ. 361.

σοὶ δέ, γύναι, τάδ' ἐπιΤέλλω πινυτῇ περ ἐούσῃ.

Amplector sententiam eius qui scribendum coniecit ἐπιCΤέλλω, id quod cuique in mentem venire debet qui in vulgata scriptura metrum vitiari sentiat et nullo modo I in ἐπιτέλλω posse produci. Ἐπιςέλλειν et ἐπιςολαί apud antiquissimum quemque poëtam eo sensu tritum est, ut in *Promethei* initio:

Ἥφαιςε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιςολάς,
ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο.

Μίγδα.

Od. ω. 76.

ἐν τῷ τοι κεῖται λεύκ' ὀςέα, Φαίδιμ' Ἀχιλλεῦ,
μίγδα δὲ Πατρόκλοιο.

Bekkerus *μιγδά* edidit et sic scribendum dixit ad Iliad. N. 204. Meliora docuit Apollonius Dyscolus *περὶ ἐπιρρημάτων* in Bekkeri *Anecd.* pag. 562. 10. *παραιτητέον οὖν τοὺς ἠξιωκότας ὀξύνειν τὸ μιγδά*, quem vide. Similiter *κρυβδά* dedit Σ. 168.

Od. ω. 249.

αὐτόν σ' οὐκ ἀγαθὴ κομιδὴ ἔχει, ἀλλ' ἅμα γῆρας
λυγρὸν ἔχΕΙΣ, αὐχμεῖς τε κακῶς καὶ ἀϝεικέα ϝέσσαι.

Non est Graeca cogitandi forma *γῆρας λυγρὸν ἔχΩ*, sed *γῆρας ἔχει με.* Itaque in *ἔχ*ΕΙΣ latet:

*λυγρὸν ἔχ*ΕΙ Σ', *αὐχμεῖς δὲ κακῶς.*

Od. ω. 254.

*τοιούτῳ δὲ ϝέϝοικ*ΑΣ *ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε*
εὑδέμεναι μαλακῶς· ἣ γὰρ δίκη ἐςὶ γερόντων.

Plane sensu vacuum est *ἔοικας*. Sententia clamat scribi oportere: *τοιούτῳ δὲ ϝέϝοικ*ΕΝ — *εὑδέμεναι μαλακῶς.*

AD SCHOLIA IN ILIADEM.

A. 63. *ὁ δὲ ὀνειροπόλος αὐτὸς δρᾷ ὑπὲρ ἑτέρων ὀνείρους.* Lege *ὁρᾷ* pro *δρᾷ.*

A. 175. *καὶ παροιμία „Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας."* Senarius est antiqui poëtae:

Ὁ *Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας.*

Etiam apud Paroemiographos *ὁ* male omissum est Zenob. IV. 11. Diogen. IV. 95.

A. 225. *ἀπὸ τοῦ 'Επίφορον εἶναι εἰς τὸ λέγειν „φεύγωμεν."* Leg. ΕΥ*επίφορον* noto Grammaticorum usu. A. 340. *εὐεπίφορον γὰρ εἶναι τὸν Ἀχιλλέα εἰς τὸ ἀναιδῆ καλεῖν τὸν Ἀγαμέμνονα.* Z. 93. *εὐεπίφορος δὲ ὁ ποιητὴς εἰς τὸν δώδεκα* (*ἀριθμόν*). Z. 174. *ἡ διπλῆ ὅτι 'Επίφορός ἐςι πρὸς τὸν ἐννέα ἀριθμόν.* imo vero ΕΥ*επίφορος.*

A. 403. ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί: -καὶ τὰς παρὰ θεοῖς ἐπίςαται λέξεις. ἢ τὰ τελεώτερα θεοῖς ἀνατίθησιν. Leg. τὰ παλαιότερα.

A. 444. ῥέξαι: σφάξαι. τὸ δὲ θῦσαι ἐπὶ τοῦ θυσιάσαι μόνως φησί. Leg. ἐπὶ τοῦ θυΜιᾶσαι. Scholium ad I. 219. ἡ διπλῆ ὅτι θῦσαι οὐ σφάξαι, ὡς ὁ Τιμόθεος ὑπέλαβε καὶ Φιλόξενος ὁμοίως τῇ ἡμετέρᾳ συνηθείᾳ, ἀλλὰ θυμιᾶσαι.

A. 534. commemorat τὸν Λυκοῦργον τὸν γράψαντα νόμον ’Επανίςασθαι τοὺς νέους τοῖς πρεσβυτέροις. Nihil esse potest a Lycurgi consilio alienius. Leg. ‘ΥΠανίςασθαι. De lege nugatur grammaticus. οὐ γὰρ πανταχοῦ νομίζεται τὸν νεώτερον τῷ πρεσβυτέρῳ καθήμενον ὑπαναςῆναι; ut loquitur Socrates in *Memorab.* II. 3. 16.

B. 12. ἀπέςρΕφε δὲ τὸν λόγον. Leg. ἀπέςρΟφε, ut multis aliis locis recte est emendatum. Cf. ad Δ. 303. Π. 203. 697. 787. Ρ. 702. 705.

B. 269. ἀχρεῖον ἐγέλασσε: -τὸ πρόσωπον τοῖς δάκρυσιν ἀμορφώσας, ὡς αἰσχρόν ἐςι μὴ καλῶν ἀπ’ ὀμμάτων κλᾶον πρόσωπον καὶ δακρυρροοῦν ὁρᾶν. Sunt duo senarii ex aliquo dramate Satyrico:

ὡς αἰσχρόν ἐςι μὴ καλῶν ἀπ’ ὀμμάτων
κλᾶον πρόσωπον καὶ δακρυρροοῦν ὁρᾶν.

Ad B. 333. laudatur lepidus Eupolidis versiculus:

οἷόν γέ πουςὶ γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος.

κατ’ Εὔπολιν, sed mendosum est γε. Scribendum:

οἷόν ΤΙ πουςὶ γλῶττα κἀνθρώπου λόγος.

B. 373. ἠμύσειε: ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἡ μεταφορά. — ὅθεν ’’ΕΤΙ ὀφθαλμὸν ἔσεσθαι τὴν ‘Ελλάδα ἔφα καὶ Σικελίας τ’ ἔσαν ὀφθαλμοί. Legendum: ὅθεν ‘ΕΤΕΡόφθαλμον ἔσεσθαι τὴν ‘Ελλάδα ἔφη τις. Notissimum dictum Leptinis de excidio Athenarum. Aristoteles *Rhet.* I. 93. Plutarchus Tom. II. pag. 803. A. ὁ

εἰπὼν μὴ ποιήσητε ἑτερόφθαλμον τὴν Ἑλλάδα. Ultima sunt Pindari *Olymp.* II. 11.

Σικελίας τ' ἔσαν ὀφθαλμός.

B. 496. παρὰ τῷ Εὐφορίωνι·

Αὖλίν τ' ἔσφαγον.

Lenissime Meineke tentabat: Αὖλίν τε σφ' ἄγον. Non minus leni correctione reponas: Αὖλίν τ' ἐς φεῦγον, namque α et ευ in huiuscemodi libris nemo oculis discernere possit.

B. 543. καὶ ὁ χρησμὸς περὶ αὐτῶν οὕτως·

ἄνδρες οἳ ναίουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.

de *piscibus* dictum putes. Restitue:

οἳ ΠΙνουσιν ὕδωρ.

cf. Scholium ad vs. 761. et Strabonem a Dindorfio laudatum pag. 449.

B. 755. ἀπορρώξ: Ἀρίσαρχος ὀξυτόνως ὡς θυλακοτρώξ. Dedisse videtur κυαμοτρώξ ex Aristophane:

ἄγροικος ὀργήν, κυαμοτρώξ, ἀκράχολος.

cf. ad Z. 135.

Γ. 11. ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς γράφουσι σὺν τῷ N ἀμείνων. — ἄλλοι δὲ γράφουσιν ἀντὶ τοῦ νυκτὸς ἀμείνω. Ultima sensu cassa sunt. Lege: γράφουσιν ἄνЄΥ τοῦ N νυκτὸς ἀμείνω.

Γ. 156. τρίγωνον δὲ ἐπίγραμμα πρῶτος Ὅμηρος γέγραφε τὸ „οὐ νέμεσις Τρῶας" ἀφ' οἵου γὰρ σίχου τῶν τριῶν ἀρξώμεθα ἀδιάφορον. Lege: ἀφ' ὅΤου γὰρ ἊΝ σίχου τῶν τριῶν ἀρξώμεθα.

Γ. 368. (ἡ διπλῆ) ὅτι σαφῶς τὸ „οὐδ' ἔβαλόν μιν" [σημαίνει] ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ἐπάταξα αὐτόν. Expunge importunum σημαίνει.

H. 220. μετὰ δὲ ζήτησιν βίου εἰς Κύμην μετοικιζόμενος, *ad victum quaerendum* Graece dicitur KATA ζήτησιν βίου.

H. 445. Ἑλληνικὸς ὢν θεὸς δοκεῖ ἀπαθῶς τῶν Ἑλλήνων κατηγορεῖν. Sensu vacuum est ἀπαθῶς. Legendum: ἀΜαθῶς.

K. 274. Ζωΐλος ὁ κληθεὶς Ὁμηρομάςιξ γένει μὲν ἦν Ἀμφιπολίτης, τοῦ δὲ Ἰσοκρατικοῦ διδάσκαλΟC. Scriptum erat διδασκᾶ et legendum διδασκαλείου, *ex schola Isocratea.*

K. 398. ταῦτα ὁ Ἀριςόνικος περὶ τῆς γραφῆς ταύτης φησὶ διπλῆν βάλλων τῷ ςίχῳ. Nihil est διπλῆν βάλλων. Legendum διπλῆν ΠΡΟCβάλλων τῷ ςίχῳ. id est *addens*, *apponens.*

Λ. 161. νοῦν CΥΝέθηκε τοῖς ἵπποις. Leg. ἘΝέθηκε. Νοῦν ἐντιθέναι saepe legitur ut apud Pherecratem:

νῦν δ' ἄρτι μοι τὸ γῆρας ἐντίθησι νοῦν.

Demosthenes pag. 398. 2. μάλιςα μὲν καὶ τούτοις βελτίω τινὰ νοῦν — ἐνθείητε.

γ̍ et γ̊ (γίνεται et γράφεται) confusa.

Λ. 624. ἐπεὶ δι' ἔνδειαν ἐπίπτωσις νόσων γραφή. H. 455. κατὰ τὸν Θαλῆν ὕδατι ὀχεῖται ἡ γῆ, ὅθεν καὶ χάσματα γράφεται. Od. ν. 79. τοῦτο δὲ γράφεται ἵνα μὴ ὁρῶσι τὴν ἐνέργειαν τῶν νεῶν οἱ ἐμπλέοντες. Od. ξ. 485. παρὰ τὸ ἜΠΟC γράφεται σύνθετον τὸ ἀμεπής, εἶτα ἐκ τούτου γράφεται μεσότητος ἐπίρρημα ἀμεπῶς. Perspicuum est ubique γίνεται emendari oportere.

Λ. 634. ὀκτὼ δὲ ἦσαν αἱ πελειάδες δύο καθ' ἕκαςον ἰοῦσα. Pro ἰοῦσα legendum οὖς.

N. 71. Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν: duo in A scholia sunt: ἡ διπλῆ ὅτι νῦν μόνως οὐδετέρως εἴρηται Ἴλιον. et: Ἀρίςαρχος Ἴλιον ἐκπέρσωσιν. Fieri non potest ut haec sit Aristarchi lectio. Aristarchus et aliis argumentis locum spurium esse docuit apud Didymum ad vs. 56. et hoc: ἀσύνηθες δὲ καὶ οὐδετέρως τὸ Ἴλιον νῦν ῥηθέν „Ἴλιον αἰπὺ ἕλοιεν." ΠΑΝΤΟΤΕ γὰρ θηλυκῶς λέγει. et passim in Aristonici σημείοις legitur: ἡ διπλῆ ὅτι θηλυκῶς τὴν Ἴλιον. Confusa sunt duo nomina quae assolent et corrigendum: ἈριςΟΦΑΝΗC Ἴλιον ἐκπέρσωσιν.

N. 71. annotatur ex Herodiano: ὅτι ὁ ποιητὴς οὐΔΕ ὑποκοριςικοῖς χρῆται ἐδηλώσαμεν ἐν τῇ Α. Legendum: οὐδέποτε ὑποκοριςικοῖς χρῆται.

N. 130. *προθέλυμνα τὰ ἐπαλλήλους κλάδους ἔχοντα δένδρα διὰ τὸ θηλυμανεῖν.* Scribe *καθυλομανεῖν.*

N. 153. *εἰ ἐτεόν: ἐπεὶ ἐτεῶς. ὁ* ΕΙ *συναπτικὸς ἀντὶ τοῦ* 'ΕΠΕΙ. – *Εὐριπίδης·*

οὔκουν εἴπερ εἴργασαι τάδε.

supplendum:

οὔκουν (δικαίως) εἴπερ εἴργασαι τάδε;

hinc iocatur Aristophanes *Nub.* 692.

οὔκουν δικαίως, ἥτις οὐ στρατεύεται;

N. 424. *'Ιδομενεύς: τινὲς περισπῶσιν. οἱ δὲ μένευς ἀντὶ τοῦ μένους.* Lege: *τινὲς περισπῶσιν 'Ιδομενεῦς ἀντὶ τοῦ 'Ιδομενέος.*

N. 685. *'Ιάονες ἑλκεχίτωνες: — Φησὶν 'Ανδροτίων ὅτι στήλην ἔστησαν — διορίσαντες οὕτως·*

τάδ' οὐχὶ Πελοπόννασος, ἀλλ' 'Ιάονες.

ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρου μέρους οὕτως·

τάδ' ἐστὶ Πελοπόννασος, οὐκ 'Ιάονες.

sic haec constituenda et scribenda sunt.

Ξ. 169. *θύρας ἐπέθηκε φαεινάς: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „θύρας ἐπιθεῖσα φαεινάς." ἵνα συναφὴς ὁ λόγος γένηται. ὁ δὲ Ὅμηρος ἄλλας (καὶ ἄλλας* add.) *ἀρχὰς λαμβάνει, ἵνα μὴ ἀσαφὴς ἡ περίοδος γένηται ἤτοι ὑστεροπερίοδος.* Absurdum est *ὑστεροπερίοδος.* Lege ΜΑΚ*ροπερίοδος*, ut supra ad N. 172. *Ὅμηρος διακόπτει τὰς φράσεις ἵνα μὴ μακροπερίοδος γένηται.*

Ξ. 200. (pag. 392. A. 33. Bekk.) *ὡς παρ' Ἡσιόδῳ ἐν γυναικῶν καταλόγῳ ἐπὶ τῆς 'Αγήνορος παιδὸς Δημοδόκης „τὴν πλεῖστοι ἐπιχθονίων ἀνθρώπων ἐμνήστευον καὶ πολλὰ καὶ ἀγλαὰ δῶρα ὀνόμηναν ἴφθιμοι βασιλῆες ἀπειρέσιον κατὰ εἶδος.* Scribendum: *ἐπὶ τῆς 'Αγήνορος παιδὸς Δημοδόκης·*

(Δημοδόκη), τὴν πλεῖστοι ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
μνήστευον καὶ πολλὰ καὶ ἀγλαὰ δῶρ' ὀνόμηναν
ἴφθιμοι βασιλῆες ἀπειρέσιον κατὰ ϝεῖδος.

Ξ. 229. τοῦτο τὸ ὄρος (ὁ Ἄθως) ϛάδια τριακόσια Λήμνου ἀπέχον σκιάζει αὐτήν. καὶ ἡ παροιμία·

Ἄθως σκιάζει ὦτα Λημνίας βοός.

scrib. σκιάζει Νῶτα.

Ξ. 276. Λήθης γενεαλογοῦσι τὰς Χάριτας. καὶ ὁ Κωμικός·

ἅμα τετέλεϛαι καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις.

Notus est locus Menandri:

ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις,
ἣν δεόμενος τότ' ἀθάνατον ἕξειν ἔφη.

Ξ. 361. εἰ δὲ ἕ ω ϛ κ ί ο υ Λῆμνον ὑπέϛρεψεν ἂν ἐκεῖ. Legendum: εἰ δὲ ᾤ κ ε ι Λῆμνον. *si Lemni habitasset*, illuc reversus esset.

O. 41. οὐ γὰρ διὰ τὴν αὐτῆς βούλησιν ὁ Ποσειδῶν τοῖς Ἕλλησι βοηθεῖ, αὐτὴ μέντοι συνεργεῖ ΚΑΙ κοιμήσασα τὸν Δία. Lehrsius καί expunxit, sed κοιμήσασα poëtarum est. Lege κατακοιμίσασα.

O. 708.

οὐδ' ἄρα τοί γε
τόξων ἀϊκὰς ἀμφὶς μένον οὐδέ τ' ἀκόντων.
ἀλλ' οἵγ' ἐγγύθεν ἱϛάμενοι ἕνα θυμὸν ἔχοντες
ὀξέσι δὴ πελέκεσσι καὶ ἀξίνῃσι μάχοντο
καὶ ξίφεσιν μεγάλοισι καὶ ἔγχεσιν ἀμφιγύοισιν.
πολλὰ δὲ φάσγανα καλὰ μελάνδετα κωπήεντα
ἄλλα μὲν ἐκ χειρῶν χαμάδις πέσον, ἄλλα δ' ἀπ' ὤμων
ἀνδρῶν μαρναμένων.

ad haec in A duo scholia leguntur uno tenore continuata: κ α ὶ ξ ί φ ε σ ι ν μ ε γ ά λ ο ι σ ι: ἀθετεῖται ὅτι εὐτελὴς ὁ ϛίχος καὶ (ἡ) ἰδιότης τῆς μάχης οὐ σώζεται. ξίφεσι μὲν γὰρ καὶ ἔγχεσι πάντοτε μάχονται, νῦν δὲ πελέκεσι καὶ ἀξίναις. ὁ δὲ Διονύσιος· „πῶς οὖν ἐπιφέρει

πολλὰ δὲ φάσγανα
ἄλλα μὲν ἐκ χειρῶν χάμαδις πέσον.

εἰ μὴ εἶχον ξίφη;"

π ο λ λ ὰ δ ὲ φ ά σ γ α ν α κ α λ ά: ὅτι οὐ χρωμένων τοῖς ξίφεσι πρὸς μάχην χαμάδις ἔπιπτον, ἀλλὰ τῶν ὤμων κοπτομένων τοῖς πελέκεσι καὶ τῶν καρπῶν σὺν τοῖς ξίφεσιν. Difficultates huius loci

simul apparebunt et tollentur si altero lemmate expuncto omnia uno tenore continuaveris. Dionysius *ἀπορεῖ· „πῶς οὖν ἐπιφέρει κτἑ.* solvit quaestionem nescio quis dicendo: *ὅτι οὐ χρωμένων τοῖς ξίφεσι πρὸς μάχην χαμάδις ἔπιπτον κτἑ.*

Π. 41. *διπλῆ ὅτι τὸ ἴσκοντες ἀνάλογόν ἐςι τῷ κατὰ διαίρεσιν εἴσκοντες ὁμοιοῦντες. — ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τοὺς* ἈΠ*εκδεξαμένους τό·*

ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

τὸ γὰρ ἴσκεν ὑπολαμβάνουσι κεῖσθαι ἀντὶ τοῦ ἔλεγεν, οὐκ ὀρθῶς. Legendum *πρὸς τοὺς* ΠΑΡ*εκδεξαμένους*, id est *qui perperam acceperunt*, *male intellexerunt.* cf. Π. 822.

Π. 44. ex Herodiano: *ἀκμῆτες ὡς ἀδμῆτες. — λεμοτμής, ἀβλής, προβλής.* Pro *λεμοτμής* Dindorfius Bekkeri *φλεβοτμής* reposuit. Verum est *λ*ΑΙ*μοτμής.*

Π. 59. *μεταναςην: ἐν τῇ Μασσαλιωτικῇ καὶ τῇ Ῥιανοῦ μεταναςεῖν καὶ ἀκούουσι τὴν Βρισηΐδα.* Legendum: *μετανάς*ΙΝ. Manifesto errore legitur in BL. *ὁ μὲν Ἀρίςαρχος γράφει μετανάςην καὶ πρὸς τὴν Βρισηΐδα ἀκούει.* Aristarchus in Aristonici annotatione ostendit Homericam esse compositionem *ἀφαιρεῖσθαί τινά τι* et sic dixisse poëtam: *τὴν ἐκ χειρῶν ἕλετο* (id est *τὴν ἀφείλετο*) *ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάςην.* Rectissime.

Π. 233. *Εὐριπίδης „Θεσπρωτὸν οὗ δασσάμενας Δωδώνης βάθρα."* scrib.

Θεσπρωτὸν οὖδας σεμνὰ Δωδώνης βάθρα.

P. 197. *ὁ δ' ἄρα τῷ παιδὶ ὄπασσεν γηράς.* Ostendunt grammatici *γηράς* esse aoristum: *γηράς ἀποκοπὴ τοῦ γηράσας, ὡς τὸ ὑποφθάς ἀντὶ τοῦ ὑποφθάσας καὶ ἐπιπλώς.* Nugatoria est *ἀποκοπή.* Verbum *γηράσκω* habebat aoristum *ἐγήραν*, ut *ἀποδιδράσκω ἀπέδραν*, et *γηράς* est apud Homerum et Hesiodum *γέρων γενόμενος*, *εἰς γῆρας ἐλθών.*

Addit Victorianus novum *ἀποκοπῆς* exemplum: *καὶ κ' ἄρινα βροντᾶς ἀντὶ τοῦ βροντήσας.* Lege: *καὶ Κόριννα βροντάς.*

Σ. 570.

ὃν δή σοι βροτοί εἰσιν ΘΙΔΑΙ καὶ κιθαρισταί.

legendum:

ὃν δὴ Ὅσοι βροτοί εἰσιν ἈΟΙΔΟΙ καὶ κιθαρισταί.

Υ. 404. Ἀπλεὺς ἐν Μιλήτῳ ἱερὸν Ποσειδῶνος Ἑλικωνίου ἱδρύσατο. Leg. ΝΗλεύς.

Χ. 127. ληρώδΕΙΣ ἀρχαιολογίας διηγεῖσθαι, scribendum una litera minus ληρῶδΕΣ.

Χ. 354. τοὺς γὰρ μάρτυρας Ἀττικοὶ δήους φασίν. Leg. ἈττιΚΟΙ ἸΔΎΟΥΣ φασίν. Eustathius pag. 1158. 24. ὅτι δὲ ἰδύους καὶ Δράκων καὶ Σόλων τοὺς μάρτυράς φασιν Αἴλιος Διονύσιος ἱστορεῖ, unde Photius Ἰδύους: τοὺς μάρτυρας. οὕτω Σόλων. Aristophanes noto loco ἐν τοῖς Δαιταλεῦσιν·

ὁ μὲν οὖν σός, ἐμὸς δ' οὗτος ἀδελφὸς φρασάτω τί καλοῦσιν ἰδύους.

Ψ. 102. ὀλοφυδνόν: ὁ μετὰ τιλμοῦ τῶν τριχῶν οἶκτος. ὤλοψας δὲ αἴηφι. Sunt haec verba Callimachi *Hymn. in Dianam* 76.

ὤλοψας δὲ βίηφι.

Ψ. 579. ἔδειξεν ὅτι τῷ εἰς ὅρκον παρακελευομένῳ οὐκ ἔστιν ὁ ἀνταίρων. Legendum: τῷ εἰς ὅρκον ΠΡΟΚΑΛΟΥμένῳ οὐκ ἔστιν ὁ ἀντΕρῶν.

Ψ. 721. τοῦτο δὲ μὴ νοήσαντες μετέγραψαν. Lege, ut solet Aristarchus, μὴ νοήσαντές (τινες) μετέγραψαν.

Ω. 343. ὁ γὰρ λόγος κΑλεῖ τε καὶ ἀναπτεροῖ. Lege κΗλεῖ.

MENANDRI FRAGMENTA INEDITA.

Plus quam triginta et quinque anni sunt ex quo cum CONSTANTINO TISCHENDORF amicitiam et familiaritatem suavissimam contraxi Parisiis primum, deinde in Italia, ubi tertius nobis accessit sodalis dilectissimus CAROLUS BADHAM. Ego et BADHAM diu in Italia mansimus, TISCHENDORF interea Syriam, Palaestinam, Aegyptum peragravit. Ex hoc itinere ad me misit *Φιλίας μνημεῖον* munusculum, ex perantiquo Codice descripta verba incerti Graeci poëtae. In qua tandem Bibliotheca et in quo libro haec invenerit non fecit me certiorem. In fronte schidulae ipsius manu scriptae, qua fragmenta haec continentur, inscriptum est:

Fragmenta duo Codicis antiquissimi
IV. *ut videtur saeculi.*

Posteaquam Tischendorf, qui numquam de his fragmentis in lucem edendis cogitasse videtur, excessit e vita, ipse id facere decrevi et ostendere Menandrea haec esse ex duabus Comoediis sumta, quarum altera quae fuerit incertum est, alteram esse *τὸν Δεισιδαίμονα* mox demonstrabo postquam Tischendorfii apographum quam fidelissime primum descripsero.

I.

ΑΝΘΡΩΠΟϹΟΙΝΟΝΑΤΤΟΤΟΤΤЄΚΠΑΙΤ....
ЄΓΩΓЄΤΠЄΡΤΟΤΜЄΘΤϹΚЄΘΟΤΛЄΓΩ

ΑΠΙϹΤΙΑΓΑΡΕϹΘΟΜΟΙΟΝΤΟΥΤΟΓΕ
ΕΙΚΑΙΒΙΑΖΕΤΑΙΚΟΥΤΑΗΝΤΙϹΤΟΥϹΒΟ
ΩΝΟΥΜΕΝΟϹΠΙΝΕΙΝΕΑΥΤΟΝΤΟΥΤΕ
ΠΡΟϹΕΜΕΝΟΝΟΥΤΟϹΕΜΠΕϹΩΝΔΙΑϹ
ΤΟΝΕΡΩΤΑΤΙΔΕΜΟΙΤΟΥΤΟΠΑΛΙΝΟΙΜΩ
ΠΡΟΙΚΑΔΕΛΑΒΩΝΤΑΛΑΝΤΑΤΕΤΤΑΡΑΡΓΥ
. ΥΤΗϹΓΥΝΑΙΚΟϹΝΕΝΟΜΙΧΑΥΤΟΝΟΙΚΕ
ΑΠΟΚΟΙΤΟϹΕϹΤΙΠΟΡΝΟΒΟϹΚΩΔΩΔΕΚ
ΤΗϹΗΜΕΡΑϹΔΡΑΧΜΑϹΔΙΔΩϹΙΔΩΔΕΚΑ
...... ΤΑΚ . . ΒΩϹΟΥΤΟϹΙΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑ
..... ϹΔΙΑ . ΡΟΦΗΝΑΝΔΡΙΚΑΙΠΡΟϹΗΜΕΡ
...... ΕΛ . . ΙϹΤΑΙΔΥΟΒΟΛΟΥϹΤΗϹΗΜΕΡΑϹ
..... ΝΤ . . ΓΩΠΕΙΝΩΝΤΙΠΤΙ .... ΠΟΤΕ
.... Ϲ . . ΠΡΟϹΜΕΝΕΙΧΑΙΡΩ ....
.... ΓΛΥΚΥΤΑΤΕΟΤΗϹ .... ΤΗΡ
.... ΟΝΩϹΑΘΛΙΟϹΤΙϹ .....
.... ΤΡΙϹΚΑΚΟΔ ....

II.

ΠΩϹΕΙϹΙΝΟΙΠΥΡΟ .....
ΤΙΔΕϹΟΙΜΕΛΕΙΤΟΥΤΟΟΥΘΕΝ
ΕΙϹΤΗΝΑΛΗΘΕΙΑΝΚΑΤΑΧΡΗϹ
ΑΝΤΕΙΜΙΟϹΔΑΚΕΤΩϹΕΫΠΕΡΕ
ΠΕΝΗΤΟϹΑΙϹΘΟΥϹΑΥΤΟΝΟΝΤΑ
ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΑΝΘΡΩΠΟΝΔΕΚΑ
ΙΝΑΜΗΕΠΙΘΥΜΗΙϹΤΩΝΫΠΕΡ
ΟΤΑΝΔΑΓΡΥΠΝΕΙΝΕΙΠΗΙϹΤΙϹΕ
ΤΗΝΑΙΤΙΑΝΓΝΩϹΗΠΕΡΙΠΑΤΕΙϹ
ΕΙϹΗΛΘΕϹΕΥΘΥϹΑΝΚΟΠΙΑϹΗ
ΜΑΛΑΚΩϹΕΛΟΥϹΩΠΑΛΙΝΑΝΑϹ
ΠΡΟϹΗΔΟΝΗΝΥΠΝΟϹΑΥΤΟϹΟΒ
ΤΟΠΕΡΑϹΚΑΚΟΝΕΧΕΙϹΟΥΔΕΝΗ
ΕϹΤΙΗΝΔΙΗΛΘΕϹΦΟΡΤΙΚΩΤΕΡ
ΕΠΕΡΧΕΤΑΙΜΟΙΤΡΟΦΙΜΕϹΥΓΓΝ
ΤΟΔΗΛΕΓΟΜΕΝΟΝΟΥΚΕΧΕΙϹΟΝ
ΥΠΟΤΩΝΑΓΑΘΩΝΕΥΤΙϹΘΙΜΗ
ΙΚΟΙΤΑΛΗΘΗΛΕΓΩΝΗΤΟΥϹΘΕ

ΤΟΥΤΕCΤΙΤΑΡΩCΤΗΜΑΚΑΙΜΗ
ΑΤΟΠΩCΕΜΑΥΤΟΥΚΑΙΒΑΡΕΩC
40. ....ΝΙΚΟΝΕCΤΙΤΟΑΝΟΗΤΟ
....ΝΠΑΝΥΓΑΡΤΑΥΤΕΙΛΕΛ
....ΠΑΡΑΙΝΕΙCΟΤΙΠΑ
....ΝΤΙΚΑΚΟΝΑΛΗΘΕC
44. ....ΝΑΛΗΘΕCΦΑΡΜΑ

Tischendorf annotat vs. 2. diserte omisso C scriptum esse ΜΕΘΥCΚΕΘ.

vs. 9. pro *νενομιχαυτον* apostrophen et spiritum „*posterius addita*" sic *νενομιχ' αὗτον.*

vs. 37. ΙΚΟΙΤΑΛΗΘΗ admonet ΟΙ non esse plane certum.

Ante omnia ostendam quo indicio deprehenderim alterum fragmentum esse Menandri *ἐκ τοῦ Δεισιδαίμονος*, deinde nonnullos versiculos emendatiores et integriores dabo, reliqua philologorum ingenio et acumini corrigenda et redintegranda relinquens.

Tres ultimos secundi fragmenti versiculos sic legendos et supplendos esse censeo:

A. *τί δέ μοι* ΠΑΡΑΙΝΕΙC; B. "Ο, ΤΙ ΠΑΡ*αινῶ*; *τοῦτ' ἐρῶ.*
*εἰ μέ*Ν ΤΙ ΚΑΚΟΝ 'ΑΛΗΘΕC *εἶχες*, *Φειδία*,
*ζητεῖ*Ν 'ΑΛΗΘΕC ΦΑΡΜΑ*κον τούτου σ' ἔδει.*
νῦν δ' οὐκ ἔχεις.

Ne dubites quin certa sit haec loci redintegratio, compara Menandri fragmentum a Clemente Alexandrino servatum *Strom.* VII. pag. 884. Potter. apud Meinek. *Fragm. Comic.* IV. pag. 100.

Εἰ μέν τι κακὸν ἀληθὲς εἶχες, Φειδία,
ζητεῖν ἀληθὲς φάρμακον τούτου σ' ἔδει.
νῦν δ' οὐκ ἔχεις. κενὸν ἄρα καὶ τὸ φάρμακον
πρὸς τὸ κενόν. οἰήθητι δ' ὠφελεῖν τί σε.
περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ,
καὶ περιθεωσάτωσαν· ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
ὕδατι περίρραν' ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς.

Esse haec *ἐκ τοῦ Δεισιδαίμονος* et argumentum loci declarat et Clementis testimonium pag. 842. Pott.

Hunc ipsum locum in fragmentorum fine subesse perspicuum est nec verbis indiget.

Initium primi fragmenti in hunc fere modum constituendum esse arbitror:

(ὅτι μὲν τοσοῦτον ἐκπέπωκ' ἄνευ κακοῦ)
ἄνθρωπος οἶνον αὐτὸ τοῦτ' ἐκπλήττομαι
ἐγώ· περὶ δὲ τοῦ μὴ μεθύσκεσθ' οὐ λέγω.
ἀπιςίᾳ γάρ ἐσθ' ὅμοιον τοῦτό γε.

et vs. 4.

εἰ καὶ βιάζεται κοτύλην τις τοὺς βό(ας)
ὠνούμενος πίνειν ἑαυτόν.

Veteres τοὺς βοῦς dicebant, sed multa huiusmodi in Menandro οἱ ἀττικιςαί reprehenderunt. Quid autem aliud latere potest in TOϒCBO ** ΩNOϒMЄNOC?

In iis quae sequuntur nihil aliud suppleri potest quam:

τοῦτ' ἐ(γὼ) προσέμενον.

sed obscura res est et micamus in tenebris.

vs. 6. lege:

οὗτος ἐμπεσὼν διασ(κεδᾷ)
τὸν ἔρωτα. B. τί δέ μοι τοῦτο; πάλιν οἰμώ(ξομαι).
A. προῖκα δὲ λαβὼν τάλαντα τέτταρ' ἀργύ(ρου)
(ο)ὐ τῆς γυναικὸς νενόμιχ' αὐτὸν οἰκέ(την),
ἀπόκοιτός ἐςι, πορνοβοσκῷ δώδεκ(α)
τῆς ἡμέρας δραχμὰς δίδωσι. B. δώδεκα.
(ἐπίςα)τ' ἀκ(ρι)βῶς οὑτοσὶ τὰ πράγματα.
* (εἰ)ς δια(τ)ροφὴν ἀνδρὶ καὶ πρὸς ἡμέρ **
** (λ)ελ(όγ)ισται δύ' ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας.

Vs. 10. ἀπόκοιτός ἐςι, πορνοβοσκῷ δώδεκα τῆς ἡμέρας δραχμὰς δίδωσιν. Eodem sensu de infideli marito ἀπόκοιτος apud Lucianum legitur, veluti in *Dial. Deor.* 10. 2. de Saturno: οὐδ' ἀπόκοιτος ἐκεῖνος παρὰ τῆς Ῥέας ἦν. Sumsit a Menandro.

Vs. 20. legendum:

πῶς εἰσὶν οἱ πυρο(ὶ παρ' ἡμῖν ὤνιοι);

B. τί δὲ σοὶ μέλει τοῦτ'; A. οὐδέν. (ἀλλὰ βούλομαι)
εἰς τὴν ἀλήθειαν καταχρῆσ(θαι τῷ λόγῳ).
ἂν τίμιος, δακέτω σ' ὑπὲρ ἐ(μοῦ τοῦ σφόδρα)
πένητος. αἰσθοῦ σαυτὸν ὄντα, (Φειδία),
ἄνθρωπον· ἄνθρωπον δὲ κα(λόν τε κἀγαθόν)
ἵνα μὴ 'πιθυμῇς τῶν ὑπὲρ (σαυτὸν πάνυ).
ὅταν δ' ἀγρυπνεῖν εἴπῃς **
τὴν αἰτίαν γνώσει· περιπατεῖς (ἡδέως),
εἰσῆλθες εὐθὺς ἂν κοπιάσῃς (τὰ σκέλη).
μαλακῶς ἐλούσω. πάλιν **

et vs. 32.

τὸ πέρας κακὸν ἔχεις οὐδέν. **
** διῆλθες· φορτικώτερ(ον δέ τι)
ἐπέρχεταί μοι, τρόφιμε, συγγν(ώμην δ' ἔχε).
τὸ δὴ λεγόμενον οὐκ ἔχεις ΟΝ **
ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθι. *
** τἀληθῆ λέγω, νὴ τοὺς θεούς.
τοῦτ' ἔςι τἀρρώςημα. A. καὶ μή(ν, ὦγαθέ),
ἀτόπως ἐμαυτοῦ καὶ βαρέως (ἔχω πάνυ).
B. (Φιλό)νικόν ἐςι τἀνόητο(ν).

et vs. 42, ut diximus:

A. (τί δέ μοι) παραινεῖς; B. ὅ, τι παρ(αινῶ; τοῦτ' ἐρῶ).
(εἰ μέ)ν τι κακὸν ἀληθὲς (εἶχες; Φειδία),
(ζητεῖ)ν ἀληθὲς φάρμα(κον τούτου σ' ἔδει.)
(νῦν δ' οὐκ ἔχεις). κτέ.

Quod restitui vs. 20.

πῶς εἰσὶν οἱ πυροὶ παρ' ἡμῖν ὤνιοι;

manifestum est ὤνιοι requiri. Nota haec est locutio Attica. Aristophanes *Acharn.* 758.

πῶς ὁ σῖτος ὤνιος;

et *Equitt.* 480.

πῶς οὖν ὁ τυρὸς ἐν Βοιωτοῖς ὤνιος;

unde restituimus apud Lucianum in *Icaromenippo* cap. 24. ἀνέκρινέ με – πῶς νῦν ὁ πυρός ἐςιν ὤνιος. in *Var. Lectt.* pag. 108.

Sermones de annona hominum pauperculorum crebri et sunt et fuerunt. Theophrasti ἀδολέσχης cap. III. λέγει ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ. Terentius *Andria* IV. 4. 7.

tum annona carast.

Menander dixisse videtur:

ἔπειθ' ὁ πυρὸς τίμιος.

ut Pherecrates apud Suid. v. ἄξιος.

ὁ δ' ἔς' ἐφ' οὗ ποτ' ἦν ὁ πυρὸς ἄξιος.

Promiscue dicitur in ea re ὁ πυρός et οἱ πυροί.

Sitne παρ' ἡμῖν an aliud quid supplendum quis pro certo dixerit?

Vs. 23.

ἂν τίμιος δακέτω σε,

ut apud Aristophanem in *Vespis* 253:

οὐ γὰρ δάκνει σ' ὅταν δέῃ τίμιον πρίασθαι.

Vs. 29.

εἰσῆλθες εὐθὺς ἂν κοπιάσῃς τὰ σκέλη.

ut Alexis apud Diogenem Laërtium III. 26.

εἰς καιρὸν ἥκεις, ὡς ἔγωγ' ἀπορουμένη
ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ' ὥσπερ Πλάτων
σοφὸν οὐδὲν εὕρηκ' ἀλλὰ κοπιῶ τὰ σκέλη.

Vs. 30. μαλακῶς ἐλούσω, ut Theophrastus *Charact.* II. ὡς μαλακῶς ἐσθίεις.

Vs. 32.

τὸ πέρας κακὸν ἔχεις οὐδέν.

Alexis apud Athenaeum pag. 558. E. in mulieres sic invehitur:

ὧν οὐκ ἐχρῆν ἄρχουσιν, ὧν δ' ἄρχειν ἐχρῆν
ἀμελοῦσιν, ἐπιορκοῦσιν, οὐδὲ ἓν κακόν
ἔχουσι καὶ κάμνειν λέγουσ' ἑκάςοτε.

et Antiphanes Athenaei pag. 123. B.

ἐν χύτρᾳ δέ μοι
ὅπως ὕδωρ ἕψοντα μηδέν' ὄψομαι.
οὐ γὰρ κακὸν ἔχω μηδ' ἔχοιμι.

Perspicuum est κακόν τι ἔχειν idem esse quod κάμνειν, νοσεῖν, ἀσθενεῖν, ἀρρωςεῖν. Hinc paedagogus senex negat alumnum suum (τὸν τρόφιμον) aegrotare: κακὸν ἔχεις οὐδέν, inquit, et: εἴ

μέν τι κακὸν εἶχες ζητεῖν Φάρμακον ἔδει. νῦν δ' οὐκ ἔχεις. Non corporis sed animi et mentis hanc aegritudinem esse affirmat: *τοῦτ' ἐςὶ τἀρρώςημα*, inquit. *hic morbus est quo tu laboras.*

Ad hanc lucem quis punctum temporis dubitare potest quin ex hac ipsa fabula et eadem fabulae parte (nempe ex principio) sumti sint dulcissimi Menandri versiculi, quos servavit Plutarchus in *Consolatione Apollonii* pag. 103. D.

> Εἰ γὰρ ἐγένου σύ, τρόΦιμε, τῶν πάντων μόνος,
> ὅτ' ἔτικτεν ἡ μήτηρ σ', ἐΦ' ᾧ τε διατελεῖν
> πράττων ἃ βούλει καὶ διευτυχεῖν ἀεί,
> καὶ τοῦτο τῶν θεῶν τις ὡμολόγησέ σοι,
> ὀρθῶς ἀγανακτεῖς. ἔςι γάρ σ' ἐψευσμένος
> ἄτοπόν τε πεποίηκ'. εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις,
> ἐΦ' οἷσπερ ἡμεῖς ἔσπασας τὸν ἀέρα
> τὸν κοινόν, ἵνα σοι καὶ τραγικώτερον λαλῶ,
> οἰςέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιςέον.
> τὸ δὲ κεΦάλαιον τῶν λόγων ἄνθρωπος εἶ,
> οὗ μεταβολὴν θᾶττον πρὸς ὕψος καὶ πάλιν
> ταπεινότητα ζῷον οὐδὲν λαμβάνει.
> καὶ μάλα δικαίως· ἀσθενέςατον γὰρ ὂν
> Φύσει μεγίςοις οἰκονομεῖται πράγμασιν,
> ὅταν πέσῃ δὲ πλεῖςα συντρίβει καλά.
> σὺ δ' οὔθ' ὑπερβάλλοντα, τρόΦιμ', ἀπώλεσας
> ἀγαθά, τὰ νυνί τ' ἔςι μέτριά σοι κακά.
> ὥς' ἀνὰ μέσον που καὶ τὸ λυποῦν δεῖ Φέρειν.

Eadem res, ut vides, inter eosdem agitur. Paedagogus senex alumnum suum, *τὸν τρόΦιμον*, herilem filium a se educatum, animi pendentem consolatur et aegrum animum blando alloquio et prudenti consilio recreat. Alumnus, *ὁ Φειδίας*, morbo se vexari queritur:

> *ἀτόπως ἐμαυτοῦ καὶ βαρέως ἔχω.*

somnum se capere posse negat (*ὅταν δ' ἀγρυπνεῖν εἴπῃς*). Bonus senex corporis hunc morbum esse negat sed animum aegrotare. Quam vellem me lacunam explere posse, quae est in vs. 35.

> ΦορτικώτερονΦ δέ τι
> ἐπέρχεταί μοι, τρόΦιμε, συγγνώμην δ' ἔχε.
> τὸ δὴ λεγόμενον οὐκ ἔχεις ON ***
> ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθι.

in quibus ON non satis certum esse annotavit Tischendorf. Sed nihil ullo modo expiscari potui, neque quo proverbio (*τὸ δὴ λεγόμενον*) usus sit scio, neque quo uti potuerit excogito. Itaque haec aliis indaganda relinquo.

Vs. 39.

ἀτόπως ἐμαυτοῦ καὶ βαρέως ἔχω.

eodem modo dictum est quo Philemon dixit apud Athenaeum pag. 569. D.

οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων· ἔχεις
(ἐςυκότως) πως· ἡ θύρα 'ς' ἀνεῳγμένη.
εἷς ὀβολός, εἰσπήδησον.

Quod est in Menandri fragmento

ἀπὸ κρουνῶν τριῶν ὕδατι περίρρανει.

fortasse lucem afferre poterit obscuro et paene conclamato loco Theophrasti charact. XVI. *ὁ δὲ δεισιδαίμων τοιοῦτός τις οἷος ἐπιχρωνῆν ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας — περιπατεῖν.* Diserte sic *ἐπιχρωνῆν* in Palatino scriptum esse vidi sine sensu. Quid si dederit *ἀπὸ κρουνῶν τριῶν ἀπονιψάμενος τὰς χεῖρας.*

P. S. *εὕρηκα, εὕρηκα,* quod dudum frustra quaesiveram, quid tandem lateret in verbis:

Φορτικώτερον δέ τι
ἐπέρχεταί μοι, τρόφιμε, συγγνώμην δ' ἔχε.
τὸ δὴ λεγόμενον οὐκ ἔχεις ON * * *
ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθι.

Legebam forte Antonini *τῶν εἰς ἑαυτόν* libr. V. cap. 12. *ὁποῖά τινά ἐςι τὰ τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα ἀγαθὰ καὶ* (leg. *κἂν*) *ἐντεῦθεν λάβοις. Εἰ γάρ τις ἐπινοήσειεν ὑπάρχοντά τινα ὡς ἀληθῶς ἀγαθά, οἷον φρόνησιν, σωφροσύνην, δικαιοσύνην, ἀνδρείαν, οὐκ ἂν ταῦτα προεπινοήσας ἔτι ἀκοῦσαι δυνηθείη τό·*

„ὑπὸ τῶ ἀγαθῶ γὰρ (οὐκ) ἐφαρμόσει."

τὰ δέ γε τοῖς πολλοῖς φαινόμενα ἀγαθὰ προεπινοήσας τις — ῥᾳδίως δέξεται ὡς οἰκείως ἐπιλεγόμενον τὸ ὑπὸ τοῦ Κωμικοῦ εἰρημένον. et post pauca: *πρόϊθι οὖν καὶ ἐρώτα εἰ τιμητέον καὶ ἀγαθὰ ὑποληπ-*

τέον τὰ τοιαῦτα, ὧν προεπινοηθέντων οἰκείως ἂν ἐπιφέροιτο τὸ τὸν κεκτημένον αὐτὰ ὑπὸ τῆς εὐπορίας οὐκ ἔχειν ὅποι χέσῃ.

Manifestum est Antoninum Comici versiculum laudasse, cuius nunc mendosissima scriptura haec circumfertur: *οὐκ ἂν ἀκοῦσαι δυνηθείη τό·*

ὑπὸ τῶ ἀγαθῶ γὰρ (οὐκ) ἐφαρμόσει.

sed ex loci exitu emergit vera lectio haec:

ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν γὰρ οὐκ ἜΧΕΙϹ ὍΠΟΙ ΧΈϹΗΙϹ.

et eadem opera nostri loci lacunam sic supplebimus:

τὸ δὴ λεγόμενον οὐκ ἔχεις ὅποι χέσῃς
ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν, εὖ ἴσθι.

et sic optime intelligimus cur dixerit:

Φορτικώτερον δέ τι
ἐπέρχεταί μοι, τρόφιμε, συγγνώμην δ' ἔχε,

namque erat honor praefandus auribus.

Apparet igitur in antiquo Codice, quem Tischendorf describebat, non ON exaratum fuisse, quod ipse Tischendorf dubitanter dedit, sed ΟΠ, in quo *ὅποι* latebat, ut de vetere scriptura:

οὐκ ἔχεις ὍΠΟΙ (ΧΈϹΗΙϹ),

nulla superesse possit dubitatio.

Spem faciunt hae paucae Menandri laciniae in vetere libro repertae fortasse plura etiam Menandrea et copiosiora et integriora in Oriente latere.

Tischendorf, qui totus erat in libris Sacrae Scripturae indagandis et excutiendis, haec *Φιλολογικά* neque de industria quaesivit neque nisi *ἐν παρόδῳ* attigit.

Obscura quaedam fama ad meas aures pervenit esse in monte Atho libros reconditos, quibus Menandrea quaedam contineantur. Explorent omnia et perscrutentur illi, quibus haec loca adire continget, namque Menandri reliquias etiam tenues et exiles lubentissime accepturi sumus.

DE LOCIS QUIBUSDAM

APUD DIONYSIUM HALICARNASSENSEM.

Antiq. Rom. VII. pag. 1334. 13. τοὺς ἀγροὺς καταθέοντες — ἐλεηλάτουν — καὶ ὅσα μὴ δύναιντο Φέρειν τε καὶ ἄγειν [χρήματα καὶ βοσκήματα] τὰ μὲν ἐνεπίμπρασαν, τὰ δὲ κατέσφαττον. Expunge χρήματα καὶ βοσκήματα. Explicuit aliquis in margine quid esset Φέρειν τε καὶ ἄγειν. Non cogitavit χρήματα ἐμπιμπράναι absurdum esse. Φέρειν non de pecunia dicitur, sed de instrumentis rusticis et vasis et omni supellectili agricolarum.

Pag. 1481. 12. καὶ οὐδὲν ἀξιοῖ καινοτομεῖν εἰς αὐτὰ ὑπὸ δείματος [κρατουμένη] μηνιμάτων δαιμονίων. Molestum κρατουμένη irrepsit ex margine.
Similiter pag. 1528. 15. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ δύναμιν ἔσχον ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις [μαχησόμενοι]. et pag. 1529. 6. ἐμοὶ δοκεῖ κράτιστον εἶναι — τὸν μὲν ἕτερον ἡμῶν — ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις [μαχησόμενον], utrobique participium ab indocto lectore additum est.

Pag. 1467. 5. ἔθος κατέστη καλεῖν οὓς δόξειε τῶν πολιτῶν δίκην ὑφέξοντας ὑπὸ τοῦ δήμου. Mendosum est ὑπό. Veram lectionem elicies ex pag. 1695. 14. ἐκάλουν αὐτὸν ὡς ἘΠΙ τοῦ δήμου τὴν δίκην ἀπολογησόμενον. Vertit ut potuit verba Latina: *causam dicere apud populum.*

Pag. 1475. 12. τοῖς μὲν δὴ ταῦτα ἐδόκει κατὰ θεοῦ γενέσθαι γ ν ώ μ η ν νεμεσῶντος ὅτι τὸν ἄριστον τῶν πολιτῶν ἐξήλασαν τῆς πατρίδος. pro γνώμην scribendum μῆνιν.

Pag. 1512. 1. *αὕτη γὰρ ἐδόκει ἐν καλλίςῃ κεῖσθαι συνόδῳ ταῖς ἄλλαις ἡ πόλις.* Legendum: *ἐν καλλίςΩΙ κεῖσθαι συνόδΟΥ ταῖς ἄλλαις*, ut pag. 1754. 2. *τοῖς ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὸ ςρατόπεδον ἰοῦσι κωλύσεως ἐν καλῷ κείμενον.* et saepe alibi.

Pag. 1555. 16. *Ἀφαιρέσει δὲ δὴ πάντας μὲν ἀνθρώπους — δίκας σοι δοῦναι προσῆκεν κτἑ.* Emenda: *Φέρε, εἰ δὲ δὴ πάντας ἀνθρώπους —*, ut pag. 1564. 11. *Φέρε, ἂν δὲ δὴ κατορθώσῃς.* Scriptum erat pervulgato errore ΦΑΙΡΕΕΙ *δὲ δή*, unde *ἀφαιρέσει* natum est.

Pag. 1621. 12. *ὥσπερ καὶ Ταρκύνιος ἐποίησεν ὁ Κολλατῖνος ἐπικαλούμενος.* adscripsit nescio quis *ἱκανὸν* (*ἐν* del.) *παράδειγμα καὶ οἰκεῖον*, quae in textum perinepte recepta sunt.

Pag. 1640. 17. *ὁσίῳ πόλεως νόμῳ γυναῖκες γαμεταὶ* ΔΕΔ*ώκατέ με.* Vertit Latina haec: RITE ME MATRONAE DEDICASTIS. Itaque pro *δεδώκατε* corrigendum ἹΕΡ*ώκατε.*

Pag. 1675. 5. *αὐχήματος γὰρ ἀνοήτου πολλοῖς αἴτιον γινόμενον (τὸ ἐν πολλοῖς εὐτυχεῖν) λανθάνει καὶ ἐπιθυμιῶν ἀρχη*ΓΟΝ *ἐκβαινουσῶν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν.* Lege *λανθάνει ἐπιθυμιῶν ἀρχὴ ὄν.*

Pag. 1682. 2. *κρεῖττον - μικρὰ λαβοῦσιν ὁμοίως ἔχειν ἢ πολλὰ ἐλπίσασιν ἁπάντων ἀποτυχεῖν.* Dixerat *λαβοῦσι βεβαίως ἔχειν.*

Pag. 1685. 17. *συνεβούλευσεν ἄνδρας ἐκ τῶν ἐντιμοτάτων ἑλέσθαι*, una litera repetita legendum: *ἑλέσθαι* I, id est *δέκα.*

Pag. 1861. 8. *εἰ δέ τινες ἐναντιωθήσονται σφίσι πρὸς τὰ ὅπλα.* Emenda: *ἐναντί*Α *θήσονται σφίσι τὰ ὅπλα.*

Pag. 1873. 1. *παρεὶς δὲ καὶ αὐτὸς ἅπασαν εἰρωνείαν ἔργου ἄρξομαι*, usitatum est *ἔργου* ἝΕ*ξομαι.*

ADVERSARIA CRITICA

AD DEMOSTHENEM.

Cap. IV.

Lubens ac laetus ad Demosthenem revertor; et primum diligenter relectis prioribus orationibus XVII. p. 1—220 locos in superiore annotatione praeteritos nunc adiiciam, deinde de reliquis deinceps si quid mihi notatum et animadversum est ordine exponam.

Quod reposuimus pag. 10. 6: *ὡς ἔϛι μάλιϛα τοῦτο δέος μὴ πανοῦργος ὢν — ἄνθρωπος — Κλέψῃ τε καὶ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων πραγμάτων*, comparari potest cum verbis Dionysii Halic. *de eloquentia Demosthenis* pag. 957. Reisk. *τὸ μὲν βιάσασθαι καὶ προσαναγκάσαι τι τῆς Θουκυδίδου λέξεως ἴδιον, τὸ δὲ ἀπατῆσαι καὶ κλέψαι τὰ πράγματα τῆς Λυσίου.*

Pag. 10. 28. *νυνὶ γὰρ, ὃ πάντες ἐθρύλουν τέως, Ὀλυνθίους ἐκπολεμῆσαι δεῖν Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον*, cf. pag. 30. 20. *ἐκπολεμῆσαι δεῖν ᾠόμεθα τοὺς ἀνθρώπους ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ ὃ πάντες ἐθρύλουν τέως τοῦτο πέπρακται νυνί.* Sic utrumque locum constituit Dindorfius. In libris est priore loco in S *ἐθρυλεῖτε ὡς* (et in marg. *γρ. ἐθρύλλουν τε*) — *δεῖ* (sec. man. *δεῖν*). In secundo S habet *ἐθρύλουν* omisso *τέως*. Fuerat ΕΘΡΥΛΟΥΝΤΕΩΣ, in quo *τέως* inesse non animadvertentes *correxe-*

runt scilicet ἐθρυλΕΙτε ὡς et sq. δεῖν in δεῖ mutarunt. Restituit rem Reiske, quem iure Dindorf. sequitur. Quod autem Dindorf. utroque loco ἐκπολεμΗσαι pro ἐκπολεμΩσαι reposuit perperam factum esse arbitror. Legitur p. 30. 20. in S ἐκπολεμῆσαι „*litera ω a m. antiqua superscripta.*" etiam pag. 11. 1. „*a prima manu*" S servat ἐκπολεμῶσαι. Accedit testimonium Harpocrationis v. Ἐκπολεμῶσαι: Δημοσθένης Φιλιππικοῖς ἀντὶ τοῦ εἰς πόλεμον καταστῆσαι, ὡς καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ πολλάκις. ἐν μέντοι τοῖς Ἀττικιανοῖς διὰ τοῦ Η γράφεται, ὡς καὶ παρὰ Ξενοφῶντι ἐν ἕκτῳ Ἑλληνικῶν. His igitur Dindorfius fidem habet, ego neque Harpocrationi neque Atticianis quidquam credendum esse existimo in ea quidem re, quae cum linguae Graecae ratione et usu aperte pugnat. Harpocrationem in his rebus non acutum cernere, graves hominis errores et absurdae παραδιορθώσεις demonstrant. In Codicibus Atticianis complures mendosas scripturas fuisse et omnino non multum bonae frugis ex iis colligi potuisse, ex Harpocratione et libris nostris satis apud me constat et infra argumentis probabo. Res ipsa per se spectata nullam habet veri speciem. Certa analogia postulat ἐκπολεμοῦν, idque certis optimorum scriptorum testimoniis exploratam habet fidem, quae pauculis librorum mendis convelli non potest. Grammatici inepti credebant πατροῦχον παρθένον appellari *patre orbam*, δωροδοκεῖν esse δῶρα διδόναι, ψοφῶ τὴν θύραν rectissime dici et Atticum esse, et quot alia sunt eorum παρακούσματα et ληρήματα ex locis vitiosis suscepta? Iure dicitur *nihil esse tam absurdum quod non sit ab aliquo grammatico dictum.* Lecta Harpocrationis annotatione exstitit alius, qui quid inter ἐκπολεμοῦν et ἐκπολεμεῖν interesset *de suo* (id est *de nihilo*) commentus est in farragine Ammonii *de differ. verborum:* ἐκπολεμῶσαι καὶ ἐκπολεμῆσαι διαφέρει, ἐκπολεμῶσαι μὲν γάρ ἐστι τὸ εἰς πόλεμον ἐμβαλεῖν, ἐκπολεμῆσαι δὲ τὸ πόλιν ἐξελεῖν. Equidem grammaticos facessere hinc iusserim et Demostheni bis suum ἐκπολεμῶσαι restituerim.

Pag. 12. 9. lege cum Dobraeo: παρόμοιόν ἐστιν ὭCπερ καὶ περὶ τῆς τῶν χρημάτων κτήσεως, pro Ὅπερ.

Pag. 16. 8. εἰ Φίλιππος λάβοι καθ' ἡμῶν τοιοῦτον καιρὸν καὶ

πόλεμος γένοιτο πρὸς τῇ χώρᾳ, πῶς ἂν αὐτὸν οἴεσθε ἑτοίμως ἐφ' ὑμᾶς ἐλθεῖν; εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε εἰ ΜΗΔ' ἃ πάθοιτ' ἄν, εἰ δύναιτ' ἐκεῖνος, ταῦτα ποιῆσαι καιρὸν ἔχοντες ΟΥ τολμήσετε; Comparandus est cum his locus in *Midiana* pag. 532. 25 εἶτα τὸν μὲν χορευτὴν οὐδ' ὁ προσκαλέσας κατὰ τὸν νόμον ἀζήμιος ἔσται, τὸν δὲ χορηγὸν ΟΥΔ' ὁ συγκόψας παρὰ πάντας τοὺς νόμους οὕτω φανερῶς ΟΥ δώσει δικην; Idem in utroque loco similiter composito vitium inest. In utroque altera negatio vitiose abundat. In *Midiana* S fert opem omittens οὐ ante δώσει, quemadmodum in illo loco οὐ ante τολμήσετε expungendum esse censuimus. Potest tamen etiam alio modo sententiae labes sanari, nempe deleto μηδέ et οὐδέ, ut Demosthenes dixerit: εἰ ἃ π ά θ ο ι τ' ἂν — ταῦτα π ο ι ῆ σ α ι οὐ τολμήσετε; et: τὸν δὲ χορηγὸν ὁ συγκόψας — οὐ δώσει δίκην; quod quidem in priore loco habet aliquam ab sententia commendationem. Est enim oppositio inter πάθοιτε et ποιῆσαι, *quod Philippus fecisset, idem vos facere non audebitis?* Μηδ' ἃ πάθοιτε ita dicitur quasi Athenienses maiora et graviora mala *facere* quam *accipere* potuissent, quod cum rei natura pugnat.

Pag. 19. 15. τοῦ ἐκεῖνον (Philippum), ὅπερ καὶ ἀληθὲς ὑπάρχει, φ α ῦ λ ο ν φαίνεσθαι. Dixerat Demosthenes ΦΛΑΥΡΟΝ φαίνεσθαι. Perpetuo inter se confunduntur φαῦλος et φλαῦρος in libris nostris, sed quia discrimine certo discrepant non est difficile utrum φαῦλος an φλαῦρος scribendum sit ubique constituere. Φαῦλος enim *contemtim* dicitur, φλαῦρος *odiose* et *criminose*. Φαῦλος est εὐτελής, ὀλίγου ἄξιος, εὐκαταφρόνητος, σμικρός, ταπεινός et sim. Φλαῦρος contra est κακός, πονηρός, μοχθηρός. Philippus Atheniensibus nihil minus quam φαῦλος esse videbatur, sed *malus* et *improbus*. In *Midiana* pag. 553. 17. ὤμνυ — μηδὲν εἰρηκέναι περὶ αὐτοῦ φ α ῦ λ ο ν. sic S, alii rectius φλαῦρον, ut optime legitur pag. 488. 7. καί μοι μηδὲν ὀργισθῇς. οὐδὲν γὰρ φ λ α ῦ ρ ο ν ἐρῶ σε. et pag. 581. 19. περὶ ὧν οὐδὲν ἂν εἴποιμι πρὸς ὑμᾶς φ λ α ῦ ρ ο ν ἐγώ. et sic alibi passim apud Aristophanem praesertim et Platonem. Itaque corrigendus est locus Demosthenis pag. 177. 1 οὐδεὶς ἐρεῖ φ α ῦ λ ο ν οὐδέν, imo vero φλαῦρον οὐδέν, id est οὐδεὶς κακῶς ἐρεῖ. Videtur φλαῦρος in desuetudinem abiisse, sed φαῦλος tulisse aetatem, itaque non

mirum est pro vetere *Φλαῦρον* omnibus notum *Φαῦλον* tam saepe substitui solere.

Pag. 20. 26. *ὅταν δ' ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ὥσπερ οὗτος ἰσχύσῃ ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντ' ἀνεχαίτισε [καὶ διέλυσεν].* Expungendum esse frigidum et insipidum emblema diligenter ostendimus in *Nov. Lectt.* pag. 327. et in *Praefat.* pag. XXV.

Pag. 22. 27. *κεκλΕΙμένων τῶν ἐμπορίων τῶν ἐν τῇ χώρᾳ διὰ τὸν πόλεμον.* S cum plerisque aliis *κεκλεισμένων* exhibet. Bekkerus *κεκλειμένων* recepit auctoritate Theodosii in *Anecdotis* pag. 1020. 25. Assentitur Dindorfius Choerobosco auctore fretus. Non multum credo Choerobosco, sed stolidiorem et ineptiorem hominem quam Theodosius est non facile reperias. Incredibile dictu est quam sint hi grammaticastri, quos effoeta Constantinopolis tulit, Graece imperiti. Theodosius l. l. has formas ponit *νένιφα* (a *νίζω*), *τέτυφα*, *λέλεχα*, *νένυχα*, *γεγέλακα*, *νένηκα*, *ἵππευκα* et *ἵππευμαι*, *ἔρραγκα*, quae numquam in rerum natura fuerunt, sed omnes in ludimagistrorum cerebris natae sunt. Huic igitur homini credemus dicenti: *ὁ μέντοι κ έ κ λ ε ι κ α ὀφείλων ἐν τῷ κ έ κ λ ε ι σ μ α ι προσλαμβάνειν τὸ σ κ έ κ λ ε ι μ α ι λέγεται παρὰ* ΠΑCΙΝ *Ἕλλησιν.* Cave credas, nam contrarium verum *παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων λέγεται.* Antiquissima verbi forma Homerica et Ionica est *κληΐω* paenultima longa, *κληῖσαι*, *κλήϊσεν δὲ θύρας*, *κληϊςός*, *ἀκλήϊςος*. Antiqua forma Attica est *κλῄω*, *κλῄσω*, *ἔκλῃσα*, *κέκλῃμαι*, *κεκλῄσομαι*, *ἐκλῄσθην*, *κλῃςός* et *ἄκλῃςος*. His formis *solis* utuntur Tragici, Comici veteres, Thucydides, Plato, Xenophon, et Demosthenes quoque. Attici sequiores et Comici novae Comoediae *κλείω* dicebant et *κέκλεισμαι* et *κλειςός* et *ἄκλειςος* et his similia, quae postea *ἡ κοινὴ συνήθεια* recepit. Itaque *κέκλειμαι nullius* dialecti est et forma nihili. Duae tantum formae in usu fuerunt: *κέκλῃμαι* veterum et *κέκλεισμαι* sequiorum. Itaque et Sophocles dixerat:

ψυχῆς ἀνοῖξαι τὴν κεκλῃμένην πύλην.

sic Demosthenes et h. l. et pag. 442. 26. *κεκλῃμένων τῶν ἐμπο-*

ρίων, similiter alibi ἀπεκεκλήμην, ἀπεκλήσθην et reliqua omnia ad eandem analogiam.

Factum est autem quod in ea re assolet, ut nova loquendi συνήθεια antiquas formas expelleret. Luce clarius id in Aristophane apparet. In Ravennate Codice ubique nunc formae in - ЄI conspiciuntur praeter duos locos ubi felix mendum veterem lectionem fideliter servavit: in *Avibus* 1262.

ἀποκεκλήκαμεν διογενεῖς θεούς.

quam formam ad ἀποκαλεῖν inepti referebant, et in *Eccles.* 420.

ἣν δ' ἀποκλίνῃ τῇ θύρᾳ.

ubi ἀποΚΛΗΙΗΙ in ἀποΚΛΙΝΗΙ depravatum est. Quemadmodum autem in his ubique Aristophani sua manus est reddita, idem est et in caeteris et in Demosthene faciendum.

Itaque pag. 778. 11. scribendum κεκλημένης σου τῆς ἐξουσίας, ubi S a pr. m. κεκλιμένης exhibet, et pag. 803. 30. κατακεκλημένης, ubi κατακεκλιμένης in nonnullis libris est. et pag. 1260. 23. τῶν σιτίων ἀπεκεκλήμην pro ἀπεκεκλείμην et ἀπεκεκλείσμην.

Etiam aliae formae veteres Atticae scribarum consensu ubique obliteratae in lucem revocandae sunt, ut infra ostendemus.

Pag. 23. 14. εἰ δέ τις σώφρων ἢ δίκαιος - π α ρ ε ῶ σ θ α ι καὶ ἐν οὐδενὸς εἶναι μέρει τὸν τοιοῦτον. Sic et pag. 655. 15. ὅλως γὰρ ἡγήσονται π α ρ ε ῶ σ θ α ι μὲν αὐτοί, πρὸς Κερσοβλέπτην δ' ἀποκλίνειν ὑμᾶς. In utroque loco pro παρεῶσθαι in plerisque libris est παρεωΡΑσθαι, quae forma est Demostheni et aequalibus inaudita, qui περιῶφθαι dicebant, ut pag. 362. 9. τούτους - π ε ρ ι ῶ φ θ α ι τοιαῦτα πεπονθότας οἷα οὐδένες ἄλλοι τῶν Ἑλλήνων. et in verbo simplici pag. 722. 2. νόμους εἰσφέρων ὦπται, ut passim ὤφθην et ὀφθήσομαι leguntur.

Frustra viri docti olim tentarunt lectionem verissimam pag. 23. 15. λοιποὺς δὴ περὶ αὐτὸν (Philippum) εἶναι ΛΗΙϹΤΑϹ καὶ κόλακας. Qui numquam *latrones* viderant, nisi forte in scena, non recordabantur esse eos homines audaces et facinorosos et sceleratos, et nihil adeo de Philippo odiosius dici potuisse quam *latrones* eum et *scurras* circa sese habere, et horum potissimum consuetudine delectari. Turpiora etiam his et spurciora de

Philippo et Philippi sodalibus non erubuit scribere mendax et maledicus Theopompus apud Athenaeum pag. 166. sq. duriter sed merito ea de causa increpitus a Polybio VIII. 11 sqq. Veriora et meliora accepimus ab ipsis Atheniensium legatis modo a Philippo reversis, apud Aeschinem *de Falsa Legat.* pag. 33. 30. et pag. 34. 38.

Quid sit ληςὰς περὶ ἑαυτὸν ἔχειν optime intelliges ex Theopompi maledictis, ubi dicuntur Philippi sodales ζῆν μὴ κοσμίως ἀλλ' ἀσώτως καὶ τοῖς λῃςαῖς παραπλησίως, et post pauca: ἀντὶ μὲν τοῦ νήφειν τὸ μεθύειν ἠγάπων, ἀντὶ δὲ τοῦ κοσμίως ζῆν ἁρπάζειν καὶ φονεύειν ἐζήτουν. hoc enim est *latronum more vivere*, rapinas et caedes facere.

Pag. 24. 17. εἴ τις αἵρεσίν μοι ΔΟΙΗ. S δώῃ. Tralaticium in libris hoc mendum est ex Graeculorum συνηθείᾳ natum. Sequiores enim semper ita peccant in δῴην, ἁλῴην, γνῴην et βιῴην, quas formas contra veterum usum et rationem accommodabant ad δρῴην, γελῴην, τιμῴην, τολμῴην, quibuscum nihil habent negotii. Contrario errore peccabant in coniunctivis, ut apud Platonem *de Legg.* p. 730. c. ἵν' ὡς πλεῖςον χρόνον ἀληθὴς ὢν διαβιοῖ. nempe διαβιοῖ nihil est, διαβιῷ dicendum, ut δῷ, γνῷ, ἤνπερ ἁλῷ που. Sexcenties ita erratur in omnibus libris apud omnes etiam apud Homerum, ut in Odyss Ξ. 183.

ἢ κεν ἁλῴη ἢ κε φύγοι.

pro ἁλοίη.. Sed nihil est facilius quam formas antiquas et genuinas a falsis discernere. Miraberis autem quam fere constanter in nonnullis magistri et scribae veteres formas obliteraverint. Ζῆν habet aoristum βιῶναι, cum compositis διαβιῶναι, ἐπιβιῶναι, καταβιῶναι, ἀναβιῶναι, aliis. Optativus est invitis scribis βιοίην, coniunctivus βιῶ, βιῷς, βιῷ, participium βιούς, ἐπιβιούς, ἀναβιούς. In hoc autem participio vide quid omnium librorum scribae designaverint. Ipsi pro ζῆν dicebant βιοῦν, βιοῖς, βιοῖ et ἐβίουν pro ἔζων. Itaque sexcenties utuntur participio βιῶν, βιοῦντες, ἐπιβιοῦντες, διαβιοῦντες pro ζῶν, ζῶντες, διαζῶντες. Vides quid intersit inter antiquum βιούς et novicium βιῶν· Ἐβίων βιούς *aoristus* est, βιῶ βιῶν *praesens.* Iam vero *ubique locorum* summa constantia novicium βιοῦντος, ἐπιβιοῦντος et sim a scribis substitutum videbis antiquae formae βιόντος, ἐπι-

βιόντος cett. nam quis admonitus non sentit ex BIOΥC nihil aliud quam *βιόντος* formari potuisse, ut *διδόντος*, *δόντος*, *γνόντος*, *ἁλόντος*? Memini quum me ea scribendi constantia in errorem induceret. in *Nov. Lectt.* pag. 576. et in *Mnemosyne* XI. 1862. pag. 143. *Aoristos* eos esse intelligebam, sed formae in -*οῦντος* exeuntes mihi perpetuo omnium usu satis stabilitae esse videbantur. Nunc postquam sexcenties Iulianum et Libanium et alios *βιοῦντες* pro *ζῶντες* audivi dicentes, perspexi unde tandem libri veterum hac certa et perpetua labe sint commaculati. Itaque ut apud Platonem in *Hippia maiore* pag. 281. D. *εἰ νῦν ἡμῖν ὁ Βίας ἀναβιῴη* emendandum est *ἀναβιοίη*, sic apud Demosthenem pag. 1033. 16. *ἐπιβιοῦντος μετὰ ταῦτα τοῦ Πολυεύκτου πλεῖν ἢ πένθ' ἡμέρας.* et pag. 1034. 3. *πρὸς τὸν Πολύευκτον ἐπιβιοῦντα τοσαύτας ἡμέρας* reponemus *ἐπιβιόντος* et *ἐπιβιόντα*, et patefactam semel hanc Graeculorum fraudem sedulo undique ex Veterum scriptis expellemus.

Pag. 24. 24. *πονῶν ἐκεῖνος αὐτὸς καὶ παρὼν ἐφ' ἅπασι καὶ μηδένα καιρὸν μηδ' ὥραν παραλείπων.* Suspicor participium excidisse et sic esse scribendum: *μηδένα καιρὸν* ΠΑΡΙЄΙϹ *μηδ' ὥραν παραλείπων.* Colligo id ex iis quae impostor pag. 156. 26. aperte ex hoc loco sumsit: *οὔτε καιρὸν παριεὶς οὔτε ὥραν ἔτους παραλείπων οὐδεμίαν,* Proprie dicitur *παριέναι καιρόν*, non *παραλείπειν*, ut pag. 98. 16. *ὧν νυνὶ παρείκατε καιρῶν*, et pag. 326. 24. *τὸν ἑκάστου καιρὸν οὐ παρεθέντα* -*ὑπ' ἐμοῦ*, et alibi saepius.

Pag. 25. 3. *Λακεδαιμονίοις μέν ποτε ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων ἀντήρατε.* Plane assentior Dobraeo ad h. l. annotanti: „*ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικῶν δικαίων manifesto nata ex Phil.* I. *p.* 40. *fin. Mihi videtur hic legendum ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων, ibi ὑπὲρ τῶν δικαίων.*"

Pag. 37. 19. *ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ' ἔτι* – *ἐθελήσητε στρατεύεσθαι.* Veteres dicebant *ἀλλὰ νῦν* omisso *γ' ἔτι* Aristophanes *Avib.* 1598.

ἐὰν τὸ δίκαιον ἀλλὰ νῦν ἐθέλητε δρᾶν.

An Demosthenes quoque sic dixerit quaerendum est.

Apud Lysiam recte legitur pag. 117. 28. *ἄν πως ἀλλὰ*

νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευθῇ, ubi Reiske *ἀλλὰ νῦν γε* reponebat, ut apud Andocidem est pag. 23. 7. *εἴπερ τι ἀλλὰ νῦν γε φρονῶν τυγχάνω.* Exempla e poëtis Elmsleius attulit ad *Medeam* vs. 882.

ἔγνως δὲ τὴν νικῶσαν ἀλλὰ τῷ χρόνῳ.

Saepe in his peccant scribae, qui in Aristophane et Andocide *ἄλλΟ νῦν* substituerunt. Correxerunt Elmsl. l. l. et Schneiderus ad *Cyropaed.* VIII. 8. 19.

Pag. 40. 4. *εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων ἡσυχίαν ἂν ἦγον, εἰ δὲ μή, τότ' ἂν αὐτὸς ἐπειρώμην ἃ γιγνώσκω λέγειν.* Vera lectio et in Codd. nonnullis servata est et in Prooemiis pag. 1418. *τότ' ἂν* ΚΑΙ *αὐτὸς ἐπειρώμην.* Est enim *αὐτός ipse*, id est *οὐ δι' ἑτέρου* non per alterum, *καὶ αὐτός et ipse*, id est *κἀγὼ μετὰ τοὺς ἄλλους*, ego quoque post reliquos.

Pag. 42. 6. *ἂν ἕκαστος ὑμῶν — πᾶσαν ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν ἕτοιμος [πράττειν] ὑπάρξῃ ὁ μὲν χρήματ' ἔχων εἰσφέρειν, ὁ δ' ἐν ἡλικίᾳ στρατεύεσθαι.* In uno libro *πράττειν* a prima manu omissum est. Sensit, credo, corrector aliquis acutior molestum et importunum *πράττειν* delendum esse et coniunxisse Demosthenem *ἕτοιμος — εἰσφέρειν — στρατεύεσθαι*, quae mihi quidem verissima videtur animadversio: *πράττειν* enim neque loci sententiae aptum est neque in *εἰσφέρειν* et *στρατεύεσθαι* dividi potest.

Movet mihi suspicionem quod illis interpositum est pag. 42. 10. *συνελόντι δ' [ἁπλῶς] ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι καὶ παύσησθε αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκαστος ποιήσειν ἐλπίζων, τὸν δὲ πλησίον πάνθ' ὑπὲρ αὐτοῦ πράξειν.* Primum *ἁπλῶς* nollem additum: omnia sunt in *συνελόντι δέ.* Dicebant *συνελὼν λέγω*, *ὡς συνελόντι δ' εἰπεῖν*, *συνελόντι δέ*, ubi quis omnia *paucis complectitur*, et de tota re *paucis absolvit*, in quo *brevitatis* notio, non *simplicitatis*, continetur. Duplex est in libris formulae paullo rarioris interpolatio: alii *συνελόντι δ' ἁπλῶς* exhibent, alii *συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν.* Repudiatum est iure *εἰπεῖν* sed *ἁπλῶς* simul erat repudiandum. Praeterea quibus de causis supra pro *χρήσησθε* videbatur *χρῆσθαι* esse reponendum, iisdem h. l. requiritur *καὶ παύσ*ΑΣΘΑΙ pro *καὶ παύσησθε.* Haec igitur Demosthenes

dixerat: *ἣν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι καὶ παύσασθαι αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἕκαςος ποιήσειν ἐλπίζων, τὸν δὲ πλησίον πάνθ' ὑπὲρ αὐτοῦ πράξειν.*

Pag. 42. 16. *ἀλλὰ καὶ μισεῖ τις ἐκεῖνον — καὶ τῶν πάνυ νῦν δοκούντων οἰκείως ἔχειν [αὐτῷ].* *Οἰκείως ἔχειν* ut *φίλον εἶναι* duplicem habet significandi potestatem: est enim promiscue aut *φιλεῖν* aut *φιλεῖσθαι.* Hoc loco manifesto significat *τῶν δοκούντων φιλεῖν αὐτόν*: alibi saepe perspicuum est pro *φιλεῖσθαι* positum esse, ut apud Theophrastum *Charactt.* 23. *δεινὸς λέγειν ὡς μετ' Ἀλεξάνδρου ἐςρατεύσατο καὶ οἰκείως αὐτῷ εἶχεν*, nam sic alibi ostendimus legendum pro *καὶ ὡς αὐτῷ εἶχεν*, quod in hominem gloriosum et *ἀλαζόνα* non convenit.

Deinde cum Codice S. inutile et languidum *αὐτῷ* expelle.

Misere corruptus et interpolatus est locus pag. 43. 17. *εἴ τι πάθοι (ὁ Φίλιππος) καὶ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελούμεθα [καὶ τοῦτ' ἐξεργάσαιτο], ἴσθ' ὅτι πλησίον μὲν ὄντες κτέ.* Plane assentior Dindorfio existimanti *καὶ τοῦτ' ἐξεργάσαιτο* esse *„additamentum interpretis parum subtiliter excogitatum"*. Coniuncta olim fuerunt: *εἰ τὰ τῆς τύχης ἡμῖν ὑπάρξαι, ἴσθ' ὅτι*, caetera sunt *διὰ μέσου* posita. In his autem violata est certa lex sermonis, quae in huiuscemodi ellipsi ex ipsa rei natura observari debet. Post *ἢ ἡμεῖς* verbum omittitur, post *ἥπερ* nullo modo. Itaque ex *ἐπιμελεῖται ἐπιμελούμεθα* cogitando suppleri poterit, non contra. Potuit igitur Orator ita dixisse: *ἥπερ ἀεὶ βέλτιον ἡμῶν, ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν, ἐπιμελεῖται.* Accessit deinde ad haec aliquis eorum qui *ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελεῖται* coniunxit et, si Musis placet, *ἐπιμελούμεθα correxit* scilicet.

Utiliter comparari poterit locus pag. 294. 8. *σὺ δὲ — ὅπερ ἂν ὁ φαυλότατος καὶ δυσμενέςατος ἄνθρωπος τῇ πόλει τοῦτο πεποιηκὼς ἐξήτασαι.* Sic recte S. In multis aliis ellipsis de scioli coniectura sic expleta est: *ὅπερ ἂν — ἄνθρωπος [ποιήσειε] τῇ πόλει.*

Pag. 44. 17. *πρῶτον μὲν — τριήρεις πεντήκοντα παρασκευάσασθαι φημὶ δεῖν — πρὸς δὲ τούτοις — πλοῖα ἱκανὰ εὐτρεπίσαι*

[κελεύω]. Non est aliud emblematis genus frequentius quam κελεύω, κελεύει, κελεύων, sicubi est artificiosior et paullo longius protracta verborum compositio. In rapida Atheniensium oratione et προφορᾷ continuo apparebat εὐτρεπίσαι quoque ex φημὶ δεῖν esse suspensum. Aliter haec magistelli legebant.

Pag. 46. 8. ὅπως ἀσφαλῶς ἡ δύναμις πλέῃ. Non sic solet Demosthenes, sed aut ὅπως πλεύσεται, aut ὅπως ἌΝ πλέῃ, quod reponendum.

Quo emendatior Demosthenis textus coniuncta Criticorum opera factus est, eo magis apparet ὅπως et ὅπως μή cum futuro tempore olim fere constanter compositum fuisse eodemque sensu cum coniunctivo ὅπως ἄν construi esse solitum. Incredibilis est in ea re scribarum et correctorum socordia, qui etiam in antiquissimis et fidelissimis testibus sexcentis locis mutata vocali futuri temporis formas *etiam cum foedo barbarismo* in coniunctivos converterunt.

Dabo pauca exempla ex Codice S in quo legitur pag. 28. 6. ὅπως μὴ πεισώμεθα, pag. 60. 19. ὅπως μὴ προαξώμεθα. pag. 124. 10. ὅπως μὴ κινήσηται. pag. 1428. 6. ὅπως μὴ — μάχησθε καὶ — ἕξητε, et sine barbarismo sed σολοίκως pag. 103. 1. δέδοιχ' ὅπως μήποθ' ἡγήσησθε. pag. 130. 13. δέδοικα ὅπως μὴ — γένηται. pag. 194. 13. ὅπως καταλύσωσι τὸν δῆμον. pag. 9. 17. ὅπως βοηθήσητε. pag. 29. 2. ὅπως σώσωμεν. pag. 130. 11. ὅπως μὴ — ποιήσῃ. pag. 125. 10. ὅπως μὴ δουλεύσωσιν. pag. 128. 24. ὅπως μὴ ἀνατρέψῃ. et pag. 45. 20. ὅπως μὴ ποιήσητε.

Non minus vitiosum est εἰ et εἰ μή cum *coniunctivo* compositum.

Legitur tamen in S pag. 16. 2. εἰ μὴ πράξηι. pag. 29. 11. εἰ γὰρ μὴ βοηθήσητε. pag. 52. 22. εἰ μή τις κωλύσηι, et aliis locis.

Edebatur pag. 61. 17. τί οὖν ἡγοῦμαι φοβερόν; — ὅπως μὴ κοινὴν πρόφασιν ὁ πόλεμος λάβῃ. Dicebant autem Athenienses: φοβοῦμαι μὴ λάβῃ. Opem tulit S rectissime ὅπως omittens, et omnino φοβοῦμαι μή cum aoristo coniunctivi longe est usitatissimum.

Pag. 54. 12. *οὐ μέντοι* ΓΕ *μὰ Δί' οὕτω προαιρεῖσθαι πράττειν.* Boni scriptores haec ita formare solent *οὐ μέντοι μὰ Δί' οὕτω* ΓΕ. sed turbant in his librarii. Sic pag. 187. 13. *μάλιστα μὲν — εἰ δὲ μὴ* ΓΕ *τῶν ὑπαρχόντων* corrige: *εἰ δὲ μὴ τῶν* ΓΕ *ὑπαρχόντων.* Pag. 1195. 12. editur: *οὐ μέντοι* Γ' *οὐδὲ τοῦτο ἔφασαν,* sed S verum servavit: *οὐ μέντοι οὐδὲ τοῦτό* Γ' *ἔφασαν.*

Eadem est ratio in *καίτοι — γε, καὶ μὴν — γε, οὐ μὴν — γε, ἀλλ' οὖν — γε,* in quibus et ipsis contra certum Veterum usum saepe peccatur.

Pag. 57. 15. *ἐκ δὲ τούτου συμβαίνει — τὰ* [*πράγματα* ΚΑΙ] *περὶ ὧν βουλεύεσθε ἐκφεύγειν ὑμᾶς.* Ecquid interest h. l. inter *τὰ πράγματα* et *περὶ ὧν βουλεύεσθε*? Nihil prorsus. Non credo esse satis importunum *καί* delere sed eadem opera Atticum dicendi genus saepissime a scribis indoctis obliteratum Demostheni reddi oportere scribendo: *τὰ περὶ ὧν βουλεύεσθε.* Memorabile exemplum est pag. 50. 24. *ἐν ὅσῳ ταῦτα μέλλεται προαπόλωλεν ἐφ' ἃ ἂν ἐκπλέωμεν.* Sic libri omnes: solus S salutem attulit: *προαπόλωλε* ΤΟ *ἐφ' ὃ ἂν ἐκπλέωμεν.* Multos ad Hyperidis *λόγον ἐπιτάφιον* locos eo vitio affectos indicavimus, plures alii corrigendi supersunt, de quibus infra dicemus.

Pag. 58. 16. *κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν — τὰ παρ' ὑμῖν* [*διοικοῦντα*] *Φιλίππῳ* [*καὶ*] *πρυτανεύοντα.* Demosthenes dixerat: *τὰ παρ' ὑμῖν Φιλίππῳ πρυτανεύοντα.* Inspice Harpocrationem v. *Πρυτανεύοντα*: — *ἀντὶ τοῦ διοικοῦντα. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς*, quae ad nostrum locum pertinent. Viden' quid in suis libris Harpocration repererit?

Pag. 59. 4. (Neoptolemus histrio) *ἐπειδὴ διὰ τὴν εἰρήνην ἀδείας ἔτυχεν ἣν ἐνθάδε ἐκέκτητο οὐσίαν φανερὰν ταύτην ἐξαργυρίσας πρὸς ἐκεῖνον* (Philippum) *ἀπ*ΑΓΩΝ *οἴχεται.* Ἀπάγων quid? An *τὴν φανερὰν οὐσίαν*? Absurdum hoc quidem est. Simplicissima correctione reponendum *πρὸς ἐκεῖνον* ἈΠΙΩΝ *οἴχεται.* *Οἴχομαι ἀπιών* passim legitur, veluti apud Demosthenem pag. 81. 22. *σιωπῇ ἀπιόντες ᾤχοντο.* pag. 246. 18. *ᾤχετ' ἀπιών,* et alibi.

Pag. 60. 15. *ἀλλ' ὁποία τίς ποτ' ἐςὶν αὕτη (ἡ εἰρήνη) μὴ γενέσθαι μᾶλλον εἶχε τοῖς πράγμασι καιρὸν ἢ γεγενημέν*Η Νῦν *δι' ὑμᾶς λυθῆναι.* Diserte in S scriptum *γεγενημέν*Η, sed clamat compositio loci *γεγενημέν*ΗΝ scribi oportere. Ut enim manifestum est in *μὴ γενέσθαι* cogitando supplendum esse *τὴν εἰρήνην*, eadem plane ratio est verborum *ἢ γεγενημέν*ΗΝ *λυθῆναι.* Mendum ortum ex vetere scriptura *γεγεν*ΗΜЄΝΗ̄ΝΥΝ.

Pag. 61. 17. *τί οὖν ἡγοῦμαι Φοβερόν; — [ὅπως] μὴ κοινὴν πρόΦασιν — ὁ μέλλων πόλεμος λάβῃ.* S omittit *ὅπως*. *Quid refert?* dixerit aliquis, et Editores *ὅπως* retinuerunt. Perperam, ut mihi quidem videtur. Nempe apud Demosthenem *ὅπως* et *ὅπως μή*, ut supra vidimus, cum *futuro* componitur, et post verba *metuendi* aut *μή* cum *coniunctivo* aut *ὅπως μή* cum *futuro* construitur. Titubant in ea re perpetuo librarii, etiam cum barbarismo scribentes *ὅπως μὴ πεισώμεθα*, aut *ὅπως μὴ προαξώμεθα*, aut similia, ut supra ostendimus. Magnus est locorum numerus ubi *ὅπως* et *ὅπως μή*, suum futurum recuperarunt, sed multi supersunt emendatione eadem indigentes.

Pag. 62. 2. *Φοβοῦμαι μὴ πάντες περὶ τῶν ἰδίων ἕκας*ΟϹ *ὀργιζόμεν*ΟϹ *κοινὸν ἐΦ' ἡμᾶς ἀγάγωσι τὸν πόλεμον.* Sic Dindorf. edidit ex melioribus libris. In caeteris est *ἕκας*ΟϹ *ὀργιζόμεν*ΟΙ, in quo latet vera lectio *ἕκας*ΟΙ *ὀργιζόμεν*ΟΙ. De *singulis hominibus* *ἕκαςος* dicitur, ut in Aristophanis *Pluto* vs. 785. quo loco Dindorfius utitur:

Φλῶσι τἀντικνήμια
ἐνδεικνύμενος ἕκαςος εὔνοιάν τινα.

Sed de *civitatibus* aut *populis* *ἕκαςοι* et *οὐδένες* necesse est dici. Mirantur haec Graeculi et singularem numerum suo Marte reponunt.

Pag. 63. 8. *ἀλλ'* ʹΩϹ *οὔτε πράξομεν οὐδὲν ἀνάξιον ἡμῶν αὐτῶν οὔτ' ἔςαι πόλεμος — τοῦτ' οἶμαι δεῖν ποιεῖν.* Agnoscam Atticam dicendi consuetudinem, ubi pro *ὡς* repositum erit ʹΟΠ*ως*.

Pag. 63. 10. *πρὸς δὲ τοὺς θρασέως ὁ τ ι ο ῦ ν οἰομένους ὑπομένειν δεῖν*, Demosthenes, ut docet loci sententia, plane contrarium

dixit: *θρασέως* OTΔ*οτιοῦν* — *ὑπομένειν*. Est enim nova et inaudita *θρασύτης*, si quis *ὁτιοῦν ὑπομένειν* *quodlibet ferre et pati* putat oportere.

Pag. 68. 16. (Philippus) *ἀκούει τοὺς ὑμετέρους προγόνους – τὴν χώραν ἐκλιπεῖν προελομένους καὶ παθεῖν ὁτιοῦν ὑπομείναντας καὶ μετὰ ταῦτα πράξαντας ταῦθ', ἃ πάντες μὲν ἀεὶ γλίχονται λέγειν, ἀξίως δ' οὐδεὶς εἰπεῖν δεδύνηται, διόπερ κἀγὼ παραλείψω.* Haec sunt Demosthenis. Postea adscripsit nescio quis: *δικαίως· ἔστι γὰρ μείζω τἀκείνων ἔργα ἢ ὡς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι*, in quibus *δικαίως* vitiose dictum est pro *εἰκότως*, et aliena est observatiunculae sedes, quae post *εἰπεῖν δεδύνηται* utcumque ferri poterat.

Pag. 70. 13. *εὖ φρονεῖν δ' ὑμᾶς ὑπολαμβάνων δικαίως ἂν αὐτὸν μισεῖν νομίζοι καὶ παρώξυνται πείσεσθαί τι προσδοκῶν ἂν καιρὸν λάβητε.* Vera lectio est: *δικαίως αὐτὸν μισεῖν νομίζει*, ut recte legitur pag. 134. 27. ubi eadem hinc sumta repetuntur sed pro *νομίζει* scribitur *ἡγεῖται*. Praeterea 'AЄI excidit scribendumque aut *παρώξυντ*AI *ἀεὶ πείσεσθαί τι*, aut *παρώξυνται πείσεσθ*AI *ἀεί τι προσδοκῶν*.

Iterum *ἀεί* periit in vicinia pag. 70. 16. *ἐπὶ τῇ πόλει θεραπεύ*ЄI *τινὰς Θηβαίους καὶ Πελοποννησίων τοὺς ταὐτὰ βουλομένους τούτοις*, imo vero *θεραπεύ*ЄI 'AEI *τινας*, *Θηβαίους κτέ.* cf. pag. 153. 6. *φενακίζων ἀεί τινας*.

Pag. 71. 10. *τί δ' οἱ Θετταλοί; ἆρ' οἴεσθε, ἔφην, ὅτ' αὐτοῖς τοὺς τυράννους ἐξέβαλλε — προσδοκᾶν τὴν καθεστῶσαν νῦν* ΔЄΚΑ-*Δαρχίαν ἔσεσθαι παρ' αὐτοῖς*; Nulla umquam fuit in Thessalia *δεκαδαρχία* a Philippo instituta, sed *τετραρχία*. Demosthenes pag. 117. 24. *ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; οὐχὶ τὰς πολιτείας* [*καὶ τὰς πόλεις* del.] *αὐτῶν παρῄρηται καὶ τετραρχίας κατέστησεν ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις ἀλλὰ καὶ κατ' ἔθνη δουλεύωσιν*; Harpocration v. *Τετραρχία* enumeratis quatuor Thessaliae partibus addit: *ὅτι δὲ Φίλιππος καθ' ἑκάστην τούτων τῶν μοιρῶν ἄρχοντα κατέστησε δεδηλώκασιν ἄλλοι τε καὶ Θεόπομπος ἐν τῇ* ΜΔ.

Quod suspicantur Interpretes Demosthenem apud Messenios *invidioso nomine usum esse* et pro *τετραρχίαν* dixisse *δεκαδαρχίαν*,

quo non erat nomen aliud in Peloponneso odiosius propter iniquam dominationem Lacedaemoniorum, non magis est credibile quam quod fingunt iidem *singulis partibus singulos*, *toti Thessaliae Decemviros praefuisse*, quae res neque testem ullum habet et cum rei natura pugnare videtur. Subnata est mihi olim suspicio vetusto more Δ̄ΑΡΧΙΑΝ pro *τετραρχίαν* scriptum fuisse idque male nescio quem explevisse. Si mendum est, pervetustum est et Harpocrationi imposuit, qui ita scribit v. *Δεκαδαρχία*: — *Φίλιππος παρὰ Θετταλοῖς δεκαδαρχίαν οὐ κατέστησεν ὡς γέγραπται ἐν ἕκτῳ Φιλιππικῶν* (id est in hac secunda Philippica) *ἀλλὰ τετραρχίαν*. Haeret et ipse in scriptura corrupta. Quam sint antiqua in libris veterum vitia scribarum in Platone ostendimus et in Demosthene infra ostendemus.

Laborat Demosthenis sententia pag. 71. 16. *ὑμεῖς δὲ διδόντα μὲν καὶ ὑπισχνούμενον θεωρεῖτε Φίλιππον, ἐξηπατηκότα δ' ἤδη καὶ παρακεκρουσμένον ἀπεύχεσθε ἂν σωφρονῆτ' ἰδεῖν*. Sensu cassum est *τὸν Φίλιππον θεωρεῖν* sive *θεᾶσθαι* sic absolute positum, sed ipsa loci sententia et oppositio recta ducit ad verum: *διδόντα μὲν καὶ ὑπισχνούμενο*N 'ΗΔΕΩC 'ΟΡΑΤΕ, cui respondet in sqq. *ἐξηπατηκότα* ΔΕ — *ἀπεύξεσθε ἂν σωφρονῆτε ἰδεῖν*. Nunc quidem, inquit, largientem et pollicitantem Philippum *libenter videtis*, sed, si sapitis, deprecabimini ne umquam eum videatis potitum iis quapropter nunc dolos et fallacias adversus vos struit. *Ἡδέως ὁρᾶν τινα* notum est ac frequens. Menander in *Monost.* 501.

τὸν εὐποροῦνθ' ἕκαστος ἡδέως ὁρᾷ.

Plautus *Menaechm.* III. 3. 17.

amabo, mi Menaechme, inaures da mihi,
ut te libenter videam, quum ad nos veneris.

Graece dixeris:

ἵν' ἡδέως ὁρῶ σε φοιτῶντ' ἐνθάδε.

Similiter *ὁρῶσι* in *θεωροῦσι* male conversum videbis pag. 247. 20. *ὑμῖν δὲ — ἐν πᾶσι καὶ λόγοις καὶ θεωρήμασι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ὑπομνήμαθ'* 'ΟΡΩCΙ, ubi solus S mendose exhibet: *ὑπόμνημα θεωροῦσι*, quod ob praecedens *θεωρήμασι* intolerabile est et ab omnibus reiectum.

In exitu loci scribendum: *ἀπεύξεσθε* pro *ἀπεύχεσθε*, quia *εἰ*

σωφρονεῖτε vel *ἂν σωφρονῆτε* suapte natura cum *futuro* componitur, ut in vicinia pag. 72. 20. *ὕϛερον βουλεύσεσθε, ἂν σωφρονῆτε*, et sexcenties alibi. cf. *Nov. Lectt.* pag. 523.

Evidens et perineptum emblema p. 77. 28. *τῶν διοικήσειν [μελλόντων] — ὑπεσχημένων*, omnium consensu Reiskius eiecit. Stipes non vidit *διοικήσειν ὑπεσχημένων* esse coniuncta et stulte inseruit quod in buccam venit *μελλόντων*. Omnes tamen libri et S hac macula infecti sunt.

Pag. 79. 20. *ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἦν ἡ Μακεδονία καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερον.* Lege 'ΥΦ' *ἡμῖν*. Passim haec praeter scriptoris sententiam scribae confundunt. Recte scribitur pag. 104. 17. *ὑφ' αὑτῷ*, et passim *ὑφ' αὑτῷ ποιεῖσθαι*. Peccatur eodem modo in S p. 147. 27. 'ΕΦ' *αὑτῷ ποιήσασθαι*, emendate caeteri 'ΥΦ' *αὑτῷ*.

Pag. 80. 23. *ταῦτ' οὖν οἴεσθ' ἂν Φίλιππον ἀξιῶσαι ὑμᾶς συγχωρῆσαι αὑτῷ εἰ μὴ ὑμῶν μὲν κατεφρόνει, οὓς δ' ἐνθάδε προῄρηται φίλους κεκτῆσθαι τούτοις* ΔΙ*επίϛευεν*; Mendosum est *διεπίϛευεν* et hoc loco et pag. 145. 2. *βασιλεὺς δὲ καθ' αὑτὸν μὲν ὁμοίως ἅπασιν ἄπιϛος ἦν, τοὺς δὲ κρατουμένους τῷ πολέμῳ προσλαμβάνων ἄχρι οὗ τοῖς ἑτέροις ἐξ ἴσου ποιήσ*ΑΙ Δ*Ιεπιϛεύετο, ἔπειτ' οὐχ ἧττον αὐτὸν ἐμίσουν οὓς σώσειε τῶν ὑπαρχόντων ἐχθρῶν ἐξ ἀρχῆς.* Ex Graeci sermonis analogia *διαπιϛεύω* plus est quam *πιϛεύω* notatque *certam* ac *perpetuam* fidem: *ὁ πιϛεύων habet fidem*, *ὁ διαπιϛεύων ad extremum* fidem servat: itaque absurdum est *μέχρι τινὸς* ΔΙΑ*πιϛεύειν* et inepte dicitur *ἄχρι οὗ τοῖς ἑτέροις ἐξ ἴσου ποιήσ*ΑΙ Δ*Ιεπιϛεύετο*, sed quis non statim videt *ἐπιϛεύετο* esse legendum et ΔΙ ex ΑΙ praecedente adhaesisse? In priore loco secundum Atticam compositionem ΔΕ in apodosi est duplicandum: *οὓς δ' ἐνθάδε προῄρηται φίλους κεκτῆσθαι τούτοις* Δ' *ἐπίϛευεν.* Subiiciam locos quosdam Demosthenis ubi haec dicendi consuetudo perspicue apparet: pag. 100. 21. (repetita 135. 17.) *τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν — τούτων* ΜΕΝ *ἐπιθυμεῖν.* pag. 113. 29. *οἳ ἐποίησαν μέν — τούτους* ΜΕΝ. pag. 217. 2. *ἂν μέν τι — τοῦτο* ΜΕΝ —, *ἐὰν δέ τι — τοῦτο* ΔΕ. pag. 1182. 17. *ἃ μὲν ὡμολόγησε — τούτων* ΜΕΝ *μηδ' ὁτιοῦν ποιεῖν.* pag. 90. 20. *ὅσα δέ — περὶ τούτων* ΔΕ. pag. 837. 17. *αὐτὴν δὲ τὴν*

διαθήκην — *ταύτην* ΔΕ. pag. 547. 4. *εἰ δέ τις* — *τούτῳ* ΔΕ. pag. 1178. 5. *ἃ δ' ἐγὼ ἐρῶ* — *ταῦτα* ΔΕ. pag. 1290. 6. *ὅταν δέ* — *τηνικαῦτα* ΔΕ. Hinc colliges excidisse *δέ* pag. 808. 1. *τοὺς δὲ τοὺς ὄντας νόμους εἰς τὴν τῶν ὥσπερ οὐκ ὄντων νόμων τάξιν ἄγοντας τούτους* (Δ') *ἀτιμωρήτους περιορᾶν*, et nostro loco unice verum esse: *οὓς Δ' ἐνθάδε προῄρηται φίλους κεκτῆσθαι, τούτοις Δ' ἐπίςευεν.*

Vides constantem hanc compositionis formam esse ubi praecedit relativum *ὃς δέ* — et sequitur demonstrativum *οὗτος* ΔΕ.

Inanis verbositas Attico oratore quolibet indigna onerat locum pag. 85. 6. *τοσαῦτα ὑμᾶς ἀγαθὰ ποιήσειν* (*ἔφη ὁ Φίλιππος*), *ἃ γράφειν ἂν ἤδη εἰ ᾔδει τὴν εἰρήνην ἐσομένην δῆλον ὡς προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων ὄντων τῶν ἀγαθῶν* [*ἃ ἐμέλλομεν πείσεσθαι τῆς εἰρήνης γενομένης*]. *γενομένης δὲ τῆς εἰρήνης ἃ μὲν ἡμεῖς ἐμέλλομεν ἀγαθὰ πείσεσθαι ἐκποδὼν κτέ.* Si quis haec non sentit inepte abundare, scire vellem an ipse sic orationem formaturus fuisset. Hegesippus, cuius haec oratio est, dixerat *parata scilicet* haec *bona fuisse* quum illa Philippus pollicitaretur.

Pag. 86. 28. *οὐ μόνον τὴν ἔξω Ἀγορᾶς χώραν σφετερίζεται ἀλλὰ καὶ πρὸς Καρδιανούς, οἳ οἰκοῦσιν εἴσω Ἀγορᾶς ἐπιςέλλει ἐν τῇ νῦν ἐπιςολῇ ὡς δεῖ ὑμᾶς διαδικάζεσθαι* [*πρὸς Καρδιανοὺς τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ ὑμετέρᾳ*] *εἴ τι πρὸς αὐτοὺς διαφέρεσθε.* Locus misere interpolatus. Non erat ambiguum quin *ἡ εἴσω Ἀγορᾶς Χερρόνησος* esset Atheniensium: Philippus autem *τὸν τόπον ἅπαντα τὸν ἔξω Ἀγορᾶς ὡς ἑαυτοῦ ὄντα καὶ ὑμῖν οὐδὲν προσήκοντα ἔδωκε καρποῦσθαι Ἀπολλωνίδῃ τῷ Καρδιανῷ.* Ergo reliqua pars interior Chersonesi sine controversia erat in ditione Atheniensium. Itaque *πρὸς Καρδιανοὺς οἳ οἰκοῦσιν εἴσω Ἀγορᾶς*, et *πρὸς Καρδιανοὺς τοὺς κατοικοῦντας ἐν τῇ ὑμετέρᾳ* est *prorsus idem* et ineptissime bis idem aliis verbis dicitur. Resecto scholio oratio recte procedit sic: *καὶ πρὸς Καρδιανούς, οἳ οἰκοῦσιν εἴσω Ἀγορᾶς, ἐπιςέλλει ὡς δεῖ ὑμᾶς δικάζεσθαι εἴ τι πρὸς αὐτοὺς διαφέρεσθε.*

Pag. 90. 8. *ὑμᾶς τοὺς πολλοὺς δεῖ πάντα τἄλλ' ἀΦΕΛΟΝτας ἃ τῇ πόλει νομίζετε συμφέρειν ταῦτα ψηφίζεσθαι.* Sunt quaedam

in S lectiones vitiosae, quae propter libri auctoritatem perperam receptae sunt, ut h. l. Requiritur ἀφέντας, *omissis caeteris omnibus*, et sic est in omnibus libris praeterquam in uno S, qui errore scribae ἀφελόντας exhibet.

Similiter pag. 92. 20. recte in omnibus scribitur τὰ παρελθόντα πράγματα ἅπαντ' ἀπόλωλΕΝ, editur nunc vitiose ex uno S ἀπολώλΕΚΕΝ.

Pag. 93. 14. οἴεσθε τοὺς Βυζαντίους μενεῖν ἐπὶ τῆς ἀνοίας τῆς αὐτῆς ὥσπερ νῦν καὶ οὔτε παρακαλΕCΕΙΝ ὑμᾶς οὔτε βοηθεῖν αὐτοῖς ἀξιώσειν. Vivo Demosthene παρακαλέσειν est forma *barbara:* καλῶ, ἐγκαλῶ, παρακαλῶ *futuri* formae sunt ut τελῶ, διατελῶ, γαμῶ. Eadem est Codicis S ratio atque reliquorum omnium. Ubi non statim apparet *futurum* esse, formae antiquae salvae sunt, ubi autem nulla est dubitatio quin sit futurum Graeculi suam συνήθειαν substituunt.

Revoca igitur παρακαλεῖν.

Pag. 93. 23. νὴ Δία κακοδαιμονοῦσι γὰρ ἄνθρωποι καὶ ὑπερβάλλουσιν ἀνοίᾳ. Demosthenes dederat κακοδαιμονΩσι γὰρ ἄνθρωποι. Κακοδαιμονᾶν enim dicuntur οὓς κακὸς δαίμων ἐλαύνει, ut κακοδαιμονία est *vecordia.* Eo sensu κακοδαιμονᾷς legitur in Aristophanis *Pluto* 372. et in Xenophontis *Memorabilibus* II. 1. 5. τοῦτο παντάπασι κακοδαιμονῶντός ἐστιν, et Dinarchus κατὰ Δημοσθένους § 91. εἰ ἔτι δεῖ τὴν πόλιν τῆς Δημοσθένους πονηρίας ἀπολαύειν, ἵνα πλέον κακοδαιμονῶμεν (οὐδὲ γὰρ ἔχω τί ἄλλο εἴπω). et κακοδαιμονία *vecordia* in *Pluto* 501.

τίς ἂν οὐχ ἡγοῖτ' εἶναι μανίαν κακοδαιμονίαν τ' ἔτι μᾶλλον.

Eodem sensu Demosthenes dixit pag. 23. 26. καίτοι ταῦτα καὶ εἰ μικρά τις ἡγεῖται μεγάλα δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης καὶ κακοδαιμονίας ἐστὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. et pag. 1435. 11. τὴν τούτων θρασύτητα καὶ κακοδαιμονίαν ἐπανορθοῦντες.

Pag. 99. 2. ὑμεῖς δ' οὐδὲ ταῦτ' ἀπελύσασθε, εἰ μηδὲν ἄλλο ἐβούλεσθε, ἀλλ' [εἰάκατε καὶ] ἀφέστατε δῆλον ὅτι αὐτῷ. In S legitur εἰάκατε ἀφέστατε omissa copula καί. Glossema est εἰάκατε ad ἀφέστατε olim adscriptum.

Post pauca pag. 99. 8. ἂν ταῦτα λέγωσι τί ἐροῦμεν [ἤ· τί

Φήσομεν]; Retineat inficetum additamentum is qui intelligit quid inter *ἐροῦμεν* et *Φήσομεν* intersit. Τί *ἐροῦμεν* noto usu est *τί πρὸς ταῦτα λέγειν ἕξομεν;*

Pag. 99. 15. *τί οὖν χρὴ ποιεῖν; — πρῶτον μὲν τοῦτο παρ' ὑμῖν αὐτοῖς βεβαίως γνῶναι ὅτι τῇ πόλει Φίλιππος πολεμεῖ καὶ τὴν εἰρήνην λέλυκε, καὶ παύσασθΕ περὶ τούτου κατηγοροῦντΕC ἀλλήλων.* Verum est *καὶ παύσασθ*AI *περὶ τούτου κατηγοροῦντ*AC *ἀλλήλων*, ut verborum compositio postulat. Tralaticio errore pro *παύσασθ*AI scriptum erat *παύσασθΕ*, deinde *correxit* aliquis *κατηγοροῦντΕC*.

Post pauca scribe *σκεψάσθ*ΩN pro *σκεψάσθ*ΩCAN, quae est forma Macedonica et a Demosthene et popularibus prorsus aliena.

Δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Δημοσθένης pag. 100. 12. *δεῖ ἐχθρὸν ὑπειληΦέναι τῆς πολιτείας [καὶ τῆς δημοκρατίας] ἀδιάλλακτον ἐκεῖνον.* Noto et frequenti usu *ἡ δημοκρατία* et apud alios et imprimis apud Demosthenem *ἡ πολιτεία* appellatur. Notavimus et antea.

Pag. 101. 5. *τὴν μὲν ὑπερβάλλουσαν καὶ ἀνήκεςον ῥᾳθυμίαν ἀποθέσθαι.* Vitiosum est *ἀνήκεςον*: quod vitium *insanabile* est id nemo deponere vel exuere umquam poterit. In S legitur *ἀνείκαςον* perinde mendose. Quid verum sit aut simile veri frustra quaero. Viderint alii.

Pag. 102. 14. *ἣν μὲν ἄν τις ἐλευθέρων ἀνθρώπων ἀνάγκην εἴποι οὐ μόνον ἤδη πάρεςιν, ἀλλὰ καὶ πάλαι παρελήλυθεν.* Insana haec oratio est. Recte dicitur pag. 241. 23. *καὶ γὰρ εἰ παρελήλυθεν ὁ τῶν πραγμάτων καιρὸς, ὁ τοῦ γε εἰδέναι τὰ τοιαῦτα καιρὸς ἀεὶ πάρεςι τοῖς γε σώΦροσιν.* Sed absurdum est dicere aliquid „*non solum adesse, sed etiam dudum praeteriisse.*" Mendosum est *παρελήλυθεν*, sed nihil excogitare possim quod et sententiae sit aptum nec multum a librorum scriptura discrepet.

Pag. 103. 18. *τί οὖν ποτ' ἐςὶ τὸ αἴτιον τὸ τὸν μὲν οὕτω Φανερῶς [ςρατεύοντα] ἀδικοῦντα [πόλεις καταλαμβάνοντα] μηδένα τούτων πώποτ' εἰπεῖν ὡς πόλεμον ποιεῖ;* Potestne fortasse aliqui

λάθρᾳ στρατεύειν vel urbes sic occupare *ut nemo sentiat?* Dixerat Demosthenes τὸν οὕτω φανερῶς ἀδικοῦντα, deinde quae essent illa ἀδικήματα adscripsit nescio quis στρατεύοντα, πόλεις καταλαμβάνοντα. Nempe falsarius, qui *Philippicam quartam* consarcinavit, haec ita formaverat pag. 146. 20. τί ποτ' οὖν — τὸν μὲν οὕτω φανερῶς ἀδικοῦντα καὶ πόλεις καταλαμβάνοντα οὐδεὶς πώποτε εἶπεν ὡς ἀδικεῖ καὶ πολεμοποιεῖ; Hac igitur contagione verus Demosthenes impletus est.

Pag. 107. 21. ἀλλὰ διαμένω λέγων ἐξ ὧν ἐγὼ μὲν πολλῶν ἐλάττων εἰμὶ παρ' ὑμῖν κτἑ. Nemo umquam Graecorum ita locutus est διαμένω λέγων. In S legitur: ἀλλὰ λέγων et in margine manu antiqua διατελῶ. Hoc verum et apud omnes usitatum est: ἀλλὰ διατελῶ λέγων. Nihil est in Attica tritius quam διατελῶ λέγων, πράττων, εὔνους ὤν et sim. Pag. 225. 2. ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, ipsa decreti verba Demosthenes posuit, quae diserte laudantur pag. 244. 12. τοῦ μὲν οὖν γράψαι „πράττοντα καὶ λέγοντα τὰ βέλτιστά με τῷ δήμῳ διατελεῖν" κτἑ.

Pag. 108. 21. εἰ δ' ὁ μὲν εἶπεν ὡς οἷόν τε [τὰ] ἄριστα. Non fert ὡς οἷόν τε additum articulum. Erat ΩCΟΙΟΝΤΑΡΙCΤΑ id est ὡς οἷόν τ' ἄριστα, unde proclivi errore vulgata nata est.

Resecanda censeo pag. 116. 28. verba [ποιεῖν ὅ τι βούλεσθε, S βούλοισθε] permoleste interposita et mendose repetita ex vs. 18. τὸ ποιεῖν ὅ τι βούλεται.

Pag. 117. 25. οὐχὶ τὰς πολιτείας [καὶ τὰς πόλεις] αὐτῶν παρῄρηται; Vetus est dittographia. Philippus in Thessalia τοὺς μὲν δήμους κατέλυσε, τὰς δὲ πόλεις οὐκ ἐποίησεν ἀναστάτους. Nota res est et continuo sequitur: ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις ἀλλὰ καὶ κατ' ἔθνη δουλεύωσιν. Iam olim οἱ εἰς τάχος γράφοντες πο͂ scribebant aut pro πόλις aut pro πολιτεία, unde haec sexcenties inter se praeter scriptoris sententiam confusa videmus. Audi Isocratem pag. 85. B. τοὺς μὲν ἄλλους ἑώρων τοὺς ἐνδόξους τῶν ἀνδρῶν ὑπὸ ΠΟΛΕCΙ καὶ νόμοις οἰκοῦντας καὶ οὐδὲν ἐξὸν αὐτοῖς ἄλλο πράττειν πλὴν τὸ προσταττόμενον. Si non intelligis

quid sit ὑπὸ πόλεσιν οἰκεῖν expediet te ipse Isocrates pag. 108. A. προσήκει — τοῖς ἐν ΠΟΛΙΤΕΙΑΙ καὶ νόμοις ἐνδεδεμένους ἐκείνην τὴν πόλιν στέργειν ἐν ᾗ τυγχάνουσι κατοικοῦντες.

Confunduntur πολιτείας et πόλεως pag. 174. 27. πολιτείᾳ et πόλει pag. 585. 25. et aliis locis.

Quod nemo mortalium ipse dixisset aequis animis omnes ferunt apud Demosthenem pag. 123. 10. καίτοι τὸν ἅπασιν ἀσελγῶς οὕτω χρώμενον TI οἴεσθε, ἐπειδὰν καθ' ἕνα ἡμῶν ἑκάστου κύριος γένηται, [τί] ποιήσειν; Sed non est haec eleganter composita periodus. Quanto numerosior accideret ad aures oratio sic concepta: τί ποιήσειν οἴεσθε, ἐπειδὰν — κύριος γένηται;

Pag. 125. 17. οὐ τοίνυν παρὰ τούτοις μόνON (sic S. caeteri μόνοις) τὸ ἔθος τοῦτο πάντα κακὰ εἰργάσατο, ἄλλοθι δ' οὐδαμοῦ. Demosthenis consuetudo postulat παρὰ τούτοις ΜΕΝ pro μόνον. Frequens admodum est apud Demosthenem et aequales haec componendi forma: καὶ οὐκ ἔγραψα ΜΕΝ οὐκ ἐπρέσβευσα ΔΕ.

Praeterea si quis hoc aget saepe videbit μέν et μόνον inter se permisceri. Pag. 174. 17. ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα ΜΟΝΟΝ τότ' εἶχε βέλτιον ἢ νῦν, τὰ δ' ἄλλα χεῖρον. pag. 614. 28. ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα ΜΕΝ τοιοῦτός ἐστιν — ἄλλα δ' ἔσθ' ἃ καλῶς διῴκηκεν. et pag. 755. 3. ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα ΜΟΝΟΝ τοιοῦτοι γεγόνασιν — ἄλλα δ' ἔσθ' ἃ καλῶς διῳκήκασιν. Viden μέν pro μόνον olim scriptum fuisse?

Pag. 127. 7. τί οὖν ποτ' αἴτιον — τὸ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους καὶ τοὺς Ἐρετριεῖς (scrib. Ἐρετριᾶς) καὶ τοὺς Ὠρείτας ἥδιον ΠΡΟΣ τοὺς ὑπὲρ Φιλίππου λέγοντας ἔχειν ἢ τοὺς ὑπὲρ αὑτῶν; Scribendum ἢ ΠΡΟΣ τοὺς ὑπὲρ αὑτῶν. Praepositionis πρός notum compendium in causa fuit cur saepius necessaria vocula omitteretur.

Multa huius rei exempla ante dedimus infra plura daturi.

Pag. 127. 25. post verba: ἐπειδὰν εἰδῆτε ἐκ λογισμοῦ μηδὲν ὑμῖν ἐνόν, manus recentior in margine Codicis S haec ex alio libro addidit: καὶ τοὺς εἰς ταῦθ' ὑπάγοντας ὑμᾶς ὁρῶν οὐκ ὀρρωδῶ ἀλλὰ δυσωποῦμαι· ἢ γὰρ ἐξεπίτηδες ἢ δι' ἄγνοιαν εἰς χαλεπὸν

πρᾶγμα ὑπάγουσι τὴν πόλιν. Summo iure Schaeferus statuit: „*pannum esse ab ineptissimo homine olim assutum purpurae oratoris*" Tamen constat haec olim ab Harpocratione apud Demosthenem lecta fuisse in v. *Δυσωποῦμαι: ἀντὶ τοῦ φοβοῦμαι Δημοσθένης Φιλιππικοῖς.* et in v. *Ὑπάγουσιν: ἀντὶ τοῦ προάγουσι Δημοσθένης Φιλιππικοῖς.* Nempe fallit opinio eos qui Harpocrationem multo melioribus libris quam nunc habemus usum esse putant. Pauca quaedam habet meliora nostris neque ea magni momenti. Ex libris Atticianis quae affert aut perexigui pretii sunt aut aperte mendosa. Saepe eum vitiosae lectiones in fraudem induxerunt et si quando Criticum agere vult turpiter se dare solet, ut v. *Ἀπρότων*, *Κλιμάζῃ* et alibi. Haec ipsa et multa his similia declarant quam mendosi libri veterum iam tunc circumferrentur, de qua re ad alium Demosthenis locum pluribus exponam.

Recte S omittit pag. 128. 15. *συμβάντος τινός.* Deinde supplendum: *ἔδει γὰρ τὸ καὶ τὸ ποιῆσαι καὶ τὸ* (ΚΑΙ ΤΟ) *μὴ ποιῆσαι.*

Pag. 128. 28. *τί ποιῶμεν; πάλαι τις ἡδέως* ἊΝ *ἴσως ἐρωτήσ*ΩΝ *κάθηται.* Gaudeo me Dindorfio probasse *ἐρωτήσ*ΑΣ verum esse. Ubi semel constiterit *ἡδέως ἂν ἐρωτήσω*, *ἡδέως ἂν πεύσομαι* aut simile quid pro *ἐρωτήσαιμι* vel *πυθοίμην* recte dici, tum demum librorum lectioni acquiescemus. Quod equidem numquam futurum esse satis scio.

Pag. 131. 2. *σπουδαῖα νομίζων — περὶ ὧν βουλεύεσθε*, rectius et verius (*τὰ*) *περὶ ὧν βουλεύεσθε.*

Rectissime legitur pag. 779. 3. *τοῖς ὧν ἀπέκτεινεν ὁ δῆμος τοὺς πατέρας*, sed in aliis locis haec dicendi forma periit, ut pag. 498. *μὴ πεποιηκότα* (ΤΑ add.) *ἐφ' οἷς εὕρετο.* et pag. 1123. 1. *ἀφῄρησαι τὴν σαυτοῦ πενθερὰν ταῦτα* (lege *τὰ*) *ἀφ' ὧν ἔζη.* et pag. 1127. 3. *ὅταν θαυμάζῃ τούτους* (leg. *τοὺς*) *ὑφ' ὧν αὐτῷ θαυμάζεσθαι προσῆκεν.* et pag. 1325. 5. *δείξειν ἐν ὑμῖν γεγενημένα περὶ ὧν ποιεῖται τὴν φάσιν.* Codices *τὰ γεγενημένα*, sed tu transpone *γεγενημένα τὰ περὶ ὧν κτέ.* vide supra ad pag. 57. 15. *τὰ περὶ ὧν βουλεύεσθε.*

Pag. 132. 24. τῷ τοὺς βουλομένους χρήματα λαμβάνειν ἔχειν τὸν δώσοντα. Humani quid passus est Dindorfius, qui nescio cuius infelicem coniecturam τοῖς βουλομένοις recepit in textum.

Pag. 134. 17. καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης τρόπον τινὰ νῦν ΓΕ ΔΗ ποιεῖ. In S legitur: νῦν γ' ἂ ν π ο ι ο ῖ. Descriptus locus est a falsario ex pag. 70. 3. καὶ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης τρόπον τιν' αὐτῷ νῦν ΓΕ ΔΗ συμβαίνει. Confusa sunt de more ἌΝ et ΔΗ et sic scriba ποιοῖ dedit pro ποιεῖ. Demosthenes ipse in eadem re dixit pag. 99. 28. καὶ τοῦτ' εἰκότως τρόπον τινὰ πράττει, ubi quod in nonnullis libris est τρόπον τινὰ ν ῦ ν γ ε δ ὴ πράττει, unde natum sit apparet.

Ostendimus iam ante in sqq. esse legendum πολὺν ἤδη χρόνον, et οἷς γὰρ οὖσιν ὑμετέροις ἔχει [χρῆσθαι] τούτοις κτέ. et οὐδ' ἂν ἐν Μακεδονίᾳ μένειν ἀσφαλῶς ἡγεῖτΑΙ.

Pag. 135. 2. ἐάν ποτε συμβῇ τι πταῖσμα (πολλὰ δ' ἂν γένοιτΟ ἀνθρώπῳ) κτέ. S γένοιτο τἀνθρώπωι. Supra pag. 100. 2. ἐάν ποτε συμβῇ τι πταῖσμα (ἃ πολλὰ γένοιτ' ἂν ἀνθρώπῳ). Utrobique scribendum: πταῖσμα (πολλὰ δ' ἂν γένοιτ' ἀνθρώπῳ). Non dicebant Oratores in tam rapido verborum flumine γένοιτο ἀνθρώπῳ, multo etiam minus οὐκ οἶδα ὅπως aut παρὰ 'Αλεξάνδρῳ, sed adhuc in his omnibus caecos duces scribas inepti sequimur. Saepissime autem in antiquo lectionis vitio craseos et elisionis impressa vestigia apparent.

Quo melius haec sentiantur Demosthenis lectoribus suaserim ut summum oratorem non taciti legant, sed alta voce pronuntient, namque sic fiet ut incalescentibus et συνενθουσιῶσιν ea omnia non dici, sed agi apud populum vel ad iudices videantur. Sic etiam optime apparebit quam rapido cursu concitata Attica oratio feratur, et quam ineptae sint χασμωδίαι ex libris invectae. Idem saepe colligas ex librorum scripturis inter se comparatis, cuius rei dabo unum exemplum. Editur pag. 300. 15. οὕτω σώφρονας παρέσχΕΤΕ ὑμᾶς αὐτούς, sed in libris est praeter S et Λ παρέσχεσθε. Nulla est dubitatio quin verum sit παρέχειν ἑαυτὸν σώφρονα, non παρέχεσθαι, sed in παρέσχΕCΘΕ ὑμᾶς latet vera scriptura παρέσχεΘ' ὑμᾶς.

Frequens hoc genus mendi est veluti pag. 72. 16. λήσεΘ' ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ubi S λήσεσθ'.

Pag. 274. 17. ἠδύναΘ' ὡς ἔοικεν. S ἠδύνασθ'.

Pag. 306. 8. προὐτίθεΘ' ὑμεῖς. S προὐτίθεσθ', alii προὐτίθετε.

Pag. 468. 10. ἐςήσαΘ' ὑμεῖς. A et F ἐςήσασθ'.

Pag. 778. 3. μόνοι δικάζεΘ' ἡμῖν. S δικάζεσθ'.

Ad hoc exemplum multa passim apud Demosthenem refingenda sunt; crases quoque veteres et certae revocandae, de quibus alibi dabitur dicendi locus.

Ex hac ipsa, quam praesertim iunioribus commendo, alta voce pronuntiandi consuetudine auris exercetur et sentimus si quid in verborum molesta repetitione aut in aliena sede collocatione *sonet vitium*. Recita mihi locum pag. 200. 22. *ἀλλὰ γὰρ οὐχ ὅ τι τις κατηγορήσει τούτων ἢ τοῖς ἄλλοις ὑμῖν ἐπιπλήξει χαλεπὸν εὑρεῖν, ἀλλ' ἀφ' ὁποίων λόγων ἢ πράξεως [ποίας] ἐπανορθώσεταί τις ἃ νῦν οὐκ ὀρθῶς ἔχει [τοῦτ' ἔργον εὑρεῖν].* Auris admonet frigidum additamentum tolli oportere. Praeterea *ποίας* male pro *ὁποίας* dictum et prorsus inutile resecandum est.

Praeclarus est in hoc argumento locus apud Dionysium Halicarn., quem non gravabor iunioribus describere. Legitur in libro *de eloquentia Demosthenis* pag. 1021 Reisk. *ὅταν Δημοσθένους τινὰ λάβω λόγον ἐνθουσιῶ τε καὶ δεῦρο κἀκεῖσε ἄγομαι πάθος ἕτερον ἐξ ἑτέρου μεταλαμβάνων, ἀπιςῶν, ἀγωνιῶν, δεδιώς, καταφρονῶν, μισῶν, ἐλεῶν, εὐνοῶν, ὀργιζόμενος, φθονῶν, ἅπαντα τὰ πάθη μεταλαμβάνων ὅσα κρατεῖ ἀνθρωπίνης γνώμης.* et post pauca: *καὶ δή ποτε καὶ ἐνεθυμήθην τί ποτε τοὺς τότ' ἀνθρώπους ἀκούοντας αὐτοῦ λέγοντος ταῦτα πάσχειν εἰκὸς ἦν· ὅπου γὰρ ἡμεῖς οἱ τοσοῦτον ἀπηρτημένοι τοῖς χρόνοις καὶ οὐδὲν πρὸς τὰ πράγματα πεπονθότες οὕτως ὑπαγόμεθα καὶ κρατούμεθα καὶ ὅποι ποτ' ἂν ἡμᾶς ὁ λόγος ἄγῃ πορευόμεθα, πῶς τότε Ἀθηναῖοί τε καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες ἤγοντο ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐπὶ τῶν ἀληθινῶν τε καὶ ἰδίων ἀγώνων;* deinde de actione dicit et pronuntiatione: *οὐκ ἔνι τῷ βουλομένῳ ἐν ἡδονῇ ὡς ἀνάγνωσμα διελθεῖν τοὺς λόγους, ἀλλ' αὐτοὶ διδάσκουσι πῶς αὐτοὺς ὑποκρίνεσθαι δεῖ, νῦν μὲν εἰρωνευόμενον, νῦν δ' ἀγανακτοῦντα, νῦν δὲ νεμεσῶντα, δεδιττόμενον αὖ καὶ θεραπεύοντα καὶ νουθετοῦντα καὶ παρορμῶντα καὶ πάνθ' ἃ βούλεται ποιεῖν ἡ λέξις ἀποδεικνύμενον ἐπὶ τῆς προφορᾶς. εἰ δὴ τὸ διὰ τοσούτων (ἐτῶν* add.) *ἐγκαταμιγνύμενον τοῖς βιβλίοις πνεῦμα*

τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει, ἥπου τότε ὑπερφυές τι καὶ δεινὸν χρῆμα ἦν ἐπὶ τῶν ἐκείνου λόγων. nec minus egregie in eandem sententiam pag. 1118. *αὐτὴ γὰρ ἡ λέξις διδάσκει τοὺς ἔχοντας ψυχὴν εὐκίνητον μεθ' οἵας τῆς ὑποκρίσεως ἐκφέρεσθαι δεήσει*, et allatis exemplis exclamat pag. 1121. *ταῦτα οὐ καταβοᾷ* (leg. *οὐκ αὐτὰ βοᾷ*) *πῶς αὐτὰ δεῖ λέγεσθαι μόνον οὐ φωνὴν ἀφιέντα*; et inflammato animo locum his verbis concludit: *οὐκ ἔνεστιν ἀλόγου ζῴου ψυχὴν ἔχοντα, μᾶλλον δὲ λίθου φύσιν νωθρὰν ἀναίσθητον ἀκίνητον ἀπαθῆ, τὴν Δημοσθένους προφέρεσθαι λέξιν.* Sic igitur legendus est Demosthenes *ὅστις ἔχει ψυχὴν εὐκίνητον* et quam vim id habeat ad interiorem Oratoris intelligentiam quis non videt?

Postquam haec Dionysius scripsit undeviginti saecula praeterierunt, et tamen haec veluti in nostra tempora scripta admirabundi legimus.

Pag. 138. 27. *οὐ μὴν ἀλλ' ἔχει τινὰ πρόφασιν.* Revoca ex omnibus libris praeter unum S *ἔχει* ΓЄ *τινα.* Saepe vidi in S necessarium *γε* nescio quomodo intercidisse. Ex multis locis pauculos indicabo. Vid. pag. 602. 26, 605. 6, 613. 10, 685. 27. Satis autem inter omnes constat *καίτοι -γε, καὶ μὴν -γε, οὐ μὴν -γε, ἀλλ' οὖν -γε* constanter dici solere, sed saepius in libris *γε* aut transponitur aut plane omittitur.

Pag. 142. 9. *τοὺς μὲν τοίνυν εὐπόρους - οὐ μόνον ἡγοῦμαι τὰ δίκαια ποιεῖν* [*ἂν*], *ἀλλὰ καὶ τὰ λυσιτελῆ.* Voculam *ἄν* alieno loco positam S omittit. Emenda *τὰ δίκαι' ἌΝ ποιεῖν.* Scribebatur ΤΑΔΙΚΑΙΑΠΟΙЄΙΝ. Saepe *ἄν* excidit, saepe a correctore e fuga retrahitur, sed recipitur fere in alienam sedem. Pag. 136. 11. in libris est: *οὐκ ἀνηρπασμένος ἂν ἦν ὁ γράψας*; Recte S: *οὐκ ἂν ἀνηρπασμένος ἦν*, nam *οὐκ* voculam *ἄν* trahit ad sese. Pag. 130. 16. *οἴομαι καὶ νῦν ἔτι ἐπανορθωθῆναι* [*ἂν*] *τὰ πράγματα.* Leg. *κἂν νῦν ἔτι* deleto sq. *ἄν.*

Pag. 362. 23. *πῶς γὰρ οὐχ οὗτοι τοιοῦτοι δικαίως ὑποληφθεῖεν ἄν*; Repone: *πῶς γὰρ ἂν — ὑποληφθεῖεν*; nam *γάρ* quoque voculae *ἄν* est *ἐφελκτικόν.* Eadem est ratio in *κἄν* (*καὶ ἄν*), quod saepe vitiari solet, ut pag. 593. 10. *ἃ καὶ λέγειν ἂν ὀκνήσειέ τις*, pro *ἃ κἂν λέγειν ὀκνήσειέ τις.*

Pag. 147. 1. ἐὰν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν [ἐκ μιᾶς γνώμης] Φίλιππον ἀμύνησθε, manifestum et putidum emblema tandem aliquando expellamus. Satis notum et frequens est ὁμοθυμαδόν, ut tali additamento carere possit. pag. 188. 18. εἰ ὁμοθυμαδὸν ἦν μετὰ πάντων ἐπιθέσθαι μόνῳ.

Video Dindorfium quoque in minore editione glossema expunxisse.

Pag. 153. 21. οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν σατράπαι – ξένους [μισθοφόρους] εἰσπέμψαντες ἐκώλυσαν ἐκπολιορκηθῆναι Πέρινθον. *Milites mercede conductos* Athenienses non μισθοφόρους appellant, sed blandiore et honestiore nomine ξένους, unde ξενολογεῖν, ξεναγεῖν, ξεναγοί dicuntur.

Multis locis scioli ubi eo sensu ξένοι commemorantur suum μισθοφόροι adscribunt, quod quia omnes ξένοι sunt μισθοφόροι vitiose abundat.

Pag. 155. 12. τῶν μὲν πολλῶν ἐὰν ἁμάρτῃ τις ζημίΑC κατὰ τὴν ἀξίαν εἴληφεν. Sic S pro ζημίαν. Incongruum est perfectum εἴληφεν neque recte habet ζημίαν λαμβάνειν pro ζημιοῦσθαι. Suspicor olim fuisse ζημίας κατὰ τὴν ἀξίαν ἜΤΥΧΕΝ, deinde quum ἔτυχεν expalluisset aut alia qua de causa non satis commode legi posset, a correctore ΕἴληφΕΝ esse suppletum.

Ζημίας ἔτυχεν est ἐζημιώθη, ut passim τυγχάνειν ponitur in verbi passivi periphrasi. sic *laudari*, ἐπαινεῖσθαι, dicitur ἐπαίνου τυγχάνειν, *vituperari*, ψέγεσθαι, ψόγου τυγχάνειν, et sic τιμῆς τυγχάνειν, συγγνώμης τυγχάνειν, et multa similia dicuntur.

Pag. 156. 20. πλείους ἀφορμὰς πρὸς τὴν τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχομεν. Solent Athenienses constanter τὴν ΠΑΡΑ τῶν θεῶν εὔνοιαν vocare, ut infra ostendemus. Recte legitur pag. 24. 20. unde haec sumta sunt: πολὺ γὰρ πλείους ἀφορμὰς εἰς τὸ τὴν παρὰ τῶν θεῶν εὔνοιαν ἔχειν ὁρῶ ὑμῖν οὔσας (non ἐνούσας) ἢ ἐκείνῳ.

Pag. 179. 15. ὁ μὲν — χρήματα δώσει τισὶν αὐτῶν καὶ φιλίαν προτενεῖΤΑΙ, requiro προτενεῖ, ut προτείνειν τὴν χεῖρα, τὴν δεξιάν et similia dicuntur, et προτείνειν πίστιν pag. 659. 8. cf. *Nov. Lectt.* pag. 601. Non differunt significatione προτείνειν et προβάλλειν, ut in γρῖφον προβάλλειν sive προτείνειν. Idem men-

dum, quod in *προτενεῖται*, commissum erat pag. 112. 27. in *προβάλλεται*. In omnibus libris est: *τοὔνομα μὲν τὸ τῆς εἰρήνης ὑμῖν προβάλλεΤΑΙ*, sed S servavit genuinum *προβάλλει*.

Pag. 171. 20. *δοῦλοι τῆς ἐπὶ τῷ χειροτονεῖσθαι χάριτος περιέρχονται ΤΕΛΕΣθῆναι ϛρατηγὸς ἕκαϛος σπουδάζων*. Absurdum esse *τελεσθῆναι* pro *αἱρεθῆναι*, et id ipsum ex constanti omnium usu restitui oportere supra monuimus. Natum est mendum ex vitiosa sequiorum *συνηθείᾳ*, qui *τελεῖν* pro *creare* usurpabant. Libanius in declamatione nuper edita (*Hermes*. 1874. pag. 39. 18.): *ἄλλους τελοῦντες ἄρχοντας, οὓς χειροτονητοὺς καλοῦμεν*, ubi veteres dixissent *αἱρούμενοι*, ut Eupolis noto loco:

ὥϛ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν, νυνὶ δ' ὅποι τύχοιμεν
ϛρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα ϛρατηγούς.

Pag. 187. 9. *οὐ μὴν οὐδ' ἐκείνῳ* (*regi Persarum*) *συμφέρει ξένΟΥΣ κρατῆσαι τῶν Ἑλλήνων*. Optime Dobraeus *ξένΟΙΣ*. Res est perspicua: *αὐτὸς γὰρ ὁ βασιλεὺς κρατεῖ ξένοις χρώμενος*.

Pag. 189. 6. *νῦν δὲ — εὔχεσθε πᾶσι τοῖς θεοῖς τὴν αὐτὴν λαβεῖν παράνοιαν ἐκεῖνον* (*regem Persarum*) *ἭΝπερ τοὺς προγόνους αὐτοῦ*. Legendum *Ἥπερ*. Dicebant enim *παράνοια λαμβάνει τινά*, ut *φόβος*, *ὑποψία*, *ὕπνος* (et alia sexcenta) *με λαμβάνει*, et in Spartanorum diris: *οἰκοδομά σε λάβοι καὶ ἵππος* Precabantur igitur sic Athenienses: *ἡ αὐτὴ παράνοια λάβοι ἐκεῖνον, ἥπερ καὶ τοὺς προγόνους αὐτοῦ*. Quae quum in orationem indirectam convertuntur exit illa forma quam reposuimus.

Mirabar mendum apertum tandiu latere potuisse. Nunc apud Dobraeum video: „*malim ἥπερ*. R(icardus) P(orson)." Grati accipimus.

Pag. 191. 12. *φανήσεται δ' ὁ μὲν πρυτανεύσας ταῦτα* [*καὶ πείσας*] *Μαύσωλος φίλος εἶναι φάσκων Ῥοδίων τὴν ἐλευθερίαν αὐτῶν ἀφῃρημένος*. Vitiose et inepte abundant verba *καὶ πείσας*. Omnia sunt in *πρυτανεύσας*, quod quum esset eo sensu antiquum et rarum, ut supra pag. 58. 16. ad *πρυτανεύοντα* addiderunt *διοικοῦντα καί*, sic h. l. ad *πρυτανεύσας* apposuerunt *καὶ πείσας*.

Nunc quoque *πρυτανεύσας* idem fere est quod *διοικήσας*, in quo notio *τοῦ πείσας* iam inest.

Pag. 202. 16. *ἐὰν τὰ μεταξύ τις ἐγχειρῇ λέγειν* ΚΑΙ *ὑμεῖς μὴ περιμένητε μαθεῖν*, pro *καί* in *Prooemiis* pag. 1424. 7. (ubi hic locus describitur) S exhibet *κατα*, caeteri *καὶ ταῦθ'*. Bekker. et Dindorf. *κᾆτα ὑμεῖς* dederunt, orator ipse *κᾆθ' ὑμεῖς*. ΚΑΙΘΥΜΕΙС facillime sic corrumpi potuit.

Pag. 208. 7. *ἔςι γάρ, ἔςι Θηβαίους ταπεινοὺς ποιεῖν ἄνευ τοῦ Λακεδαιμονίους ἰσχυροὺς καθιςάναι καὶ πολύ γε ῥᾷ*ΟΝ· *ὡς δ' ἐγὼ πειράσομαι πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν.* Legendum: — *ῥᾷον·* Ὅ*Πως δέ*. Sic enim pro *ὅντινα δὲ τρόπον* omnibus usitatum est dicere, non *ὡς δέ*. Cf. pag. 31. 8. *τὸ δὲ* ὍΠΩC *τοῦτο λέγε*.

Pag. 216. 11. (Alexander) *ἄλλους τε ἑτέρω*ΘΙ *καὶ τὸν παιδοτρίβην εἰς Σικυῶνα κατήγαγεν.* Necessarium est *ἑτέρω*CΕ.

Pag. 217. 4. *οὐδεὶς ὑμῖν ἐγκαλέσει*, sero nata forma in Atticam *ἐγκαλεῖ* convertenda est.

Pag. 219. 22. *ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμολογίαις διειρημέν*ΟΥ *μηδὲν τοιοῦτον εἰσδέχεσθαι.* manifestum vitium in omnibus libris circumfertur pro *διειρημέν*ΟΝ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ СΤΕΦΑΝΟΥ.

Pag. 227. 15. *Σόλων εὔνους ὢν ὑμῖν καὶ δημοτικὸς οὐ μόνον τῷ γράψαι κυρίους (τοὺς νόμους) ᾤετο δεῖν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς δικάζοντας [ὑμᾶς] ὀμωμοκέναι. οὐκ ἀπιςῶν ὑμῖν κτέ.* Rectissime S molestum *ὑμᾶς* omittit. Generalis est sententia: *omnes* iudices iuratos esse Solon voluit. Et est ingrata pronominis repetitio *ὑμῖν, ὑμᾶς, ὑμῖν*.

Pag. 229. 6. *τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ [καὶ δεινὰ] καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι διδόασι τιμωρίας.* Spuria sunt verba *τὰ δεινά* et optime in Cod. S omissa. *Atrocia* esse crimina in se coniecta aliquanto melius et acrius dixit in

sqq. *περὶ ὧν ἐνίων τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι διδόασι τιμωρίας.*

Pag. 229. 17. *οὖσί γε τηλικούτοις ἡλίκα νῦν ἐτραγῴδει [καὶ διεξῄει].* Tam acre verbum *τραγῳδεῖν* non fert iners et languidum *διεξιέναι* sibi superimpositum.

Contrario errore pag. 232. 22. in multis libris scriptum est: *ἡλίκην νυνὶ [ἐτραγῴδεις καὶ] διεξῄεις*, quod ex optimis est correctum.

Post pauca pag. 232. 25. Dobraeo obtemperandum est in verbis: *ἔστιν ὅπου σὺ – παρελθὼν ταῦτα ἃ νῦν κατηγορεῖς ἐδίδαξας [καὶ διεξῆλθες]*; summo iure frigidissimum *καὶ διεξῆλθες* expungenti.

Pag. 232. 4. *καὶ ταυτὶ πάνθ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκριβολογοῦμαι [καὶ διεξέρχομαι].* Aliquanto plus est ponderis in *ἀκριβολογεῖσθαι* quam in *διεξιέναι*, ut hoc quoque iners additamentum tollendum esse censeam.

Pag. 233. 21. *ἐγὼ μὲν τοίνυν ἔγραψα βουλεύων ἀποπλεῖν τὴν ταχίστην τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς ἂν ὄντα Φίλιππον πυνθάνωνται καὶ τοὺς ὅρκους ἀπολαμβάνειν.* deinde post pauca pag. 234. 8. *ἃ ἐγὼ προορώμενος τὸ ψήφισμα* ΤΟΥΤΟ *γράφω [πλεῖν ἐπὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς ἂν ᾖ Φίλιππος καὶ τοὺς ὅρκους τὴν ταχίστην ἀπολαμβάνειν] ἵν' ἐχόντων τῶν Θρᾳκῶν κτἑ.* Qui a Dobraeo admonitus non sentit haec interpolata esse, nihil facile sentiet *ἀναίσθητος ὤν.* Verba *τὸ ψήφισμα τοῦτο* significant *plebiscitum id quod modo dicebam*

In verbis interpolatis *τὴν ταχίστην* in alienam sedem aberravit: *πλεῖν τὴν ταχίστην* sanissimum est, sed *τοὺς ὅρκους τὴν ταχίστην ἀπολαμβάνειν* vitiose dicitur. Similiter optime habet *πλεῖν ἐπὶ τοὺς τόπους, ἐν οἷς ἂν ὄντα τὸν Φίλιππον πυνθάνωνται*, non *ἐν οἷς ἂν ᾖ*, quia incertus hic locus est. Contra *πλεῖν* apud interpolatorem melius est quam *ἀποπλεῖν. Πλεῖν* enim de *euntibus* et certum locum petentibus ponitur, *ἀποπλεῖν* de *abeuntibus* et locum aliquem relinquentibus. Rectissime de eadem re dicitur pag. 388. 5. *πλεῖν τὴν ταχίστην.*

Pag. 235. 23. *ἐξὸν ἡμερῶν δέκα*, ʽΟΜΟΙΩΣ *δὲ τριῶν ἢ τετ-*

τάρων, εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ἀφῖχθαι. Sic S sine sensu. In caeteris pro *ὁμοίως* est *μᾶλλον* levis magistri coniectura. Felici acumine verum repperit Herwerden emendans ΠΛΟΙΩΙ *δὲ τριῶν ἢ τεττάρων.*

Pag. 236. 10. *ὠνεῖται παρ' αὐτῶν ὅπως μὴ ἀπίΩμεν ἐκ Μακεδονίας.* Dixerat *ὅπως μὴ ἄπΙμεν*, sed Graeculi hanc futuri formam esse nescientes *correxerunt*. Alius, qui non concoquebat hoc de se ipso quoque Demosthenem dicere, temere substituit *ἀπίΩCIN* et mox *δεῦρ' ἀπαγγειλάντων* ΑΥΤΩΝ pro ἩΜΩΝ.

οὕτως αὐτοῖς ἀταλαιπώρως τὸ διορθῶσαι διέκειτο.

Idem vitium commissum pag. 634. 6. *εἰ μὲν ἐάσομεν —, εἰ δ' ἐπέξιμεν*, ubi alii *ἐπεξίωμεν* habent, et pag. 753. 2. *ὅπως — ἄδετοι περιίασιν*, alii *περιίωσιν*. Emendate pag. 583. 23. *ὅπως ἐπέξΕΙ τῷ μιαρῷ καὶ μὴ διαλύσει.*

Pag. 237. 9. *ἀκούσεσθε δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν οἷς μὲν ἐχθρὸς* ἭΚΕΙ *φίλον αὐτὸν γεγενημένον.* Clamat sententia verum esse ἭΚΕ, *quibus hostis* VENERAT *amicum eum esse factum.*

Non est in toto Demosthene putidius emblema quam pag. 239. 15. [*οὐ τούτοις τοῖς ῥήμασι γράψας, ταῦτα δὲ βουλόμενος δεικνύναι.*] Haeccine dici STATIM postquam Philippi epistolam recitari audissent, ad Athenienses, quos pag. 32. 22. *πάντων ὀξυτάτους γνῶναι τὰ ῥηθέντα* dicit fuisse.

Pag. 241. 1. *τῶν ἐν τῷ πολιτεύεσθαι δωροδοκούντων* [*καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασιν*]. Si legeretur *δωροδοκούντων καὶ δωροδοκούντων* ridiculum magis foret sed non minus ineptum quam quod nunc legitur. Qui haec addebant solebant ipsi *δωροδοκεῖν* dicere pro *δεκάζειν, χρήμασι διαφθείρειν.* Annotant igitur, sicubi *δωροδοκεῖν* antiquo sensu erat dictum, significare *χρήματα λαμβάνειν, διαφθείρεσθαι χρήμασι* vel etiam peius *ἐπὶ χρήμασιν.* Quis ferat, ut hoc utar, quod apud Dinarchum est *κατὰ Δημοσθένους* § 74. *ἐδωροδόκει* [*λαμβάνων χρήματα*] *παρὰ Φιλίππου Τιμόλαος*?

Pag. 247. 24. *τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας αὐτεπαγγέλτους*

[*ἐθελοντὰς*] *παραχωρῆσαι Φιλίππῳ.* Repone in margine. Acre et ardens *αὐτεπαγγέλτους* non fert languidum et iners *ἐθελοντάς* sibi additum. Olim Henricus Stephanus in Thes. L. G. v. *Αὐτεπάγγελτος* laudato loco Demosthenis „*mirum est* (inquit) *ἐθελοντάς addi, quum alioqui αὐτεπάγγελτος et ἐθελοντὴς idem sint; et suspectus esse potest locus.*" ad quem locum verissime adscripsit Ludovicus Dindorf. „*Libri Demosthenis* quum tot repleti sint impudentissimorum hominum additamentis, *rectissime St. significasse videtur delendum hic esse ἐθελοντάς. Qui certe copulam erat interpositurus, ut in similibus synonymis, de quibus Dionysius* de vi Dem. *c. ult.* p. 1127."

Dobraeus, quo nemo in hoc genere acutius cernit, hunc locum silentio transmisit.

Pag. 248. 18. *πόλεις Ἑλληνίδας* ἃΣ *μὲν ἀναιρῶν, εἰς* ἃΣ *δὲ τοὺς φυγάδας κατάγων.* Nemo Atticorum sic loquebatur, sed *τὰς μὲν — εἰς τὰς δέ* constanter omnes dicebant. Graeculorum ea est vitiosa *συνήθεια.* Lucianus in *Ψευδοσοφιστῇ* ridens imperitum grammaticum pag. 554. *αὖθις δὲ σκόπει* (*soloecismum*), inquit. *οὐ γάρ σέ φημι δύνασθαι κατανοῆσαι, ἐπεὶ* ἃ *μὲν οἶσθα,* ἃ *δ' οὐκ οἶσθα. — εἰπὲ μόνον. — ἀλλὰ καὶ νῦν σεσολοίκισαί μοι, σὺ δ' οὐκ ἔγνως.* Si in Demosthene ea feres, *mutato nomine de te fabula narratur.*

Pag. 248. 22. *πότερον φανῆναί τινα τῶν Ἑλλήνων τὸν ταῦτα κωλύσοντα* [*ποιεῖν αὐτὸν*] *ἐχρῆν ἢ μή;* Reseca insipidum magistelli additamentum ex tam ardente oratione. Similiter statim: *εἰ δὲ ἔδει τινὰ τούτων κωλυτὴν φανῆναι κτέ.*

Pag. 252. 29. *ὦ βλασφημῶν περὶ ἐμοῦ* [*καὶ λέγων*] *ὡς σιωπῶ μὲν λαβὼν, βοῶ δ' ἀναλώσας. ἀλλ' οὐ σύ γε, ἀλλὰ βοᾷς μὲν* ἜΧΩΝ, *παύσει δὲ οὐδέποτε, ἐὰν μή σε οὗτοι παύσωσιν ἀτιμώσαντες τήμερον.* Qui addidit *καὶ λέγων* non intellexit id ipsum in *βλασφημῶν* inesse. Quod sequitur *βοᾷς μὲν ἔχων* intelligi non potest, et periit necessaria oppositio. Optimum esset *βοᾷς μὲν* ἈΕΙ, *παύσει δὲ οὐδέποτε.*

Quod addidit sciolus *καὶ λέγων*, eodem modo pag. 347. 28. in nonnullis libris interpolatum est *καὶ λεγόντων*, et in orat.

de F. L pag. 577. 21. *βοᾷ* [*καὶ λέγει*]. et apud Libanium IV. 350. 24. *οὐ πολλάκις ἡμῶν ἠκούετε βοώντων* [*καὶ λεγόντων*] *ὅτι ἐπεβουλεύεσθε.*

Pag. 258. 10. *ὑμεῖς τοίνυν — οὐ ναῦς, οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε κτησαμένης ἐξήλθετε εἰς Ἁλίαρτον.* Manifesto vitiosum est *κτησαμένης*. Clamat sententia *perfectum* *κεκτημένης* reponi oportere, id est *ἐχούσης*. Necessarium *κεκτημένης* est in omnibus libris. Solus S exhibet *κτησαμένης* a scriba dormitante profectum et aperte mendosum. Tamen ob libri auctoritatem *ἀκρίτως* est receptum.

Quaecumque documenta publica in priore parte orationis *περὶ τοῦ στεφάνου* inserta leguntur, *ψηφίσματα. ἐπιστολαί, γραφαί, κατάλογοι, νόμοι, μαρτυρίαι, δόγματα Ἀμφικτυόνων, ἀποκρίσεις* et similia, omnia ad unum spuria et commenticia sunt inepte et pueriliter ficta et supposita ab iis, qui neque rerum antiquarum neque linguae veteris rationem tenebant. Qui haec interpolavit post pag. 291. pertaesus, ut videtur, futilissimae operae repente desiit.

Unum tantum ex omnibus omnes habet veritatis numeros et sine controversia probum est et genuinum pag. 255. *τὸ τῶν Βυζαντίων ψήφισμα.* Quae sit huius rei causa et unde nacti sint scribae antiquissimi monumenti exemplum exposuimus in *Mnemosyne* XI. 1862. pag. 195 sqq. ubi et nonnulla emendavimus *δαϊόντος* (*δηοῦντος*) pro *δαίοντος*, *ἐξείλετο ἁμέ* pro *ἁμέ*, *θεαρίας* pro *θεωρίας*, *ὑφ' ἁμῶν* pro *ὑφ' ἡμῶν*. Praeterea pro *ποτὶ τὰν βωλάν* requiro *ποττὰν βωλάν*, et in fine *ὅπως ἐπιστέωνται οἱ Ἕλλανες* ΠΑΝΤΕϹ ΤΑΝ ΤΕ *Ἀθαναίων ἀρετὰν καὶ τὰν Βυζαντίων εὐχαριστίαν.* Codices *πάντες Ἀθηναίων.* Porsonus *πάντες* in *τάν τε* convertit sed utroque opus est.

Pag. 259. 20. *εἰπεῖν ἔχων ναυμαχίας, ἐξόδους πεζὰς* [*στρατείας*], *– ἃς ἁπάσας ἡ πόλις τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας πεποίηται.* Quis nescit *ἀττικιστὶ* dici solere *ἐξιέναι* pro *στρατεύεσθαι* et *ἔξοδος* pro *στρατεία*? Deinde haeremus in genitivis *ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας.* Correctores veteres de suo reposuerunt [*ἕνεχ'*] *ἑλλήνων*, alii *ἑλλήνων* [*ἕνεκ'*] *ἐλευθερίας.*

Periit sigla praepositionis et restituendum *ἡ πόλις (ὑπὲρ) τῆς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἐλευθερίας.*

Idem factum est in loco vicino pag. 262. 10. *ἆρά γε μικρὰ βοηθῆσαι τοῖς πένησιν ὑμῶν δοκῶ ἢ μικρὰ ἀναλῶσαι ἂν τοῦ μὴ τὰ δίκαια ποιεῖν οἱ πλούσιοι;* imo vero *(ὑπὲρ) τοῦ μή κτἑ.*

Pag. 260. 15. *ἔθηκα νόμον καθ' ὃν τοὺς μὲν τὰ δίκαια ποιεῖν ἠνάγκασα, [τοὺς πλουσίους], τοὺς δὲ [πένητας] ἔπαυσ' ἀδικουμένους.* Insiticium esse *τοὺς πλουσίους* arguit inepta sedes. Expulsum glossema secum trahit inutile *πένητας.*

Pag. 264. 28. *εἰ τῷ [τινὰ] ἀρχὴν ἄρχοντι διδόναι τῇ πόλει τὰ ἑαυτοῦ οὐκ ἐξέςαι.* Dixisset saltem *ἀρχήν τινα.* Sed omnibus consuetum est dicere *ἀρχὴν ἄρχων, ἀρχὴν ἄρξας* et sim. Aristophanes *Vesp.* 556.

οἴκτειρόν μ' ὦ πάτερ, αἰτοῦμαί σ', εἰ καὐτὸς πώποθ' ὑφείλου
ἀρχὴν ἄρξας ἢ 'πὶ ςρατιᾶς τοῖς ξυσσίτοις ἀγοράζων.

Pag. 269. 15. *τίς ὢν καὶ τίνων ῥαδίως οὕτως ἄρχει τοῦ κακῶς λέγειν* Supplendum *καὶ* 'ΕΚ *τίνων*, ut omnes in ea re solent, *ἀγαθὸς καὶ ἐξ ἀγαθῶν, πολλῷ βελτίω τούτου καὶ ἐκ βελτιόνων* pag. 228. 19., *δοῦλος καὶ ἐκ δούλων*, pag. 614. 18. *βοῶν — δούλους καὶ ἐκ δούλων καλῶν ἑαυτοῦ βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων*, et similia his complura.

Pag. 273. 28. *τὸ μὲν δὴ πρὸ τοῦ πολέμου* ΦΑΝΕΡΩC *συναγωνίζεσθαι Φιλίππῳ δεινὸν μέν —, ἀλλ' ἐπειδὴ* ΦΑΝΕΡΩC *τὰ πλοῖα ἐσεσύλητο κτἑ.* Quaerit Dobraeus: „*an priore loco Φανερῶς delendum?* Sine ulla dubitatione. Nam praeterquam quod intolerabile est *Φανερῶς* bis repetitum, etiam sententia prius *Φανερῶς* respuit: *οὐ γὰρ Φανερῶς συνηγωνίζετο, ἀλλ' ὡς οἷόν τε μάλιςα λάθρᾳ.*

Quod continuo sequitur pag. 274. 2. *ἀλλ' ἐπειδὴ Φανερῶς ἤδη τὰ πλοῖα ἐσεσύλητο, Χερρόνησος ἐπορθεῖτο, ἐπὶ τὴν 'Αττικὴν ἐπορεύεθ' ἄνθρωπος. [οὐκέτ' ἐν ἀμφισβητησίμῳ τὰ πράγματα ἦν, ἀλλ' ἐνειςήκει πόλεμος,] ὅ τι μὲν πώποτε ἔπραξεν — οὐκ ἂν ἔχοι δεῖξαι.* Summo iure „*ista οὐκέτ' — πόλεμος plane supervacanea*"

Dobraeo videntur. Equidem una litura deleverim. Quam fervida sunt priora usque ad ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐπορεύεθ' ἄνθρωπος, tam frigent reliqua. Si Philippus infesto exercitu petebat Athenas, quam fatuum est addere „*non erat amplius res ambigua*, *sed instabat bellum*." Quo pacto, quaeso, *instabat* bellum, quod Philippus summa vi gerere dicitur?

Pag. 277. 2. προβληθεὶς πυλαγόρας οὗτος [καὶ] τριῶν ἢ τεττάρων χειροτονησάντων αὐτὸν ἀνερρήθη. Si hoc ages facile senties molestam copulam expungi oportere.

Pag. 277. 3. ὡς δὲ — ἀφίκετο εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας — ἀνθρώπους ἀπείρους λόγων καὶ τὸ μέλλον οὐ προορωμένους [τοὺς ἱερομνήμονας] πείθει ψηφίσασθαι περιελθεῖν τὴν χώραν. Non uno argumento ineptum emblema arguitur. Primum alienam sedem occupat: deinde non solos ἱερομνήμονας sed ἀμφικτύονας omnes (id est et ἱερομνήμονας et πυλαγόρας) commemorare debebat. Sed nihil erat opus, quia modo dixerat ἀφίκετο εἰς τοὺς Ἀμφικτύονας.

Pag. 285. 20. εἰ δὲ (παρελθεῖν ἔδει) τοὺς καὶ εὔνους τῇ πόλει καὶ πλουσίους (ἐβάδιζον ἂν ἐπὶ τὸ βῆμα) οἱ μετὰ ταῦτα τὰς μεγάλας ἐπιδόσεις ἐπιδόντες [καὶ ΓΑΡ εὐνοίᾳ καὶ πλούτῳ τοῦτ' ἐποίησαν]. Quam risissent Athenienses οἱ πάντων ὀξύτατοι τὰ ῥηθέντα γνῶναι, si quis haec serio addidisset.

Pag. 286. 20. βούλεται — τοὺς μὲν ἑαυτοῦ φίλους ἐπᾶραι [καὶ θρασεῖς ποιῆσαι], τοὺς δ' ἐναντιουμένους καταπλῆξαι. Supervacuum additamentum loci concinnitas respuit. Ἐπᾶραι, quod ipsum significat θρασεῖς ποιῆσαι, tam male haec verba sibi addita habet ac si in sqq. scriberetur: καταπλῆξαι καὶ εἰς φόβον καταστῆσαι. Concitata oratio hanc verbositatem non admittit.

Praeterea καὶ θρασεῖς ποιῆσαι in libris mutat locum, ut ea solent quae in margine olim adscripta fuerunt.

Pag. 287. 20. τί οὖν φημὶ δεῖν; πρῶτον μὲν τὸν παρόντα ἐπανεῖναι φόβον, — ἔπειτ' ἐξελθόντας — δεῖξαι πᾶσιν ὑμᾶς αὐτοὺς (leg. καὶ αὐτοὺς) ἐν τοῖς ὅπλοις εἶναι, — μετὰ ταῦτα χειροτονῆσαι

[κελεύω] δέκα πρέσβεις κτέ. Scioli antiquum obtinent: quia φημὶ δεῖν et χειροτονῆσαι δέκα πρέσβεις tot verbis interpositis diremta sunt solitum fulcrum κελεύω supposuerunt, quo non utimur.

Pag. 292. 8. ἐπειδὴ δ' οὐ τότε, ἀλλὰ νῦν δεῖξον [εἰπὲ] τίς ἢ λόγος, ὅντιν' ἐχρῆν εὑρεῖν, ἢ καιρὸς συμφέρων ὑπ' ἐμοῦ παρελείφθη [τῇ πόλει]. Vulgo legitur: — δεῖξον. εἰπὲ τίς κτέ. Sed δεῖξον vitiose sic absolute ponitur, et inter δεῖξον et εἰπέ nihil plane interest. Resecto emblemate optime habent omnia: ἀλλὰ νῦν δεῖξον τίς λόγος ἢ καιρὸς παρελείφθη. Verba τῇ πόλει loco non suo posita et prorsus supervacanea tolle.

Pag. 295. 17. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν — ὅτι καὶ παρὰ Θηβαίων καὶ παρὰ τῶν ἔτι τούτων πρότερον ἰσχυρῶν γενομένων Λακεδαιμονίων καὶ παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως μετὰ πολλῆς χάριτος τοῦτ' ἂν [ἀσμένως] ἐδόθη τῇ πόλει, ὅ τι βούλεται λαβούσῃ καὶ τὰ ἑαυτῆς ἐχούσῃ τὸ κελευόμενον ποιεῖν καὶ ἐᾶν ἕτερον τῶν Ἑλλήνων προεστάναι. ἀλλ' οὐκ ἦν ταῦθ' ὡς ἔοικε τοῖς [τότε] Ἀθηναίοις πάτρια κτέ. Expunge τότε ex deterioribus libris insertum et vide quam sit vehementior et ardentior verborum sententia. οἱ ΤΟΤΕ Ἀθηναῖοι dicitur de certo et definito tempore et una hominum aetate, sed in iis quae praecedunt tres aetates enumerantur: bellum Persicum, imperium Spartanorum, Thebanorum post victoriam Leuctricam potentia.

Itaque vel hac de causa importunum τότε resecandum erit.

In praecedentibus μετὰ πολλῆς χάριτος et ἀσμένως perverse copulantur, quia hoc inest in illo. Redeat igitur ἀσμένως in marginem.

Pag. 296. 5. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀγάCΑΙΤΟ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῆς ἀρετῆς; et post pauca Κυρσίλον καταλιθώσαντες. Numquam audivi scriptorem Atticum ἀγάσασθαι dicentem pro ἀγασθῆναι, neque umquam eorum quisquam καταλιθοῦν dixit pro καταλεύειν, ut in hac ipsa historia scribit Herodotus IX. 5. et omnium perpetua consuetudo est. Suspicor igitur aliquid fraudis subesse et veteres lacunas vocabulis non Atticis olim fuisse expletas. Erat, opinor, ΑΓΑC * * * * et ΚΑΤΑΛ * * CΑΝΤЄC,

et in re aperta sententiam recte ceperunt magistri, sed in verborum delectu et forma titubarunt. Fuerat enim 'ΑΓΑCθείη et ΚΑΤΑΛεύCΑΝΤЄC, ut omnes constanter loquebantur.

Pag. 298. 6. *καὶ παραλαμβάνειν γε ἅμα τῇ βακτηρίᾳ καὶ τῷ συμβόλῳ τὸ φρόνημα τὸ τῆς πόλεως [νομίζειν] ἕκαστον ὑμῶν δεῖ, ὅταν τὰ δημόσια εἰσίητε κρινοῦντες.* Quoties hanc praeclaram sententiam relego toties me offendit *νομίζειν* perinepte meo quidem iudicio additum. Intelligo quid sit et admiror dictum „*iudicem in causa publica magnos civitatis spiritus* SUMERE *oportere*" sed „*sumere se* ARBITRARI" quid sit non sentio. Miror equidem quo pacto *νομίζειν* irrepere potuerit, nolui tamen hanc suspicionem silentio premere: iudicium penes alios esto.

Pag. 299. 1. *προσῆγον ἐκείνους* (*legatos Macedonum*) *προτέρους διὰ τὸ τὴν* [*τῶν*] *συμμάχων τάξιν ἐκείνους ἔχειν.* Expunge molestum et vitiosum articulum: *σύμμαχοι ἦσαν* non *οἱ σύμμαχοι.* Erant *ἐν συμμάχων τάξει.* Non est in his articulo locus. Recte scriptum est pag. 771. 8. *ὥσθ' ἕκαστον ὑμῶν κατηγόρου τάξιν ἔχειν,* et sic passim.

Post pauca de iisdem dicit pag. 299. 12. *ἐδείκνυσαν ὡς ᾤοντο.* In huiusmodi sententia solent omnes aut *γε* aut *γε δή* ironice addere. Legendum igitur *ὥς* Γ' *ᾤοντο.*

Pag. 300. 15. *οὕτω σώφρονας παρέσχετε ὑμᾶς αὐτούς.* Sic S. in plerisque est *παρέσχεσθε,* in quo latet vera lectio *παρέσχε*Θ' *ὑμᾶς αὐτούς.* Saepe sic in libris Demosthenis erratur, ut supra ostendimus.

Pag. 301. 14. *ἵν' εἰδῆτε* 'Η *ἐμὴ συνέχεια* — ΤΙ *ἀπειργάσατο.* Non habent haec Graecae compositionis formam. Dici poterat *ἵν' εἰδῆτε τὴν ἐμὴν συνέχειαν τί ἀπειργάσατο,* sed vulgata ferri non potest. Transpone *τί* in suum locum et optime procedent omnia: *ἵν' εἰδῆτε τί ἡ ἐμὴ συνέχεια — ἀπειργάσατο.*

Pag. 302. 2. *ἐπεπείσμην δ' ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, τυχὸν μὲν ἀναισθητῶν, ὅμως δ' ἐπεπείσμην, μήτε γράφοντ' ἂν ἐμοῦ γράψαι*

βέλτιον μηδένα, μήτε πράττοντα πρᾶξαι. Mendosum est *ἀναισθητῶν.* Non Demosthenis sed Epicuri verbum est *ἀναισθητεῖν* significans *sensu carere* de mortuis, non *stultum ac stolidum esse* de vivis, quod dicitur *ἀναίσθητος εἶναι* et *ἀναισθήτως ἔχειν.* In omnibus libris est *ἀναίσθητον*, in uno pessimae notae futilis corrector *ἀναισθητῶν* reposuit. Legendum *τυχὸν μὲν ἀναισθήτ*ΩC, id est *ἀνοήτως, ἠλιθίως.*

Pag. 302. 11. *ταύτην τὴν φωνὴν ἐκεῖνος* (*Philippus*) *ἀφῆκε πολλοὺς καὶ θρασεῖς τὰ πρὸ τούτων τῇ πόλει ἐπαιρόμενος λόγους.* Quid est *ἐπαίρεσθαι λόγους*? Nihil prorsus. Praeterea res ipsa et *τὰ πρὸ τούτων praeteriti* temporis participium requirunt. Suspicor Demosthenem dixisse *πολλοὺς καὶ θρασεῖς* ΠΡΟϾ*μενος λόγους.* ut pag. 377. 10. *ἵνα μηδὲν ἐναντίον μηδὲ ῥῆμα πρόηται Φιλίππῳ.*

Pag. 303. 27. *ὡμολόγηκε νῦν γ' ὑμᾶς ὑπάρχειν* 'ϾΓΝΩ*σμένους ἐμὲ μὲν λέγειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, αὐτὸν δ' ὑπὲρ Φιλίππου· οὐ γὰρ ἂν μετα*ΠϾΙΘϾΙΝ *ὑμᾶς ἐζήτει.* Estne haec Graeca oratio, ut eo sensu dicatur *ἐγὼ ἔγνωσμαι*, vel *ὑπάρχω ἐγνωσμένος*? Numquam credam. Dicebant *γιγνώσκεσθαι* pro *notum esse*, ut pag. 202. 10. *εἴ τις αὐτῶν ἀφέλοι τὸ γιγνώσκεσθαι καὶ τὸ τῇ φωνῇ λέγειν ἀττικιστί*, sed nihil hinc proficimus. Ex sq. *μεταπείθειν* lux affulget. Dixerat *ὑμᾶς ὑπάρχειν* ΠϾΠϾΙ*σμένους*, et sic rectissime addidit: *οὐ γὰρ ἂν* ΜϾΤΑ*πείθειν ὑμᾶς ἐζήτει.* Fieri etiam potest ut aliquid exciderit. Comparato enim loco pag. 43. 25. *ὡς ἐγνωκότων ὑμῶν καὶ πεπεισμένων παύομαι λέγων* optime restituetur: *νῦν γ' ὑμᾶς ὑπάρχειν ἐγνω*(ΚΟΤΑC ΚΑΙ ΠϾΠϾΙ)*σμένους.* Passive idem pag. 527. 11. sic dicitur: *ἂν γὰρ ταῦθ' οὕτως ἐγνωσμένα ὑπάρχῃ παρ' ὑμῖν.*

Pag. 307. 26. *τί γὰρ ἡ σὴ δεινότης εἰς ὄνησιν ἥκει τῇ πατρίδι;* Mirum et inauditum loquendi genus et vehementer suspectum. Poterit fortasse vera lectio elici ex pag. 328. 13. *λόγους συνείρει — ὄνησιν μὲν οὐδεμίαν φέροντας —, συμφορὰν δὲ τῷ τυχόντι τῶν πολιτῶν καὶ κοινὴν αἰσχύνην.* Quod enim Latine dicitur *esse honori, decori, opprobrio, emolumento* et sim. Graece sonat *φέρειν τιμήν, αἰσχύνην, ὄνειδος, κόσμον, βλάβην, κέρδος, ὠφέλειαν,*

ὄνησιν et similia complura. Rectissime igitur haberet haec scriptura: τίΝΑ γὰρ ἡ σὴ δεινότης ὄνησιν ῎ΗΝεγκε τῇ πατρίδι;

Pag. 325. 12. οὐδ' ὅσα συμβεβούλευκα πώποτε τουτοισὶ ὁμοίως ὑμῖν [ὥσπερ ἂν εἰ ἐν τρυτάνῃ] ῥέπων ἐπὶ τὸ λῆμμα συμβεβούλευκα. Meliores libri omittunt εἰ ἐν. Etiam hic probo et sequor Dobraei sententiam „[ὥσπερ ἂν εἰ ἐν τρυτάνῃ] *ex oratione de Pace* p. 60. 7. *huc intrusa.*" Non est enim hic ullus comparationi locus, et quae videtur esse comparatio ea absurda est. Adscripsit aliquis qui ῥέπειν quid proprie esset ostendere voluit. Non potuit acerbius dicere quam ὁμοίως ὑμῖν ῥέπων ἐπὶ τὸ λῆμμα.

Pag. 327. 6. οὐδΕΙC οὔτε τῶν ἔξω Πυλῶν Ἑλλήνων οὔτε τῶν εἴσω τοῖς παροῦσι κακοῖς ἐκέχρητ' ἄν (S. ἐκέχρηΝτ' ἄν), ἀλλὰ πάντες ἂν ὄντες ἐλεύθεροι καὶ αὐτόνομοι μετὰ πάσης ἀδείας [ἀσφαλῶς] ἐν εὐδαιμονίᾳ τὰς ἑαυτῶν ᾤκουν πατρίδας. Manifestum est haec dici non de *singulorum* hominum, sed de *civitatium* Graecarum calamitatibus: itaque οὐδΕΝΕC scribendum, quo recta ducit vetus scriptura in solo S servata ἐκέχρηΝτ' ἄν. Praeterea expunge ἀσφαλῶς. Aliquanto melius est et acrius μετὰ πάσης ἀδείας.

Pag. 327. 26. ταῦτα καὶ τοιαῦτα πράττειν τὸν καλὸν κἀγαθὸν πολίτην δεῖ, — οὐ τὸν πράγματ' ἄξια τῆς πόλεως ὑποςάντα λέγειν καὶ γράφειν καὶ μένειν ἐπὶ τούτων [προελόμενον] βασκαίνειν. Inutile et supervacaneum participium omittit optimus S meliores tantum non omnes. Addidit magister qui non senserat καὶ μένειν ἐπὶ τούτων ex ὑποςάντα pendere. Retinent tamen προελόμενον Editores omnes.

Pag. 332. 10. τὴν δεξιὰν προτείνων καὶ εὐαγγελιζόμενος τούτοις οὓς ἂν ἐκεῖσε ἀπαγγέΛΛειν οἴωμαι. Turpe mendum pro ἀπαγγελεῖν. Passim Dindorfius similia menda manifesta sustulit contra *omnes* libros: nam S quoque scatet talibus. εἷς δ' ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ.

Similia his vitia haeserunt pag. 777. 18. οὐδεὶς αὐτὸν ἀποκτείνει. pag. 938. 9. ἐπαγγελλόμενος παιδεύειν. pag. 1042. 1.

ὀμόσας ἀποφαίνειν. pag. 1042. 15. *ὁμολογῆσαι ποιήσασθαι*, nam perspicuum est *ἀποκτενεῖ, παιδεύσειν, ἀποφανεῖν, ποιήσεσθαι* scribi oportere.

ΠΕΡΙ ΤΗϹ ΠΑΡΑΠΡΕϹΒΕΙΑϹ.

De oratione Demosthenis *περὶ τῆς παραπρεσβείας* diligenter egimus in *Variis Lectionibus* pag. 504—514. Paucorum locorum spicilegium superest, de quibus nunc breviter absolvam.

Pag. 342. 10. *τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολύν.* Quemadmodum in ea re constanter dicitur *χρόνον* 'ΕΜ*ποιεῖν*, non *ποιεῖν*, sic *χρόνος* 'ΕΓ*γεγένηται* usitatum est dicere. Demosthenes pag. 129. 12. *mittendi sunt* (inquit) *legati ad omnes Graecos et ad regem Persarum ἵν' ἐὰν μὲν πείσητε κοινωνοὺς ἔχητε —, εἰ δὲ μὴ χρόνους γε ἐμποιῆτε τοῖς πράγμασιν.* et pag. 392. 17. *οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα οὐδ' ἐνεποίησαν χρόνον οὐδένα.* Passim legitur apud Thucydidem et alios *χρόνου δὲ ἐγγενομένου* vel *ἐγγεγενημένου*, et sic Demosthenes quoque dixerat *τὸ χρόνον* 'ΕΓ*γεγενῆσθαι πολύν.*

Pag. 342. 10. *δέδοικα μή τινα λήθην ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποιήκ*ΗΙ. Natura rei postulat, ut opinor, *μὴ ἐμπεποίηκ*ΕΝ. Thucydides III. 53. *νῦν δὲ φοβούμεθα μὴ ἀμφοτέρων ἡμαρτήκαμεν.* Plato *Lysid.* pag. 218. D. *φοβοῦμαι μὴ ὥσπερ ἀνθρώποις ἀλαζόσι λόγοις τισὶ τοιούτοις* (*ψευδέσι* del.) *ἐντετυχήκαμεν.* et in *Phaedone* pag. 84. E. *φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι ἢ ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ*, ubi sunt qui *διάκειμαι* coniunctivum esse opinantur; quam recte ostendit Isocrates pag. 85. E. *ἐξεπλάγησαν μὴ διὰ τὸ γῆρας ἐξέστηκα τοῦ φρονεῖν.* Demosthenes pag. 372. 1. *ἣν* (*pacem*) — *δέδοικα μὴ λελήθαμεν ὥσπερ οἱ δανειζόμενοι ἐπὶ πολλῷ ἄγοντες.* Eadem opera mendum eximamus ex Sophoclis *Philocteta* 493.

ὃν δὴ παλαιὸν ἐξότου δέδοικ' ἐγὼ
μή μοι βεβήκῃ.

ubi Codex Mediceus *βεβήκοι* dedit, Dindorf. *βεβήκῃ*, et Sopho-

cles ipse *βέβηκε*, nam sensus est *δέδοικα μὴ τέθνηκεΝ*. Haec omnia ad eandem analogiam formata sunt: *φοβοῦμαι*, *δέδοικα*, *ἐξεπλάγην μή* cum *perfecto* *ἡμάρτηκα*, *ἐντετύχηκα*, *διάκειμαι*, *ἐξέστηκα*, *λέληθα*, *βέβηκα*. Eadem compositione usus Demosthenes dixerat: *δέδοικα μή — ὑμῖν ἐμπεποίηκεΝ*.

Pag. 343. 9. *ὁ τὸν νόμον τιθεὶς — ἁπλῶς εἶπε μηδαμῶς δῶρα λαμβάνειν*, *ἡγούμενος — τὸν ἅπαξ λαβόντα* [*καὶ διαφθαρέντα* ΎΠΟ *χρημάτων*] *οὐδὲ κριτὴν ἔτι τῶν συμφερόντων ἀσφαλῆ μένειν τῇ πόλει*. Nonne satis erat dicere *τὸν ἅπαξ λαβόντα*? Nonne sic putide bis idem dicitur sine ullo sententiae aut orationis emolumento? Neque enim sententiae vis augetur, neque oratio gravior et numerosior accidit ad aures. Praeterea est in verbis vitium. Quid sit *χρήμασι διαφθαρῆναι* intelligimus, sed *ὑπὸ χρημάτων* non item. Romani *largitione* corrumpebantur, sed *ab largitione* nemo umquam corruptus est.

Eadem est ratio loci pag. 344. 15. *διεξιὼν ἡλίκα τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν — ἀδικοῦσιν οἱ δωροδοκοῦντες* [*καὶ χρήματα λαμβάνοντες*] *παρὰ Φιλίππου*. Nata sunt insulsa haec emblemata quum *δωροδοκεῖν* vulgo diceretur pro *δεκάζειν καὶ δῶρα διδόναι*. Vide et supra ad pag. 241. 1.

Pag. 343. 23. *ἐμὲ μὲν φαῦλον ἡγεῖσθε, τοῦτον δὲ ἄφετε*. scrib. *ἀφίετε*, et ob praecedens *ἡγεῖσθε* et ne in exitu periodi quatuor breves concurrant.

Pag. 347. 7. *εἰ ἄρα ἠμφΙσβήτει μὴ ἀληθῆ λέγειν ἐμέ*. Attici constanter dicebant *ἠμφΕσβήτουν*, ut *ἠντεβόλουν*, *ἠντεδίκουν*, *ἠμφεγνόουν*, quae omnia a scribis vitiantur. Aelius Dionysius apud Photium v. Ἠ ν ε ί χ ε τ ο *καὶ* ἠ ν ώ χ λ ε ι *καὶ* ἠ κ η κ ό ε ι *καὶ* ἠ ν τ Ι β ό λ ε ι *κοινὸν τῶν Ἀττικῶν ἰδίωμα*, ne nunc quidem pepercerunt formae *ἠντΕβόλει*, de qua manifestum est *τὸν ἀττικιστὴν* dicere. Dindorfius formas Atticas *ἠμφεσβήτει* et *ἠμφεσβητήθη* a Codice S oblatas recepit pag. 886. 9. et 986. 29. et 1175. 25, sed neque in hac re neque in compluribus aliis eiusdem generis sequitur analogiam et semel repertam veterem dicendi consuetudinem reponit sicubi in libris *τῇ συνηθείᾳ* loco cessit.

Etiam nunc mendose editur pag. 1006. et 1013. ἠντΙδίκει. et pag. 970. ἠντΙβόλει, et similia quaedam alibi.

Pag. 348. 23. ταῦτα δὲ θαυμάσι' ἡλίΚΑ [ΚΑΙ] συμφέροντ' ἐδόκει πεπρᾶχθαι τῇ πόλει. Sine mora expelle molestum καί vitio ex praecedente syllaba natum: nempe τὰ συμφέροντα plane nominis naturam induit et dicebatur τὰ μικρὰ συμφέροντα καὶ τὰ μεγάλα. Demosthenes pag. 234. 26. τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως ἔδει με φυλάττειν, τὰ δ' ὅλα ὥσπερ οὗτοι πεπρακέναι; Sic igitur et nunc dixerat θαυμάσι' ἡλίκα συμφέροντα. Similiter pag. 368. 23. ὡς θαυμάσι' ἡλίκα πεισόμενοι διὰ τούτους ἀγαθά.

Pag. 349. 5. ἐξέκλειον λόγου τυγχάνειν τοὺς ἄλλους. Si cum his comparaveris locum pag. 1107. 4. ἐγὼ δὲ ἀπεκλείσθην ΤΟΥ λόγου τυχεῖν ὑπὲρ ὧν ἀδικοῦμαι intelliges articulum esse e fuga retrahendum: ἐξέκλῃον ΤΟΥ λόγου τυγχάνειν. Eodem sensu dictum est pag. 229. 14. οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, et passim sic λόγου τυχεῖν dicitur, quo minus veniae habet mirificus error Harpocrationis v. Λόγου τυχεῖν.

Pag. 353. 19. μεμαρτύρηται ἐν τῷ δήμῳ —, καὶ νῦν μαρτυρηθήσεται. Legendum καὶ νῦν ΔΕ μαρτ. perinde est ac si dixisset μαρτυρηθήσεται ΔΕ καὶ νῦν. In neutra forma δέ abesse potest.

Post pauca pag. 354. 9. scribendum: ποιήσειν ὃ μήτ' αἰσχύνην μήτ' ἀδοξίαν αὐτῷ φέρΟΙ pro φέρει.

Pag. 360. 17. ἵν' εἰδῆτε οἵων ὑπαρχόντων αὐτοῖς παρ' ὑμῶν ὯΝ ἔτυχον. Si in omnibus libris fideliter esset scriptum ὧν ἔτυχον, vel sic tamen ex constanti Graecorum consuetudine οἵων ἔτυχον emendari debuisset. Nunc οἵων est in omnibus praeter S. Y. quibus creditur etiam ubi fide indigni sunt.

Quid est in Graecorum lingua tritius quam οἷα - οἷα sibi inter se respondentia? Sophocles *Electr.* 751.

οἷ' ἔργα δράσας οἷα λαγχάνει κακά.

Demosthenes pag. 712. 14. ἵν' εἰδῆτε παρ' οἵους νόμους οἷον οὗτος εἰσήνεγκεν.

Pag. 372. 10. εἰρήνη μὲν οὖν δι' ἐκείνους, ἐπικίνδυνος δὲ καὶ σφαλερὰ καὶ ἄπιςος διὰ τούτους γέγονε [δωροδοκήσαντας]. Supervacuum et molestum δωροδοκήσαντας et alieno loco positum et verborum concinnitatem vitians delendum.

Ipsa oppositio inter δι' ἐκείνους et διὰ τούτους additamentum hoc arguit et respuit.

Pag. 409. 28. Aeschines ad Demosthenem ἐφοβοῦ περὶ σεαυτοῦ, ait. Respondet: εἰ ἐφ' οἷς ὁ μηδ' ὁτιοῦν ἀδικῶν ἐφοβούμην ἐγώ [μὴ διὰ τούτους ἀπόλωμαι], τί τούτους προσήκει παθεῖν τοὺς αὐτοὺς ἠδικηκότας; Reseca pannum aliunde assutum, qui si quam maxime sententiae conveniret, tamen non poterat interponi inter εἰ ἐφοβούμην 'ΕΓΩ, τί ΤΟΥΤΟΥΣ προσήκει παθεῖν;

Pag. 421. 22. ἂν πιλίδιον λαβὼν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν περινοςῇς. Nemo in antiqua Graecia sic loquebatur: qui capiti *imponit* galeam, coronam, pileum dicitur περὶ τὴν κεφαλὴν περιτίθεσθαι περικεφαλαίαν, ςέφανον, πῖλον, πιλίδιον, et in perfecto περίκειμαι ςέφανον et sim. Contra qui quid in capite gestat ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φέρειν dicitur, ut ἐπὶ τῶν ὤμων. Sequiores Graeculi pro περιθέσθαι minus proprie ἐπιθέσθαι dicere coeperunt et haec συνήθεια facta est. Aristophanes *Thesmoph.* 380.

περίθου νυν τόνδε πρῶτον πρὶν λέγειν.

ubi Scholiasta: ἀντὶ τοῦ ςέφανον. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς λέγουσι ςεφανοῦσθαι πρῶτον. τὸ δὲ ΠΕΡΙΘΟΥ ὅπερ ἡμῖν σύνηθες 'ΕΠΙΘΟΥ λέγειν.

Idem *Lysistr.* 533.

παρ' ἐμοῦ τουτὶ τὸ κάλυμμα λαβὼν
ἔχε καὶ περίθου περὶ τὴν κεφαλήν.

et sic constanter Veteres omnes ut in ἀμπέχεσθαι, περιβάλλεσθαι, περιδεῖσθαι. Itaque Demostheni redde suum: πιλίδιον λαβὼν ΠΕΡΙ τὴν κεφαλήν.

Pag. 426. 13. πρὶν ἐξελθεῖν ἐνιαυτὸν τοῦ πολέμου τὰς πόλεις ἁπάσας ἀπωλωλέκεσαν (οἱ 'Ολύνθιοι) τὰς ἐν τῇ Χαλκιδικῇ [προδιδόντες. alii οἱ προδιδόντες] καὶ Φίλιππος οὐκέτ' εἶχεν ὑπακούειν τοῖς προδιδοῦσιν οὐδ' εἶχεν ὅ, τι πρῶτον λάβῃ. Non tantum προδιδόντες (οἱ προδιδόντες) additum laedit aurem ob vicinum τοῖς προδιδοῦσιν, sed etiam cum loci sententia pugnat. Nempe

ἀπωλωλέκεσαν de universis Olynthiis dictum manifesto significat *ἀπεβεβλήκεσαν amiserant.* Poterat igitur dici *ἀπωλωλέκεσαν ὑπὸ τῶν προδιδόντων*, sed vulgata absurda est.

In eadem sententia video esse Marklandum, cui assentitur Dobraeus, sed Editores non audiunt.

ΠΡΟϹ ΛΕΠΤΙΝΗΝ.

Pag. 457. 16. *ἐν μὲν γὰρ τῷ γράψαι μηδέν' εἶναι ἀτελῆ* ΤΟΥϹ ΈΧΟΝΤΑϹ ἈΦΕΙΛΕΤΟ *τὴν ἀτέλειαν, — οὐ γὰρ ἐκεῖνό γ' ἔνεστιν εἰπεῖν ὡς τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ* ΤΟΥϹ ΈΧΟΝΤΑϹ ἈΦΕΙΛΕΤΟ *τὴν δωρεὰν ἀναξίους* ἘΝΟΜΙΖΕΝ *οὕτω καὶ τὸν δῆμον ἀνάξιον ἡγεῖτο κύριον εἶναι τοῦ δοῦναι ἐάν τῳ βούληται.* Certum vitium certa emendatione Reiske sustulit expuncto *ἀφείλετο*, quod ex praecedenti loco adhaesit. In aliis libris est *νομίζων* pro *ἐνόμιζεν.* Nempe sic vetus corrector impeditam verborum scripturam conatus est expedire non admodum feliciter. Est operae pretium hanc manifestam interpolationem diligenter animadvertere.

Pag. 458. 18. *εἰ τοίνυν τις — ἐξετάσειε πότερον* [*ποτε*] *λυσιτελέστερόν ἐστι κυρίους μὲν ὑμᾶς εἶναι τῆς δωρεᾶς, ἐξαπατηθέντας δέ* ΤΙ *καὶ φαύλῳ τινὶ δοῦναι ἢ κτέ.* Pro *δέ τι* in omnibus praeter unum S legitur: *δέ ποτε.* Rectissime dicitur *ἐξαπατᾶν τι*, id est *aliquam fallaciam struere*, ut apud Aristoph. *Avib.* 521.

Λάμπων δ' ὄμνυσ' ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν' ὅταν ἐξαπατᾷ ΤΙ.

et apud Demosth. pag. 659. 9. quem locum Dindorfius attulit. Sed non cadit hoc in locum nostrum. Revoca *ἐξαπατηθέντας δέ ποτε*, et expunge *ποτε* in *πότερόν ποτε.* Non est enim huic voculae locus in bipartita interrogatione *πότερον — ἤ.*

Pag. 458. 24. *ἐκ μὲν τοῦ πλείονας ἢ προσῆκε τιμᾶν πολλοὺς εὖ ποιεῖν προκαλεῖσθ' ὑμᾶς, ἐκ δὲ τοῦ μηδενὶ μηδὲν μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ διδόναι πάντας ἀπείρξετε τοῦ φιλοτιμεῖσθαι.* In S omisso *μηδὲν* legitur *ἐκ δὲ τοῦ μηδενὶ μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ*, unde gravioris corruptelae suspicio nascitur. Non est oppositio inter *τιμᾶν* et *μηδενὶ μηδὲν διδόναι.* Agnosces veram oppositionem in hac scriptura: *ἐκ μὲν τοῦ* ΠΛΕΙΟΝΑϹ Ἢ ΠΡΟϹΗΚΕ *τιμᾶν —, ἐκ*

δὲ τοῦ ΜΗΔΕΝΑ μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ πάντας ἀπείρξετε κτέ. Postquam semel vitio natum est μηδενὶ μηδὲν nescio quis διδόναι inseruit de suo. Nunc demum omnia apte et concinne composita sunt, et contraria contrariis respondent πλείονας ἢ προσῆκε τιμᾶν et μηδένα τιμᾶν μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ. Praeterea ἄξιος τιμῆς recte habet, ἄξιος τοῦ λαβεῖν τι non item. Sumere potuit sciolus suum μηδενὶ μηδὲν διδόναι ex pag. 488. 15. μὴ ἐξεῖναι τῷ δήμῳ τῶν ἑαυτοῦ δοῦναι μηδενὶ μηδέν. et pag. 488. 27. μηδενὶ δεῖν μηδὲν διδόναι μηδ' ἂν ὁτιοῦν πράξῃ.

Pag. 459. 4. οὐδ' ἐκεῖν' εὔλογον — καταμεμφόμενόν τινας — τοὺς χρησίμους ὄντας τῶν τιμῶν ἀποστερεῖν. In S legitur καταμεμφόμενον ΤΟΥϹ pro τινας. Videtur fuisse καταμεμφόμενΟΝ ΟΛΙΓους τινάς. ΟΝ et ΟΛΙ facillime confunduntur, et saepe Ν pro ΛΙ scribitur et contra.

Post pauca legendum: ὅταν παντελῶς μηδΕΝ πλέον μέλλῃ εἶναι τοῖς χρηστοῖς οὖσιν, pro μηδὲ πλέον μέλλῃ μηδὲν εἶναι. Dittographia est: μηδὲ in textu, μηδὲν a correctore in margine.

Pag. 459. 12, οὓς οὐδ' αὐτὸς οὗτος ἀντείποι ἂν μὴ οὐχὶ καλῶς ἔχειν. Vocula ἂν non est suo loco posita. Requirit constans compositionis consuetudo ut scribatur: οὐδ' ἊΝ αὐτὸς οὗτος ἀντείποι μὴ οὐχὶ καλῶς ἔχειν, et sic legitur in nescio quo Codice Parisiensi de veteris correctoris coniectura.

Saepissime in Codice S particulam ἂν aut scribarum negligentia omissam esse video aut contra dicendi usum loco suo motam.

Pag. 459. 19. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν κατὰ μὲν τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν νόμον γεγράφθαι, — ἐν δὲ τῷ κοινῷ μὴ χρῆσθαι τῷ νόμῳ τούτῳ τὴν πόλιν [τὴν αὐτὴν ἐπιτάξασαν τοῖς ἰδιώταις], ἀλλὰ τοὺς ἀγαθόν τι πεποιηκότας ἐξαπατῆσαι. Spuria sunt verba τὴν αὐτὴν ἐπιτάξασαν τοῖς ἰδιώταις. Volebat dicere homo quisquis est: ἡ πόλις ἥτις αὐτὴ (τοῦτο) τοῖς ἰδιώταις ἐπέταξεν, sed quis non intelligit eo sensu dici non posse τὴν αὐτὴν ἐπιτάξασαν? Praeterea illa verba plane sunt supervacanea et otiosa. Eadem enim sententia inest in verbis νόμον γεγράφθαι.

Pag. 460. 17. καὶ τῶν μὲν τοὺς δανεισαμένους ἀποδοῦναι κελευόντων [τοὺς ἐξ ἄςεως]. Qui sint οἱ δανεισάμενοι perspicuum est et ex ipsa re et ex iis quae praecedunt. Praeterea emblema in tam molesta sede collocatum est ut vel hinc fraus pateat.

Pag. 460. 29. τὸ τῆς πόλεως ἦθος — ἴδοι τις ἂν τοιοῦτον, repetita syllaba lege τοιοῦτον ὌΝ.

Pag. 461. 16. ᾧ μόνῳ μείζους εἰσὶν αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαὶ τῶν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτειῶν [διδομένων] καὶ τοῦτο ἀφαιρεῖται νῦν τῷ νόμῳ. Interpolatum et spurium est participium διδομένων. Dicebant αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαί, sine participio, quod si addi fuisset solitum dixisset: αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαὶ διδόμενΑΙ τῶν παρὰ τῶν ἄλλων πολιτειῶν μείζους εἰσίν. Sed nihil est hac compositione frequentius: αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαί appellantur pag. 461. 16, 467. 27, 476. 2, 478. 16, 490, 1. Et sic ἡ παρὰ τούτων χάρις. 470, 5. unde scribendum pag. 477. 3. τὰς χάριτας (τὰς) παρ' ὑμῶν ἀπίςους ἕξειν. Eadem dicendi forma est in:

ἡ παρὰ τῶν θεῶν εὔνοια pag. 12. 8, 18. 2.
ἡ παρ' ὑμῶν τιμωρία 775. 2.
ἡ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ τῶν νέων αἰσχύνη 771. 1.
αἱ παρὰ τοῦ δεῖνος ἐλπίδες 52. 25.
ἡ παρ' ὑμῶν ποίησις 466. 16.
ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος 479. 21.
ἡ παρ' ἑκάςου βούλησις 33. 28.
αἱ παρά τινος βλασφημίαι.
αἱ παρά τινος ὠφέλειαι.
οἱ παρ' ὑμῶν πρέσβεις.
ὁ παρ' ὑμῶν ςρατηγός.
ἡ παρ' ὑμῶν ὀργή 533. 1.
Etiam de *exsulibus* sic dicitur:
οἱ παρά τινος φυγάδες aut φεύγοντες.
τοὺς φυγάδας τοὺς παρ' ἑαυτοῦ 80. 12.
οἱ παρ' ἐκείνου φεύγοντες 61. 26.
Xenophon *Cyrop.* VI. 3. 11. φυγὰς παρ' ὑμῶν.
Isocrates pag. 94. A. φυγὼν παρ' ὑμῶν.
Demosthenes 593. 9. τὸ παρ' ὑμῶν ἀδίκως ἐκπεσεῖν.

In hac componendi forma saepe librarii *genitivo* substituunt *dativum* aut contra repugnante sententia et linguae usu, veluti pag. 789. 24. ἡ παρ' ἐμΟΙ μόνον εὔνοια λοιπή, legendum παρ' ἐμΟΥ.

Contrario errore editur pag. 100. 10 et 135. 10. τὴν παρ' ὑμΩΝ ἐλευθερίαν pro τὴν παρ' ὑμΙΝ. et pag. 78. 29. ἐφέσιμον τὴν παρ' ὑμΩΝ γενομένην γνῶσιν ὡς ἑαυτὸν ποιούμενος, et pag. 434. 8. ἂν τὰ παρ' ὑμΩΝ ὑγιαίνῃ. Utrobique scribendum παρ' ὑμΙΝ.

Saepius haec inserto a sciolis participio vitiantur, veluti pag. 72. 2. αἱ παρ' ἐκείνου [πεμπόμεναι] ἐπιστολαί. et pag. 276. 22. τῶν παρ' ἑαυτοῦ [πεμπομένων] ἱερομνημόνων. Rectissime enim dicitur οἱ παρὰ Φιλίππου πρέσβεις πεμφθέντες, ἥκοντες, ἀπεσταλμένοι, sed non πεμπόμενοι.

Est operae pretium observare participia quaedam spuria Codicis S testimonio confutata. Vide pag. 77. 29. interpolatum μελλόντων. et pag. 206. 19. βοηθούντων. et pag. 474. 15. κρινόμενον.

Plura etiam in ipsum Codicem S non minus spuria se insinuarunt, veluti λέγων, κελεύων, κελεύσας, διδόμενος et alia complura, de quibus suo loco et dixi et dicam

Imprimis gaudeo me ex huius corruptelae observatione duas foedas maculas eluisse ex praeclaro loco pag. 37. 22. ἴσως ἂν τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς [ἀσθενοῦσι] παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις [διδομένοις] ἔοικε· καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Postquam nescio quis διδομένοις addidit, ut nostro loco πολιτειῶν [διδομένων], supervenit alter qui ἀσθενοῦσιν inseruit de suo. Athenienses dicebant τὰ παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτία, ut αἱ παρὰ τῶν δήμων δωρεαί. Eodem modo Plato dixit *de Rep.* pag. 406. D παρὰ τοῦ ἰατροῦ φάρμακον πιών.

Pag. 462. 2. ὁ τοίνυν τὴν πίστιν ἀφαιρῶν [νόμος οὗτος] ᾧ μόνῳ κρείττους εἰσὶν αἱ παρ' ὑμῶν δωρεαὶ τοῦτ' ἀφαιρεῖται. Quod de auctore legis Demosthenes dixerat id nescio quis ad ipsam legem referendum esse opinatus est. Itaque νόμος οὗτος addidit, quod se in textum insinuavit, sed eo loco qui fraudis indicium

facit. Non potest enim *ὁ — νόμος οὗτος* sic disiungi et dissecari.

Triplicem interpolationem in eadem re subesse suspicor pag. 462. 13. *εἰσὶ γὰρ δήπου παρ' ἡμῖν αἵ τε τῶν μετοίκων λειτουργίαι καὶ αἱ πολιτικαί. — τῶν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον καὶ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως [εἰσφορῶν καὶ τριηραρχιῶν] ὀρθῶς καὶ δικαίως οὐδείς ἐστ' ἀτελής·* pag. 464. 29. *ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ' ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδείς ἐστ' ἀτελὴς οὐδὲ τῶν εἰσφορῶν [τῶν εἰς τὸν πόλεμον]*. pag. 496. 10. *τῶν μὲν γὰρ εἰς τὸν πολέμον [πασῶν εἰσφορῶν καὶ τριηραρχιῶν] — οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς.* Tribus his locis sub unum conspectum positis animadverti potest unde alius ex alio verbis alienis vel inutilibus oneratus sit.

Pag. 465. 27. *μιᾶς ἢ δυοῖν φυλαῖν ἕνα χορηγὸν καθίστησιν, ὃς ἀνθ' ἑνὸς ἄλλου τοῦθ' ἅπαξ ποιήσας ἀπαλλάξεται.* Sententia manifesto postulat *ἀπηλλαγμένος ἔσται.* Itaque una vocali mutata scribe *ἀπΗλλάξεται*, de qua forma diligenter egi in *Nov. Lectt.* pag. 242 sq. Satis esto nunc glossam Hesychianam emendatam apponere:

Ἀπηλλάξει: ἀπηλλαγμένος ἔσει.

in unico Codice est *ἀπηλλάζεις.*

Pag. 466. 5. *διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ διαρρήδην [αὐτοῦ] μηδένα — εἶναι ἀτελῆ, μὴ διΗΙρῆσθαι δὲ ὅτου ἀτελῆ κτέ.* Quo pertinet *αὐτοῦ*? Nempe ad *τῷ νόμῳ*, inquies. Licetne igitur sic *διαρρήδην* interponere? Non licet. Deleamus igitur iners et superfluum pronomen. Deinde scribe *διΕΙρῆσθαι*, vel potius ab optimis libris oblatum recipe. Sexcenties videbis inter se confundi *διείρηκα — διήρηκα* et *διείρημαι — διήρημαι* tantum non in omnibus libris etiam antiquissimis et fidelissimis. Fere numquam *διῃρῆσθαι* caret variante scriptura *διειρῆσθαι* et contra. Hoc unum spectandum quoque loco est utrum sententia verborum *διαιρεῖν* postulet an *διαγορεύειν* id est *διαρρήδην λέγειν*. Ipsum *διαρρήδην* hinc natum est: *διείρηται — διαρρήδην* ut *παραβέβληται — παραβλήδην, βέβυσται — βύζην (βύσδην), κέκρυπται — κρύβδην, ἀνεῖται — ἀνέδην*, et alia his similia plurima.

Διείρηκα et *διήρηκα* certant de loco pag. 465. 20. *μηδένα εἶναι τριηραρχίας ἀτελῆ διείρηκεν ὁ νόμος.* Sic libri omnes.

Dindorfius διήρηκεν substituit, secutus Dobraeum, qui nunc quidem fallitur.

Διαιρεῖν et διορίζειν de lege promiscue et eodem sensu dicitur apud omnes, ubi *res diversae distinguuntur* et omnino ubi *discrimen aliquod constituitur*, διαγορεύειν contra est *diserte*, *disertis verbis dicere.* Hoc si tenebis scribarum errores ubique statim deprehendes veluti in loco nostro: ὁ νόμος διείρηκε μηδένα εἶναι τριηραρχίας ἀτελῆ, quia manifesto dicitur lex *disertis verbis* id iubere, vulgatam movere non oportuit. Similiter in altero loco μὴ διειρῆσθαι ὅτου ἀτελῆ, quoniam nullus est διορισμός, sed hoc dicit Orator non esse id in lege *expresse* scriptum, satius erat vulgatam non tangere.

Eximius in hanc rem et διδασκαλικός locus est in Platonis *Legibus* pag. 933. E. τὰ μὲν θανάσιμα αὐτῶν διείρηται, τῶν δ' ἄλλων πέρι — οὐδέν πω διερρήθη, et mox ἐπίσχουσι τὴν διάρρησιν et τὰ νῦν διαρρήδην εἴπομεν, et pag. 813. A. διείρηται πάντα. — ἀληθῆ καὶ ταῦτα διείρηκας. Eadem est ratio in verbo ἀναγορεύω de *praecone* (idem quod κηρύττω), cuius formae sunt ἀνερῶ, ἀνεῖπον, ἀνείρηκα, ἀνείρημαι. ἀνερρήθην, et ἀνάρρησις, ἀνάρρημα. Hic quoque ἀνείρηκα et ἀνῄρηκα permiscentur. pag. 436. 25. de oraculo, εἰ μὲν τοίνυν (οἱ θεοὶ) πολεμούντων ὑμῶν ταῦτ' ἀνῃρήκασιν. recte, ἀναιρεῖν enim proprium in ea re verbum est, sed in S est ἀνΕΙρήκασιν, sine sensu.

Simili modo peccatur pag. 644. 2. ἀλλ' ἄττα διείρηκεν ἃ χρὴ ποιῆσαι, Dindorf. Dobraeum secutus perperam διήρηκεν supposuit. Pag. 666. 13. τῷ στρατηγῷ οὐ διείρηται τί πρακτέον ἢ μή, Dindorf. ex libris deterioribus male substituit διῄρηται. Pag. 976. 28. οὕτω σαφῶς ὁ νόμος διείρηκεν, Dindorf. perverse διήρηκεν dedit auctoritate magistelli qui annotavit: ἐν τῷ ἦτα ἀντὶ τοῦ διεχώρισεν (nisi forte διώρισεν dixit, nam διεχώρισεν plane ineptum est). Recte et suo loco legitur pag. 1115. 14. ὁ νόμος διεῖλεν,

Pag. 470. 19. θεωρεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅσα ψηφίσματ' ἄκυρα ποιεῖ ὁ νόμος καὶ ὅσους ἀνθρώπους ἀδικεῖ καὶ ἐν ὁποίοις καιροῖς χρησίμους ὑμῖν παρασχόντας ἑαυτούς. Dobraeus: „*malim* οἵους ἀνθρώπους. *Numerus satis indicatur per* ὅσα ψηφίσματα." Rectissime.

Pag. 471. 22. *λογιζέσθω ὅτι περὶ νόμου μέλλει Φέρειν τὴν ψῆΦον ᾧ μὴ λυθέντι δεήσει χρῆσθ*AI. Languida admodum et frigida haec sententia est ac paene inepta *lege*, *quae antiquata non sit*, *uti oportere*, sed periit vocula necessaria sic explenda: *δεήσει χρῆσθ*AI 'AЄI, etiam ubi nolueris et contra remp. esse intellexeris.

Pag. 472. 20. *ἐπέρχεταί μοι πρώτους ἐξετάσαι τοὺς ἐκ Κορίνθου Φ*Υ*γόντας*. Leg. *Φεύγοντας*. Appellantur enim *exsules* promiscue *οἱ Φυγάδες* et *οἱ Φεύγοντες* et *οἱ ἐκπεπτωκότες*, non item *οἱ Φυγόντες*. Passim haec in libris permiscentur ut *λείπειν — λιπεῖν*, *βάλλειν — βαλεῖν*, *ἄγειν — ἀγαγεῖν* et sim.

Pag. 473. 2. *ἀνέῳξαν τὰς πύλας — καὶ εἰσέΦρ*ΟΥΝ *τὸ ϛράτευμα καὶ διέσωσαν καὶ ὑμᾶς καὶ τοὺς συμμάχους*. De verbo *εἰσΦρέσθαι* et *ἐπεισΦρέσθαι* diligenter exposui in *Var. Lecct.* p. 775 sqq. ubi h. l. restituendum esse *εἰσεΦρ*ΟΥΝΤΟ *τὸ ϛράτευμα* ostendimus, ut apud Euripidem legitur in *Troad.* 653.

εἴσω μελάθρων κομψὰ θηλειῶν ἔπη
οὐκ εἰσεΦρούμην.

et in *Cyclope* 235.

τοὺς ἄρνας ἐξεΦροῦντο.

Pag. 473. 7. *ἐπειδὴ δὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνη μετὰ ταῦτ' ἐγένετο [ἡ ἐπὶ 'Ανταλκίδου] ἀντὶ τῶν ἔργων τούτων ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐξέπεσον.* Eruditi lectoris annotatiuncula est *ἡ ἐπὶ 'Ανταλκίδου*. Non est oratoris talia commemorare, et nihil omnino facit ad rem. Hoc unum agit Demosthenes ut ostendat cives Corinthios de Atheniensibus optime meritos ob id ipsum post pacem compositam a Lacedaemoniis esse patria expulsos. Quid tandem attinebat narrare hanc pacem esse *τὴν ἐπ' 'Ανταλκίδου*? Praeterea ut recte adderetur *ἡ ἐπὶ 'Ανταλκίδου* praecedere debebat: *ἐπειδὴ δὲ* Ἡ *πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνη ἐγένετο*, Ἡ *ἐπὶ 'Ανταλκίδου*. Nomen *τῆς ἐπ' 'Ανταλκίδου εἰρήνης* notum erat et celebratum apud omnes. Xenophon *Hellen.* V. 1. 36. *οἱ Λακεδαιμόνιοι πολὺ ἐπικυδέστεροι ἐγένοντο ἐκ τῆς ἐπ' 'Ανταλκίδου εἰρήνης καλουμένης.* Apud Diodorum Siculum ubi de hac pace scribit XIV. 110. legendum: *ὁ βασιλεὺς ἔΦησεν — τοῖς μὴ προσδεχο-*

μένοις τὰς συνθήκας ΜΕΤΑ *τῶν εὐδοκούντων πολεμήσειν* pro ΔΙΑ *τῶν*. cf. Xenoph. *Hellen.* V. 1. 31. *ὁπότεροι δὲ ταύτην τὴν εἰρήνην μὴ δέχονται τούτοις ἐγὼ πολεμήσω μετὰ τῶν ταῦτα βουλομένων.*

Pag. 473. 13. *εἶτα ταῦτα νῦν εἰ χρὴ κύρια εἶναι σκοποῦμεν; ἀλλ' ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρὸς [τοῖς σκοπουμένοις] εἴ τις ἀκούσειεν ὡς Ἀθηναῖοι σκοποῦσιν εἰ χρὴ τοὺς εὐεργέτας ἐᾶν τὰ δοθέντα ἔχειν· πάλαι γὰρ ἐσκέφθαι ταῦτα καὶ ἐγνῶσθαι προσῆκεν.* Si *τοῖς σκοπουμένοις* deleveris omnia plana sunt. *ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρός* significat *πρῶτόν ἐστιν αἰσχρὸν καὶ λέγειν.* Non minus animose dixit pag. 468. 1. *εἶθ' ὑμεῖς ἔτι σκοπεῖτε εἰ χρὴ τοῦτον ἐξαλεῖψαι καὶ οὐ πάλαι βεβούλευσθε;*

Pag. 473. 21. *εἴ τις ἐκείνους τοὺς καιροὺς* ἸΔΩΝ *ἢ παρὼν ἢ τινος εἰδότος διεξιόντος ἀκούσας.* Haec ita dicuntur quasi quis duobus modis illa tempora *videre* potuerit *ἢ παρὼν ἢ ἀκούσας.* Quod quum sit absurdum pro *ἰδὼν* ex nonnullis libris *εἰδὼς* est restituendum. Saepe *εἰδὼς* et *ἰδών*, *εἰδότες* et *ἰδόντες* inter se mutant locum.

Pag. 475. 15. *εἴ τινες — παραδώσειν αὐτὰ ἐπαγγείλαιντο — καί τινες τούτων ἀντιλέγοιεν αὐτοῖς [ταῦτα λέγοντες] ὡς δεινὸν εἴτινες μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων μὴ χορηγοῖεν.* Reseca *ταῦτα λέγοντες*, quia haec ipsa notio inest in *ἀντιλέγοιεν.*

Pag. 477. 2. *μέλλων — τὰς χάρι*ΤΑΣ *παρ' ὑμῶν ἀπίστους ἕξειν.* Repetita syllaba scribendum *τὰς χάριτας* ΤΑΣ *παρ' ὑμῶν.* Namque aut sic omnes dicebant aut *τὰς παρ' ὑμῶν χάριτας.*

Pag. 478. 20. *καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο καλὸν ζῶντα μὲν αὐτὸν* (Cononem) *οὕτω τιμᾶν ὥστε τοσούτων ὅσων ἀκηκόατε ἀξιοῦν, ἐπειδὴ δὲ τετελεύτηκε [μηδεμίαν ποιησαμένους* ΤΟΥΤΩΝ *μνείαν] ἀφελέσθαι τι τῶν δοθέντων τότε.* Acute vidit Dobraeus spuria esse verba *μηδεμίαν — μνείαν* et unde irrepserint ostendit, nempe ex pag. 471. 5. *εἶτ' οὐκ αἰσχυνόμεθα τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας εἰ μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων μηδενὸς μνείαν, ἀφῃρημένοι φανού-*

μεθα τὴν δωρεάν; Quo minus dubites considera τούτων. In loco genuino ταῦτα sunt *benefacta*, propter quae data est a populo ἡ ἀτέλεια. In loco spurio ταῦτα refertur ad τοσαῦτα ὅσων ἀκηκόατε praeter Oratoris sententiam.

Pag. 478. 27. λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος (Themistocles) τειχίζειν εἰπὼν τοῖς πολίταις κἂν ἀφικνῆταί τις ἐκ Λακεδαίμονος κατέχειν [κελεύσας], οἴχεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους. In his τειχίζειν εἰπών est τειχίζειν κελεύσας, unde fit ut alterum κελεύσας sine mora sit inducendum.

Iterum non intellexerunt τειχίζειν εἰπὼν καὶ κατέχειν esse coniuncta, et luculenter apparet quam leviter κελεύων aut κελεύσας aut simile quid adiiciant scioli de suo.

Pag. 480. 12. perineptum et absurdum emblema adhuc latuit. Primum locum emendatum proponam, deinde additamentum ostendam. Postquam res a Chabria praeclare gestas commemoravit pergit ita dicere: καὶ τούτων πάντων ὑμῶν τινὲς μάρτυρές εἰσί μοι. Viginti et amplius anni praeterierant μετὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν quum haec in iudicio dicerentur. Scin' quid in libris sit? nempe ὑμῶν τινὲς [οἱ πρεσβύτατοι] μάρτυρές εἰσί μοι. Comparandus est locus pag. 540. 13. καὶ ταῦτ' ἐςὶ μὲν παλαιά, ὅμως δέ τινας ὑμῶν μνημονεύειν οἶμαι.

Pag. 481. 28. καὶ μὴν καὶ κατ' ἐκεῖνο ἀνάξι' ἂν εἴη πεπονθὼς ὁ παῖς [εἰ τῆς δωρεᾶς ἀφαιρεθείη] καθ' ὃ — οὐδενὸς πώποθ' υἱὸς ὀρφανὸς δι' ἐκεῖνον (Chabriam) ἐγένετο. Expelle inficetum additamentum. Suo se indicio sciolus prodidit, qui genitivum τῆς δωρεᾶς aequalium more dixerit quum veteres constanter accusativo in ea re utantur.

Pag. 482. 3. οὕτω γὰρ ὡς ἀληθῶς ἔμοιγε φαίνεται βεβαίως ΠΩΣ ἐκεῖνος φιλόπολις κτέ. Expungenda est molesta vocula πως id est τρόπον τινά, quae est extenuantis et vim elevantis, quo nihil est a Demosthenis mente et sententia alienius.

Pag. 485. 2. ψηφισμάτων δ' οὐδ' ὁτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι ἀλλὰ ν ε ώ τ ε ρ ο ι οἱ νόμοι καθ' οὓς τὰ ψηφίσματα δεῖ γράφεσθαι

τῶν ψηφισμάτων αὐτῶν ὑμῖν εἰσίν. Manifesto mendosum est *νεώτεροι.* Memini quum mihi Bakius meus diceret *κενώτεροι* sibi videri esse legendum. Equidem *ἀκυρότεροι* conieci, quia non aliter in tali re dicebant omnes quam *νόμος κύριος* et *ἄκυρος.*

Pag. 485. 10. *συνίεθ' ὃν τρόπον ὁ Σόλων τοὺς νόμους [ὡς καλῶς] κελεύει τιθέναι;* Utrumque rectissime dicitur *συνίεθ' ὃν τρόπον* et *συνίεθ' ὡς καλῶς κελεύει τιθέναι*, sed non possunt duo haec coniungi. Deinde vide mihi quam absurdo loco *ὡς καλῶς* sit interpositum. Fuit olim sic scriptum

συνίεθ' ὃν τρόπον
ὁ σόλων τοὺσ νόμουσ *ὡσ καλῶσ*
κελεύει τιθέναι.

Pag. 485. 17. ostendit quam multis cautionibus ex lege Solonis utendum esset iis qui legem novam ferre vellent. Post alia ita dicit: *καὶ πρὸ τούτων γ' ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόσθε τῶν ἐπωνύμων καὶ τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι· τοῦτον δὲ ἐν* ΤΑΙС *ἐκκλησίαις ἀναγιγνώσκειν, ἵν' ἕκαςος ὑμῶν ἀκούσας* ΠΟΛΛΑΚΙС *καὶ κατὰ σχολὴν σκεψάμενος ἃ ἂν ᾖ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα ταῦτα νομοθετῇ.* Quid est *ἐν ταῖς ἐκκλησίαις*? Perinde pravum atque id quod S exhibet *ἐν ἐκκλησίαις* sine articulo. Dobraeus „*vide an ἐν τρισὶν ἐκκλησίαις legerit Ulpianus.*" Vehementer arridet: sic enim sq. *ἀκούσας πολλάκις* intelligitur et postulat aliquid huiuscemodi ipsa rei natura. Fuerat ЄΝΓ̄ЄΚΚΛΗСΙΑΙС et facile numeri nota negligi potuit et perire. cf. pag. 707, 28, *οὐκ εὐθὺς τιθέναι (τὸν νόμον) προσέταξαν ἀλλὰ τὴν τρίτην ἀπέδειξαν ἐκκλησίαν καὶ οὐδ' ἐν ταύτῃ τιθέναι δεδώκασιν ἀλλὰ σκέψασθαι καθ' ὅ τι τοὺς νομοθέτας καθιεῖτε.*

Continuo sequitur: *τούτων τοίνυν τοσούτων ὄντων [δικαίων] τὸ πλῆθος οὑτοσὶ μὲν οὐδ' ὁτιοῦν ἐποίησε [Λεπτίνης], — ἡμεῖς δὲ πάντα.* Dobraeus: „*malim τούτων τοίνυν τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος (τῶν) δικαίων. Certe restituendum τῶν. Qu. τοσούτων ὄντων (τῶν) δικαίων τὸ πλῆθος.*"

Sine dubio coniungenda sunt uno tenore *τοσούτων ὄντων τὸ πλῆθος* et *δικαίων* articulo carere non potest. Sed ipsum *δικαίων* spurium est et delendum. Non appellantur enim *δίκαια* quae

Solon in ferendis novis legibus voluit observari: ταῦτα sunt *ea quae diximus*, quorum nihil omnino Leptines fecisse arguitur: *at nos* (inquit) *fecimus haec omnia*. Praeterea dele nomen proprium Λεπτίνης aliena sede collocatum.

Pag. 489. 10. οὐκ ἔξεστι παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινεῖν νόμιμα —, ἀλλ' ἃ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει ταῦτ' ἐπαινεῖν ἀνάγκη καὶ ποιεῖν. Prorsus alienum est a loci sententia καὶ ποιεῖν. Hoc quidem opinor habebant civitates omnes, ut cives cogerentur ποιεῖν ἃ τῇ πολιτείᾳ συμφέρει. Omnis esset remota molestia si legeretur ταῦτ' ἀνάγκη καὶ 'ΕΠΑΙΝΕΙΝ. Nempe hoc urget Orator *suae quemque civitatis instituta et leges laudare oportere, non aliena extollere*. In ea re etiam qui mentiebantur ad maiorem patriae gloriam paratissimam veniam impetrabant et laudabantur potius. Audi Demosthenem apertissime id confitentem pag. 493. 7. τοὺς τὰ τοιαῦτα λέγοντας παραδείγματα ὡς ἄρ' ἐκεῖνοι (*maiores nostri*) μεγάλα εὖ παθόντες οὐδέν' ἐτίμησαν — ἀπαιδεύτους ἡγεῖσθ' εἶναι — διότι ἐκεῖνο ἀγνοοῦσιν ὅτι, εἰ τὰ μάλιστα ταῦθ' οὕτως εἶχεν, ἀρνεῖσθαι μᾶλλον ἢ λέγειν αὐτοῖς προσῆκεν.

Pag. 490. 21. εἰ καὶ κατὰ [τὸν] λογισμὸν ἐκεῖνα φανείη βελτίω. Sine articulo dicebant κατὰ λογισμόν et ἐκ λογισμοῦ, ut pag. 780. 2. τὴν ἐκ λογισμοῦ σωτηρίαν, et aliis locis.

Pag. 491. 1. καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῶν προγόνων πόλλ' ἀγάθ' εἰργασμένοι τινὲς οὐδενὸς ἠξιοῦντο τοιούτου, ἀλλ' ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς Ἑρμαῖς ἔτυχον καὶ ἴσως τοῦθ' ὑμῖν ἀναγνώσεται τὸ ἐπίγραμμα. Postulat rei natura pluralem numerum καὶ ἴσως ΤΑΥΘ' ὑμῖν ἀναγνώσεται τἀπιγράμμαΤΑ. Vulgatam si retinebimus videbitur ἐν τοῖς Ἑρμαῖς unum atque idem epigramma pluribus commune inscriptum fuisse, quod verum non esse constat. Nempe quod Demosthenes Leptinem facturum esse suspicatur Aeschines in *Ctesiphontea* fecit, qui tria epigrammata ἐν τοῖς Ἑρμαῖς incisa iudicibus recitavit.

Pag. 491. 8. εἰ μὲν γὰρ ἀναξίους εἶναί τις φήσει κἀκείνους τιμᾶσθαι, τίς ἄξιος εἰπάτω, [εἰ μήτε τῶν προτέρων μηδεὶς μήτε

τῶν ὑςέρων]. *εἰ δὲ μηδένα φήσει συναχθεσθείην ἂν ἔγωγε τῇ πόλει κτέ.* Recte iudicat Dobraeus: „[*εἰ μήτε τῶν — ὕςερον*] *optime delet Marklandus. Scholion est ad seqq.*"

Pag. 494. 5. *δεῖ τοίνυν μεμερίσθαι καὶ τὰ τῶν δωρεῶν, ἵν' ἧς ἂν ἄξιος ὢν ἕκαςος φαίνηται ταύτην παρὰ τοῦ δήμου λαμβάνῃ* [*τὴν δωρεάν*]. Sine mora expunge iners et supervacaneum *τὴν δωρεάν*. In hac orationis forma, in qua *ἧς* praecedit et *ταύτην* sequitur, nomen aut pronomini relativo additur aut plane omittitur, ut Latine:

quam *quisque norit* artem *in hac se exerceat.*

pag. 285. 11. *ἣν γὰρ ὁ κήρυξ κατὰ τοὺς νόμους φωνὴν ἀφίησι ταύτην κοινὴν τῆς πατρίδος δίκαιόν ἐςιν ἡγεῖσθαι.* pag. 412. *ὧν τὰ τῆς πόλεως πράγματα χρημάτων ἀπέδοτο, τούτων πόρνας ἠγόραζεν ἢ ἰχθῦς.* pag. 516. 7. *ἣν — καταχειροτονίαν ὁ δῆμος ἐποιήσατο ταύτην εἰσέρχομαι*, et omnes constanter hac verborum compositione utuntur.

Pag. 495. 20. *τί τοῦτο Μαθὼν προσέγραψε;* Satis apud me constat in tali re *τί μαθών* esse mendosum ac vitio natum, quum constanter Athenienses *τί Παθών* dicere solerent. Praeterea duo verba loco suo mota esse video et reponendum *τί παθὼν τοῦτο προσέγραψεν;*

Pag. 497. 6. *μηδ' ὅτι δοῦλος ὢν ὁ Λυκίδας καὶ Διονύσιος — πρόξενοι γεγόνασι διὰ τοῦθ' ἑτέρους* [*ἀξίους*] *καὶ ἐλευθέρους καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίους, ἃς ἔλαβον δικαίως παρ' ὑμῶν δωρεὰς ἀφελέσθαι ζητούντων.* Dobraeus: „*delendum videtur ἀξίους v. l. pro αἰτίους mox.*" Plane assentior et saepe vidi *ἄξιος* et *αἴτιος* inter se permutata.

Pag. 498. 20. *εἴ τινα τῶν εὑρημένων τὴν δωρεὰν ἀνάξιον εἶναί φασιν ἢ μὴ πεποιηκό*ΤΑ *ἐφ' οἷς εὕρετο ἔχειν κτέ.* Necessarium articulum praecedens syllaba abstulit. Leg. *μὴ πεποιηκότα* ΤΑ *ἐφ' οἷς εὕρετο.* Saepe in talibus articulum periisse vidi, de qua re ad alium Demosthenis locum diligenter dicam.

Pag. 499. 27. *μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς τελευ-*

τήσασι δημοσίᾳ ποιεῖτε λόγους ἐπιταφίους, ἐν οἷς κοσμεῖτε τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα. Mire perturbatus hic locus est in Codicibus. Meliores et in his optimus S exhibent: δημοσίᾳ καὶ ταῖς ταφαῖς ταῖς δημοσίαις ποιεῖτε λόγους. Sententia simplex et aperta facile restituitur ut acquiescere possimus Schaeferi coniecturae, quam Dindorfius recepit. Sed ad sententiae integritatem duo verba desiderantur. Nempe laudationes publice non habebantur ἐπὶ πᾶσι τοῖς τελευτήσασι, sed iis tantum, *qui in proeliis cecidissent*, ut omnibus notum est. Itaque supplendum esse videtur ἐπὶ τοῖς (ἐν πολέμῳ) τελευτήσασιν, et ἄνδρες ἀγαθοί de more appellantur οἵτινες ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀπέθανον, qui soli publice in Ceramico sepeliebantur et laudatione ornabantur. Notus est Ciceronis de ea re locus in *Oratore* 44. § 151. *mos est Athenis laudari in concione eos qui sint* in proeliis *interfecti.*

Utiliter comparabitur locus Dionysii Halic. A. R. V. pag. 887. 2. Ἀθηναῖοι ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις μόνοις καταστήσασθαι τοὺς ἐπιταφίους ἀγορεύεσθαι λόγους δοκοῦσιν ἐκ μιᾶς τῆς περὶ τὸν θάνατον ἀρετῆς — ἐξετάζειν οἰόμενοι δεῖν τοὺς ἀγαθούς.

Pag. 501. 28. οὗτος ἐγράψατο τὴν Χαβρίου δωρεὰν [ἐν ᾗ τοῦτ' ἔνεστι τὸ τῆς ἀτελείας τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων] καὶ πρὸς ὑμᾶς εἰσελθὼν ἡττήθη. Dobraeus: „*non tantum cum Tayloro* ἐν ᾗ — δοθέντων *ejicio sed mox* 502. 12. ἐν ᾗ τοῦτ' ἐνῆν." mihi quidem plane persuadet.

Praeterea requiro καὶ ΕΙΣ ὑμᾶς εἰσελθών pro πρός. Constanter enim quemadmodum dicitur εἰς δικαστήριον εἰσελθεῖν, sic ad ipsos iudices (τὸ δικαστήριον *consilium* nomine collectivo) dicebant εἰς ὑμᾶς εἰσῆλθον.

ΚΑΤΑ ΜΕΙΔΙΟΥ.

Pag. 515. 19. ὅσῳ πλείοσιν οὗτος ἠνώχληκε καὶ ΠΕΡΙήγγελκεν — ἑώρων γὰρ αὐτὸν ἄρτι πρὸ τῶν δικαστηρίων οἷα ἐποίει — τοσούτῳ μᾶλλον ἐλπίζω τὸ δίκαιον ἕξειν. Legendum ΠΑΡήγγελκεν. Noto usu παραγγέλλειν et παραγγελία in iudiciis significat *ambire*, *prensare* indices et *pollicitando*, *rogando*, *blandiendo gratiam* iudi-

cum *sibi conciliare.* Harpocration: ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑ: *Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, „ὅση μὲν σπουδὴ περὶ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα καὶ παραγγελία γέγονε (σχεδὸν οἶμαι πάντας ὑμᾶς ᾐσθῆσθαι, ἑορακότας ἄρτι τοὺς ὅτ' ἐκληροῦσθε ἐνοχλοῦντας καὶ προσιόντας ὑμῖν)." καὶ Αἰσχίνης δὲ τρόπον τινὰ τῇ αὐτῇ διανοίᾳ ἐχρήσατο ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· „τὴν μὲν παρασκευὴν ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν παράταξιν ὅση γεγένηται, καὶ τὰς κατὰ τὴν ἀγορὰν δεήσεις αἷς κέχρηνταί τινες." Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ Πολυεύκτου ἀποφάσει „καὶ τὰς ἰδίᾳ παραγγελίας γεγενημένας καὶ τὰς δεήσεις."* Demosthenes pag. 432. 11. *οὐδέν ἐστιν ὄφελος — πολιτείας, ἐν ᾗ συγγνώμη καὶ παραγγελία τῶν νόμων μεῖζον ἰσχύουσιν.*

Eodem modo *ἐνοχλεῖν* (*precibus fatigare*) et *παραγγέλλειν* coniuncta sunt pag. 1461. 3. *οἱ χρηστοὶ μὲν — μὴ πάνυ δ' οἷοί τ' ἐνοχλεῖν καὶ παραγγέλλειν.*

Vitiosa lectio *περιήγγελκεν* recepta est ob nimiam Codicis S reverentiam, quum ex aliis libris olim rectissime *παρήγγελκεν* legeretur.

Pag. 516. 14. *ἐὰν ἐπιδείξω* Μειδίαν *τουτονὶ μὴ μόνον εἰς ἐμὲ ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς [καὶ εἰς τοὺς νόμους καὶ εἰς τοὺς ἄλλους] ἅπαντας ὑβρικότα.* Malesana haec partitio est *ὑμᾶς, τοὺς νόμους, τοὺς ἄλλους.* Expunxit verba spuria Dobraeus, quem sequor nisi quod *ἅπαντας* quoque delevit. Equidem multo acrius dici arbitror *μὴ μόνον εἰς ἐμὲ ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς ἅπαντας.*

Pag. 516. 27. *ἀναγνώσεται δὲ πρῶτον μὲν ὑμῖν τὸν νόμον, καθ' ὃν εἰσὶν αἱ προβολαί. — λέγε τὸν νόμον.*

RECITATUR LEX.

Tum Demosthenes pag. 517, 8. *ὁ μὲν νόμος οὗτός ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, [καθ' ὃν αἱ προβολαὶ γίγνονται,] λέγων, ὥσπερ ἠκούσατε, κτέ.* Quicumque hoc agit facile sentiet, ut opinor, pannum hunc resecari oportere. Nihil addi potest verbis *ὁ μὲν νόμος οὗτός ἐστι λέγων κτέ.* Etiam perversa compositio patefacit vitium. Si dixisset *ὁ μὲν νόμος, καθ' ὃν αἱ προβολαὶ γίγνονται, οὗτός ἐστιν,* esset frigida rei inutilis repetitio. Ubi nunc legitur ineptum est.

Pag. 518. 17. *ὑμεῖς μὲν τοίνυν — εἰς τοσοῦτον ἀφῖχθε Φιλαν-*

θρωπίας καὶ εὐσεβείας ὥςε καὶ τῶν πρότερον γεγενημένων ἀδικημάτων τὸ λαμβάνειν δίκην ἐπέσχετε ταύτας τὰς ἡμέρας. Optime emendavit Dobraeus *ἐπέχετε*, quod loci sententia postulat, quia de certa et perpetua consuetudine haec dicuntur.

Pag. 520. 5. *καίτοι τοῦτό γ' οὐδεὶς πώποτε οὐδένα φησὶν ἀκηκοέναι τολμήσαντα [οὐδὲ ποιήσαντα] ἐν τῇ πόλει.* Quia *τὸ ποιεῖν* inest *ἐν τῷ τολμᾶν* frigidissime et ineptissime *οὐδὲ ποιήσαντα* sciolus aliquis de suo inseruit.

Post pauca scribendum: *ἀλλὰ καὶ τὸν διδάσκαλον διέφθειρέ* ΜΟΙ (non *μου*) *τοῦ χοροῦ.*

Pag. 521. 2. *τὰ εἰς ἐμὲ — ἠσελγημένα.* Notanda verbi forma. Ex *ἀσελγής* nascitur *ἀσελγαίνω*, ut *δυσκολαίνω*, *ἀγριαίνω*, *χαλεπαίνω*, *δυσμεναίνω*, *ἀκολαςαίνω*, quae omnia *improbitatem* aliquam denotant, neque ex *εὔκολος*, *εὐμενής*, *πρᾶος* sim. quidquam huiuscemodi formatur. Perfecti passivi forma est quam vides *ἠσέλγημαι*: nemo autem veterum novit verbum *ἀσελγεῖν.* Quamquam summa est et admirabilis in Graecitatis usu constantia et analogia, tamen sunt nonnulla, in quibus *ἀνωμαλία* quaedam cernitur.

Ex *ὄμνυμι* formatur *ὀμώμοται* et *ξυνομώμοται*, sed in participio *σ* apparet et *ὀμωμοσμένα* dicebant. Παραβαίνω habet *παραβέβαμαι*, sed *παραβεβασμένος.* Ὀμώμοται legitur pag. 505. 29. *τῆς ςήλης, ἐν ᾗ γέγραπται καὶ ὀμώμοται* (ubi omnes praeter unum S *ὀμώμοσται* exhibent), ut apud Aristophanem in *Lysistrata:*

τουτὶ τὸ πρᾶγμα πανταχόθεν ξυνομώμοται
ὑπὸ τῶν γυναικῶν.

Participium legitur apud Demosthenem pag. 594. 17. *ἐναντία τοῖς ὀμωμοσμένοις.* et pag. 754. 28. *τῶν ὀμωμοσμένων ὅρκων ἀμελήσαντες.* Παραβεβασμένος legitur pag. 215. 1. *ἐν μὲν τοῖς παραβεβασμένοις ὅρκοις ἐμμένειν.*

Pag. 521. 7. *ἔχω δὲ λέγειν καὶ πονηρίας ἑτέρας παμπληθεῖς [αὐτοῦ] — καὶ τολμήματα τοῦ μιαροῦ τούτου πολλὰ καὶ δεινά.* Non intellexit Graeculus *πονηρίας τοῦ μιαροῦ τούτου* coniuncta esse et frigidissime *αὐτοῦ* inseruit de suo. Mutat *αὐτοῦ* in Codicibus locum, quod solet esse fraudis indicium.

Pag. 522. 25. *εἴπερ ἀληθῶς ἐπεπόνθειν ταῦτα ἃ λέγω δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν, — οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν [αὐτὸν] καὶ τίμημα ἐπάγειν ὅ, τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι.* Pro *αὐτόν* in aliis est *ἑαυτόν*. Sed utrumque ex interpolatione natum pronomen est et expellendum.

Post pauca editur: *εἰ μὴ προὐβαλόμην αὐτὸν ἀλλ' ἐδικαζόμην*, perspicuum est *προὐβαλλόμην* scribi oportere, et statim *προβάλλεσθαι* (non *προβαλέσθαι*) *μ' ἔδει καὶ παρ' αὐτὰ τἀδικήματα τὴν τιμωρίαν ποιεῖσθαι.*

Pag. 524. 27. *τὸν ἄρχοντα — ἐὰν μὲν ἐστεφανωμένον πατάξ*HIC *ἢ κακῶς εἴπ*HIC *ἄτιμος, ἐὰν δὲ ἰδιώτην ἰδίᾳ ὑπόδικος.* Si in omnibus sic legeretur tamen *πατάξῃ* TIC *ἢ κακῶς εἴπῃ* emendari oportuisset. Est enim Atticae urbanitatis et humanitatis et credo omnium

quidquid est hominum venustiorum,

non uti illa secunda persona in re turpi ac flagitiosa et omnino in ea quae dedecori sit illi quicum quasi colloquaris. Nunc *omnes* servant sanam scripturam praeter *unum* S, cui etiam mentienti et fallenti plus creditur quam caeteris vera testantibus.

Praeterea *ἐστίν* in tertia persona pervulgato usu omittitur *ἐὰν πατάξῃ τις ἄτιμος*. In secunda dicendum *ἐὰν πατάξῃς ἄτιμος εἶ.*

In altero loco pag. 51. 26. ubi *πατάξῃ τις* et *πατάξῃς* confunduntur, utrumque recte et commode dicitur.

Emendate in simili re scribitur paullo ante pag. 524. 21. *ἂν μὲν τοίνυν ἰδιώτην ὄντα τινὰ αὐτῶν ὑβρίσ*HI TIC *ἢ κακῶς εἴπῃ γραφὴν ὕβρεως καὶ δίκην κακηγορίας ἰδίαν φεύξεται, ἐὰν δὲ θεσμοθέτην ἄτιμος ἔσται καθάπαξ.*

Pag. 525. 2. *καὶ ἐμὲ* ЄI *μὲν ἐν ἄλλαις τισὶν ἡμέραις ἠδίκησέ τι — ἰδίᾳ καὶ δίκην προσῆκεν αὐτῷ διδόναι·* ЄI *δὲ χορηγὸν ὄντα ὑμέτερον ἱερομηνίας οὔσης πάνθ' ὅσα ἠδίκηκεν ὑβρίσαι φαίνεται, δημοσίας ὀργῆς καὶ τιμωρίας δίκαιός ἐστι τυγχάνειν.* Quis admonitus non videt dixisse Demosthenem: ἘΠΕΙ *δὲ χορηγὸν ὄντα — δίκαιός ἐστι τυγχάνειν*? Similia vide in *Var. Lectt.* pag. 624.

Pag. 525. 18. *σημεῖον δέ· ἔθεσθε ἱερὸν νόμον.* Excidit voca-

bulum in hac orationis forma semper addi solitum: *ἔθεσθε* ΓΑΡ *ἱερὸν νόμον*. cf. pag. 563. 6. *σημεῖον δέ· ἡ μὲν γὰρ ἀπέδοτο εὐθὺς γενόμενον*. pag. 359. 14. *σημεῖον δέ· οὐ γὰρ ἂν δεῦρ' ἧκον*. Eadem est compositionis ratio ubi *μαρτύριον δέ*, vel *τεκμήριον δέ* praecedit. vid. pag. 557. 10, 1021. 14, 1121. 19, 1125. 24. et saepe alibi.

Pag. 528. 20. *ἂν δὲ μικροῦ πάνυ [τιμήματος] ἄξιόν τις λάβῃ, βίᾳ δὲ τοῦτο ἀφέληται, τὸ ἴσον τῷ δημοσίῳ προστιμᾶν οἱ νόμοι κελεύουσιν ὅσον περ δὴ τῷ* ἸΔΙΩΤΗΙ. Veram lectionem servavit Harpocration v. Βιαίων: *ὄνομα δίκης κατὰ τῶν βίᾳ πραττόντων ὁτιοῦν· ὁ δὲ ἁλοὺς ἀποτίνει εἰς τὸ δημόσιον ἴσον ὅσον τῷ* ἙΛΟΝΤΙ· *Δημοσθένης κατὰ Μειδίου*. Praeterea aufer absurdum *τιμήματος*. Opponuntur inter se *τάλαντον ἓν ἢ δύο ἢ δέκα*, quae praecedunt, et *μικροῦ πάνυ ἄξιον* *res minimi pretii*.

Pag. 530. 8. *οὐδ' ὅσων ἂν τιμὴν καταθέντες [δούλους] κτήσωνται οὐδὲ τούτους ὑβρίζειν ἀξιοῦσιν*. Spurium est *δούλους* quod ineleganter et vitiose abundat. Inest huius rei notio in *τιμὴν καταθέντες*. Sic saepe servi *ἀργυρώνητοι* appellantur, et hinc proverbium:

Θρᾷξ εὐγενὴς εἶ πρὸς ἅλας ἠγορασμένος.

Pag. 531. 16. *τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει· ὅτι τὰς ὥρας παρη*ΝΕΓ*κατε τῆς θυσίας καὶ τῆς θεωρίας αἱρετοὺς πέμπειν [κελεύει] θεωροὺς ἐννέα*. Quid sit *τὰς ὥρας τῆς θυσίας παραφέρειν* nemo facile dicet. Legendum *παρήκατε*, ut saepe dicitur *τὸν καιρὸν παριέναι*. vid. ad pag. 24. 24. supra pag. 455. Deinde expunge *κελεύει*, quae notio inest in praecedenti *σημαίνει*. Passim scioli suum *κελεύει*, *κελεύων*, *κελεύσας* inutile fulcrum supponunt. Pag. 517. 8. *ὁ μὲν νόμος οὗτός ἐστιν – λέγων ποιεῖν τὴν ἐκκλησίαν ἐν Διονύσου — ἐν δὲ ταύτῃ — χρηματίζειν [κελεύει] περὶ ὧν ἄν τις ἠδικηκὼς ᾖ περὶ τὴν ἑορτήν*. ubi importunum *κελεύει* in S omissum rectissime expunxerunt. Addidit olim aliquis, qui non intellexerat *χρηματίζειν* quoque, ut *ποιεῖν τὴν ἐκκλησίαν*, a *λέγων* pendere.

Pag. 533. 2. *ἐὰν* ἘΠΙ *συμφοραῖς τινῶν γεγονότων ὀνομαστὶ*

μνησθῶ. Graecum est 'ЄΝ *συμφοραῖς εἶναι, in malis esse.*

Pag. 533. 25. *ἦν δέ ποθ' ἡγεμὼν τῆς φυλῆς* [*κορυφαῖος*]. Emblema expunxit Dobraeus.

Pag. 536. 3. *πρῶτον μὲν ἀφαιρεθήσομαι τὴν νίκην — ἔπειτ' ἐφ' ἅπασιν ἐλαττωθήσομαι καὶ προπηλακιζόμενος διατελέσω.* Macula est in Demosthenis oratione forma sequiorum Graeculorum *διατελέσω* pro *διατελῶ.* Diu post Alexandri mortem futuri formae *συντελέσω, διατελέσω, καλέσω, ἐγκαλέσω* et sim. natae sunt. Saepissime futurum *καλῶ* et sim. illaesum evasit, ut pag. 749. 22. *τεθαύμακα τὴν ἀναισχυντίαν τὴν τούτου τε κἀκείνου, τοῦ μὲν εἰ καλεῖ, τοῦ δ' εἰ πάρεισι καὶ συναπολογήσεται.* Nempe non intelligebant Graeculi et *καλεῖ* et *πάρεισι* futurum esse.

Idem factum esse videbis pag. 59. 1. *δεινὸν εἴ τις ἐγκαλεῖ.* et pag. 458. 25. *πολλοὺς εὖ ποιεῖν προκαλεῖσθ' ὑμᾶς.* et pag. 465. 2. *ὁ πολλὰ κεκτημένος — πολλὰ εἰς ταῦτα συντελεῖ,* quas formas praesentis temporis esse rati intactas servaverunt.

Pag. 538. 12. *τὸν μὲν κακιεῖν οἷς ἔπραξε, τὸν δ' ἐπαινέσεσθαι ἔμελλον.* Vitium est in *οἷς.* In nonnullis libris est *ἐφ' οἷς,* quae manifesto lectoris alicuius est coniectura non admodum felix impeditam loci scripturam utcumque sarcientis. Lenius agendum arbitror et rescribendum *κακιεῖν οἷ' ἔπραξεν.* Facile errabatur in ΟΙЄΠΡΑΞЄΝ.

Pag. 539. 11. *ἀμύνεσθαι μετὰ τῆς ὀργῆς.* Obtemperandum Dobraeo est *μετ' ὀργῆς* reponenti.

Pag. 539. 22. *ἡνίκα τὰς δίκας ἔλαχον τοῖς ἐπιτρόποις μειρακύλλιον ὢν κομιδῇ καὶ τοῦτον οὐδ' εἰ γέγονεν εἰδὼς* [*οὐδὲ γιγνώσκων*], *ὡς μηδὲ νῦν ὤφελον.* Quis ubi de homine ignotissimo dixisset *quem ne natum quidem sciebam*, addidisset umquam *neque eum cognoscebam?* Risum ea res movet. *Οὐδ' εἰ γέγονεν εἶδα* recte legitur pag. 248. 6. et apud Comicos nonnumquam. cf. *Nov. Lectt.* pag. 107.

Possit vulgatae librorum lectioni praesidium aliquod quaeri

ex loco Dionysii Halic. in libello *de Demosthenis eloquentia* pag. 1127 Reisk. ubi narrat Demosthenem solere πολλοῖς ὀνόμασι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα δηλοῦν, et exempla haec affert: τὸν Μηδίαν (Μειδίαν) τοῦτον οὐκ εἰδὼς ὅςις ποτ' ἐςὶν οὐδὲ γιγνώσκω (γιγνώσκων). et: τῆς ἀδελφῆς ἐναντίον κόρης ἔτι καὶ παιδὸς οὔσης. Vides haec memoriter ex nostro loco afferri, sed libros Demosthenis, quibus Dionysius utebatur, non multo meliores fuisse quam nostros alibi diligenter ostendam. Etiam alter locus ex *Midiana* sumtus est pag. 540 5. εἶτα τῆς ἀδελφῆς ἔτ' ἔνδον οὔσης τότε καὶ παιδὸς οὔσης κόρης ἐναντίον, ubi melior est Dionysii lectio: εἶτα τῆς ἀδελφῆς ἐναντίον κόρης ἔτι καὶ παιδὸς οὔσης.

Pag. 540. 8. τὴν μητέρα κἀμὲ καὶ πάντας ἡμᾶς ῥητὰ καὶ ἄρρητα κακὰ 'ΕΞεῖπον. Non intelligo unde molesta praepositio nasci potuerit, sed hoc scio eam sine mora deleri oportere. Constanter omnes ex ipsa rei natura verbo simplici utebantur, ῥητὰ καὶ ἄρρητα λέγειν τινά, τὰ ἔσχατα ἀλλήλους λέγειν et sim. Nullus verbo composito ἐξαγορεύω in tali re locus esse potuit.

Pag. 543. 19. ἄτιμον 'Αθηναίων ἕνα εἶναι δεῖ καὶ μήτε συγγνώμης μήτΕ ΛΟΓΟΥ μήτε ἐπιεικείας μηδεμιᾶς τυχεῖν. Veram lectionem habet S in margine γρ. ἐλέου. Compone locum pag. 547. 7. οὐδεὶς γάρ ἐςι δίκαιος τυγχάνειν ἐ λ έ ο υ τῶν μηδένα ἐλεούντων οὐδὲ συγγνώμης τῶν ἀσυγγνωμόνων. et pag. 549. 2. τίνος συγγνώμης ἢ τίνος ἐ λ έ ο υ δικαίως τεύξεται παρ' ὑμῶν; et pag. 581. 24. εἴ τις ὑμῶν τῶν πολλῶν — εἰς δικαςήριον εἰσίοι πεπληρωμένον ἐκ τούτων τίνος συγγνώμης ἢ τίνος 'ΕΛΕΟΥ τυχεῖν ἂν οἴεσθε; Sic libri omnes praeter S, unde λόγου receptum est, sed S nunc quidem Criticos fefellit.

Ἔλεος et συγγνώμη saepe sic coniuncta reperiuntur. Vide pag. 423. 18, pag. 431. 22, pag. 794. 11 et 27, pag. 610. 27.

Pag. 543. 24. ἐπειδὴ ἠτίμωσεν ὃν ἐβουλήθη καὶ τοῦτ' ἐχαρίσασθε αὐτῷ καὶ τὴν ἀναιδῆ γνώμην, ἣ ταῦτα προαιρεῖται ποιεῖν, ἐνέπλησεν [αὑτοῦ]. Pro ἐχαρίσασθε αὐτῷ, quod perversissimum est, Dobraeus ἐχαρίσαΘ' αὑτῷ reponebat. Non memini me legere ἑαυτῷ χαρίσασθαι, nec placet; sed nihil reperio quod sit melius. In sqq. nihil desiderarem si legeretur: καὶ τὴν ἀναιδῆ

γνώμην ἐνέπλησεν. Fatuum enim est *ἢ ταῦτα προαιρεῖται ποιεῖν*, et etiam peius *αὑτοῦ* additum.

Pag. 546. 2. *εἶθ' ὑμεῖς τὸν οὕτως ὠμὸν, τὸν οὕτως ἀγνώμονα —, τοῦτον ὑβρίζοντα λαβόντες εἴς τινα τῶν πολιτῶν ἀφήσετε, καὶ μήθ' ἑορτῆς μήτε ἱερῶν μήτε νόμου μήτ' ἄλλου μηδενὸς πρόνοιαν ποιούμεν*ON *οὐ καταψηφιεῖσθε; οὐ παράδειγμα ποιήσετε;* Novum et inauditum est *καταψηφίζομαι τὸν – ποιούμενον* pro *τοῦ ποιουμένου.* Suspicor *ἀφήσετε* loco motum esse et sic legendum: *– εἴς τινα τῶν πολιτῶν καὶ μήθ' ἑορτῆς – πρόνοιαν ποιούμενον ἀφήσετε; οὐ καταψηφιεῖσθε; οὐ παράδειγμα ποιήσετε;*

Pag. 547. 26. *λιποταξίου γραφὴν κατεσκεύασε κατ' ἐμοῦ καὶ τὸν τοῦτο ποιήσοντα ἐμισθώσατο τὸν μιαρὸν καὶ εὐχερῆ [τὸν κονιορτόν] Εὐκτήμονα.* Scin' unde molestum et importunum *τὸν κονιορτόν* huc irrepserit? Nempe ex pag. 560. 2. *νῦν δ' οἶμαι τούτου προβέβληται Πολύευκτος, Τιμοκράτης, Εὐκτήμων ὁ κονιορτός· τοιοῦτοί τινές εἰσι μισθοφόροι περὶ αὐτόν.* Non poterat bis in eadem oratione nihili hominem vulgari cognomine designare. Priore loco suis verbis improbitatem hominis notavit, deinde eum appellavit eo cognomine, quod ei iuventus Attica propter vitae sordes indiderat.

Pag. 548. 5. *καί μοι δοκεῖ κἂν προσγράψασθαι ἡδέως εἴπως ἐνῆν ὅτι Μειδίου μισθωσαμένου γέγραπται.* Emendandum: *προσγράψ*AI *ἡδέως.* Fefellit librarios praecedens *ἐγράψατο* et sequens *γέγραπται*, sed *adscribere* constanter dicitur *προσγράφειν*, ut *inscribere ἐγγράφειν*, *proscribere προγράφειν*, *conscribere* milites *καταγράφειν*, *expungere διαγράφειν*, et similia plura.

Pag. 548. 16. *ἐτόλμα περὶ ἐμοῦ λέγειν ὡς ἐγὼ τὸ πράγμ'* ЄIMI *τοῦτο δεδρακώς.* Emendandum: *ὡς ἐγὼ* — ЄIHN *δεδρακώς.* Pro re nata in huiuscemodi sententiae forma aut indicativus ponitur *δέδρακα* aut optativus *εἴην δεδρακώς.* Recte dicitur *ἐγώ εἰμι* 'O *τοῦτο δεδρακώς*, non item *ἐγώ εἰμι δεδρακώς* pro *δέδρακα.*

Plane gemellus huic locus est pag. 232. 17. *ἐτόλμα λέγειν ὡς ἄρα ἐγὼ — κεκωλυκὼς εἴην τὴν πόλιν — (τὴν εἰρήνην) ποιήσα-*

σθαι. Facile ЄIMI et ЄIHN confunduntur. Pag. 550. 28. *τῶν ἐν Βοιωτίᾳ πραγμάτων — ὡς ἐγὼ αἴτιος* ЄIMI *κατεσκεύαζεν*, lege *αἴτιος* ЄIHN. Etiam pag. 1253. 27. *ἐγὼ δ' ἀπεκρινάμην αὐτοῖς — ὅτι ἕτοιμός* ЄIMI *ἰέναι*, et pag. 73. 2. *λέγοντας ὡς ἐγὼ μὲν ὕδωρ πίνων εἰκότως δύστροπος καὶ δύσκολός* ЄIMI *τις ἄνθρωπος.* utrobique pro *εἰμί* lubens *εἴην* restituerim.

Indicativi perfectum videbis in simili re scriptum pag. 563. 21. *ὡς μὲν οὐ πολλὰ καὶ δεινὰ πεποίηκεν — οὐκ ἐτόλμων λέγειν.* pag. 593. 11. *αἰτιασάμενος γάρ με — τὸν πατέρα ὡς ἀπέκτονα ἐγὼ τὸν ἐμαυτοῦ.* pag. 611. 8. *ἐτόλμα λέγειν ὡς ὑπὲρ ὑμῶν καὶ δι' ὑμᾶς ἐχθροὺς ἐφ' ἑαυτὸν εἵλκυ*CЄN. ubi ex Codice F scribendum *εἵλκυ*KЄN.

Pag. 551. 12. *χρόνοι τούτοις τοῦ τὴν δίκην ὑποσχεῖν οὓς ἂν αὐτοὶ βούλωνται δίδονται καὶ τἀδικήματα ἕωλα τὰ τούτων ὡς ὑμᾶς [καὶ ψυχρὰ] ἀφικνεῖται.* Ad *ἕωλα* adscripserat aliquis *ψυχρά*, deinde factum est quod assolet. Indicium fraudis facit emblematis sedes. Poterat fortasse recte dici *ἕωλα καὶ ψυχρὰ ὡς ὑμᾶς ἀφικνεῖται*, sed quia *ἕωλα καὶ ψυχρά* sensu fere nihil differunt, non poterant eo intervallo separari.

Pag. 553 1. *μετρία γὰρ δίκη παρὰ τῶν φίλων ἐστὶν — μηκέτι* THC *λοιπ*HC *φιλίας κοινωνεῖν.* Quid quaeso est *ἡ λοιπὴ φιλία*? Nihil prorsus. Lege *μηκέτι τοῦ λοιποῦ* (*posthac*) *φιλίας κοινωνεῖν.* Sciolus *τοῦ λοιποῦ* sequenti vocabulo *φιλίας* accommodandum esse putavit.

Pag. 553. 10. *καὶ τῇ μὲν προτεραίᾳ ὅτε ταῦτ' ἔλεγεν εἰσεληλύθει καὶ διείλεκτο ἐκείνῳ.* Sententia est *pridie* QUAM *haec in curia diceret.* Itaque scribendum *τῇ προτεραίᾳ* Ἢ *ὅτε ταῦτ' ἔλεγεν.*

Pag. 553. 21. *καίτοι πῶς οὐ δεινὸν, μᾶλλον δ' ἀσεβὲς [λέγειν ὡς φονεὺς καὶ πάλιν ὡς οὐκ εἴρηκε ταῦτ' ἀπομνύναι καὶ] φόνον μὲν ὀνειδίζειν, τούτῳ δ' ὁμωρόφιον γίγνεσθαι;* Dele annotatiunculam ex superiore loco inepte repetitam et male Graece enunciatam. Quis enim ferre possit *λέγειν ὡς φονεύς*? Graece dicitur *φόνον ὀνειδίζειν*, quod continuo sequitur.

Paullo ante pag. 553. 10. *ὤμνυε μηδὲν εἰρηκέναι περὶ αὐτοῦ* Φ α ῦ λ ο ν, imo vero *Φλαῦρον*, quod est in aliis libris.

Pag. 554. 28. *ἄνδρα ἀτυχοῦντα οὐΔΕ αὐτὸν ἠδικηκότα — συκοφαντεῖν ᾤετο δεῖν.* Scrib. *οὐδΕΝ αὐτὸν ἠδικηκότα.* In huiusmodi sententia omnes *οὐδὲν ἠδικηκώς* et *οὐδὲν ἠδικημένος* dicere assolent, ut in *Pluto:*

ἐνέκραγες ἡμῖν οὐδὲν ἠδικημένη.

Pag. 557. 25. *οὐ γὰρ ἡγεῖθ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, λαμπρὸν οὐδὲ νεανικὸν οὐδ' ἄξιον* ΘΑΝΑΤΟΥ *ὅ, τι ἂν* TIC *πρὸς ἕνα* ΕΙC *διαπράττηται, ἀλλ' εἰ μὴ φυλὴν ὅλην — προπηλακιεῖ — ἀβίωτον ᾤετ' ἔσεσθαι τὸν βίον ἑαυτῷ.* Non credo absurdius vocabulum in huiuscemodi sententia reperiri posse quam *θανάτου.* Reperit veram lectionem Buttmannus *οὐδ' ἄξιον* ΑΥΤΟΥ (*αὐτοῦ*), sed nemo utitur.

Praeterea vitium est in verbis *ὅ, τι ἂν* TIC *διαπράττηται*, quia de ipso Midia haec dici perspicuum est. In TIC latet ΕΙC, quod a correctore in margine scriptum insinuavit se in textum mendo non correcto. Legendum: *ὅ, τι ἂν εἷς πρὸς ἕνα διαπράττηται*, ubi *εἷς* est *εἷς ὢν ὁ Μειδίας.*

Video esse quibus *ἄξιον θανάτου* sanum esse videatur. „*Sarcasmum*" esse putant. Sed neque sarcasmo locus est et mirificum sane esset hoc sarcasmi genus. Contra ipsa natura suggerit arrogantem hominem ita dicere: *οὐ λαμπρὸν τοῦτο οὐδὲ νεανικὸν οὐδ' ἄξιον ἐμαυτοῦ.*

Pag. 562. 2. de petulantia et protervitate Alcibiadis dicit: *οἱ κατ' ἐκεῖνον ὑμέτεροι πρόγονοι — καὶ Δεκέλειαν ἑαυτοῖς ἐπιτειχισθῆναι καὶ τὰς ναῦς ἁλῶναι καὶ πάντα ὑπέμειναν ὁτιοῦν ἄκοντες παθεῖν κάλλιον εἶναι νομίζοντες ἢ ἑκόντες ὑβρίζεσθαι [συγχωρῆσαι].* Corrumpit loci vim et concinnitatem ineptissime additum *συγχωρῆσαι.* Natus est error ex loco vicino pag. 562. 1. *οὐδενὸς τούτων αὐτῷ συνεχώρησαν ὑβρίζειν αὐτούς*, sed nemo cogitasse videtur recte quidem dici *συγχωρῶ ὑβρίζειν ἐμαυτόν*, sed absurdum esse *συγχωρῶ ὑβρίζεσθαι* idque *ἑκών.* Expuncto glossemate omnia recte et ordine procedunt.

Pag. 563. 3. *ἡ μὲν γὰρ ὡς ἀληθῶς μήτηρ [ἡ τεκοῦσα αὐτὸν]*

πλεῖϛον ἁπάντων ἀνθρώπων εἶχε νοῦν, ἡ δὲ δοκοῦσα [καὶ ὑποβαλομένη] πασῶν ἦν ἀνοητοτάτη γυναικῶν· ἡ μὲν γὰρ ἀπέδοτο εὐθὺς γενόμενον, ἡ δ' ἐξὸν αὐτῇ βελτίω πρίασθαι ταύτης τῆς τιμῆς τοῦτον ἠγόρασεν. Recita mihi locum utroque emblemate remoto et facile senties quam perverse et insipide utraque annotatiuncula verbis Demosthenis adhaeserit.

Pag. 564. 6. *εἰ μέν ἐϛιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ λειτουργεῖν τοῦτο, τὸ ἐν ὑμῖν λέγειν ἐν ἁπάσαις ταῖς ἐκκλησίαις καὶ πανταχοῦ „ἡμεῖς οἱ λειτουργοῦντες, ἡμεῖς οἱ προεισφέροντες ὑμῖν, ἡμεῖς οἱ πλούσιοί ἐσμεν," [εἰ τὸ τὰ τοιαῦτα λέγειν τοῦτ' ἔϛι λειτουργεῖν] ὁμολογῶ Μειδίαν ἁπάντων τῶν ἐν τῇ πόλει λαμπρότατον γεγενῆσθαι.* Frigide et inepte repetita vides quae paucis ante versibus melius et acrius dixerat. An forte metuebat ne obliti essent? Nemo nostrum haec tam insulse repetivisset, et Demosthenem hoc fecisse putemus?

Pag. 567. 1. *ἐπειδὴ δὲ πολιορκεῖσθαι τοὺς ἐν Ταμύναις ϛρατιώτας ἐξηγγέλ*ΛЄΤΟ *καὶ πάντας ἐξιέναι — προεβούλευσεν ἡ βουλή.* Tralaticium vitium vides, imperfectum contra rei naturam pro plusquamperfecto. Legendum enim *ἐξήγγε*ΛΤΟ.

Pag. 567. 28. *ἐπιδοὺς τριήρη — τὴν μὲν [ἐπίδοσιν] — παρεῖχον πλέουσαν τῇ πόλει.* Summo iure Bekkerus absurdissimum emblema eiecit. Nihil sentiebat qui ad *τὴν μέν* opinabatur *ἐπίδοσιν* esse supplendum.

Pag. 568. 6. *καίτοι τὴν τοιαύτην τριηραρχίαν πότερον — λιποταξί*AN *καὶ ϛρατείας ἀπόδρασιν καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἁρμόττει καλεῖν ἢ φιλοτιμίαν;* Non est vocabulum Graecum *ἡ λιποταξία* sed *τὸ λιποτάξιον*, cuius formae plurima sunt *αἰτιῶν ὀνόματα*, veluti *ἀδίκιον*, *ἀγάμιον*, *κακογάμιον* et similia hisce.

Λιποτάξιον semel et iterum supra emendate scriptum est et verissime docet Aelius Dionysius *ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασιν* apud Bekkerum *Anecd.* pag. 436. 3. *Ἀποϛάσιον καὶ λιποϛράτιον καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα οὐδετέρως σχηματίζουσιν.* Emendate scribitur apud Thucydidem I. 99. *λιποϛράτιον εἴ τῳ ἐγένετο*, sed mendose VI. 76. *τοὺς μὲν λιποϛρατί*AN, *τοὺς δ' ἐπ' ἀλλήλους*

στρατεύειν, pro λιποστράτιΟΝ. Herodoto licebat dicere V. 27. τοὺς μὲν λιποστρατίΗC ἐπὶ Σκύθας αἰτιώμενος, sed non Atheniensibus.

Pag. 569. 28. κεκόμισται χάριν οὐ μόνον ἂν αὐτὸς λελειτούργηκε λειτουργιῶν ἀξίαν (μικρὰ γὰρ αὕτη γέ τις ἦν) ἀλλὰ καὶ τῶν μεγίστων. Leg. μικρὰ γὰρ ἌΝ αὕτη γέ τις ἦν.

Pag. 570. 16. ἥρπασε πλεῖν ἢ πέντε τάλαντα. Rectissime sic Dindorf. pro πλεῖον. Constanter sic dicebant Attici πλεῖν ἢ si numerus sequeretur, ut apud Aristophanem:

πλεῖν ἢ τριάκονθ' ἡμέρας
τοῦ μηνὸς ἑκάστου.

Rarissime πλεῖν ex scribarum manibus illaesum evasit. Substituunt πλέον vel πλεῖον vel πλεῖστον vel πλείω. Postquam semel liquido constitit Demosthenem quoque, ut antiquiores omnes, πλεῖν ἢ dixisse, debuerant Editores hanc formam ubique invitis libris restituere. Dindorf. ad pag. 503. 18. optime dedit πλεῖν ἢ ἅπαξ pro πλέον, πλεῖον, πλεῖστον, et multos locos indicavit eodem remedio indigentes. Evasit πλεῖν ἢ μυρίους in optimo S pag. 413. 2. sed multis aliis locis vetus error haeret. Scribendum igitur pag. 174. 2. πλεῖν (non πλείω) δ' ἢ μύρια τάλαντα. pag. 174. 11. πλεῖν (non πλείω) μὲν ἢ χίλια ut apud Aristophanem in *Nubibus*:

καὶ τοῦτο πλεῖν ἢ μυρίων ἐστ' ἄξιον στατήρων
αἱρούμενον τοὺς ἥττονας λόγους ἔπειτα νικᾶν.

Pag. 572. 5. τοῦτο γάρ ἐσθ' ὃ φυλάττειν ὑμᾶς δεῖ, τοὺς νόμους, τὸν ὅρκον ταῦτ' ἔχεθ' ὑμεῖς οἱ δικάζοντες ἀεὶ παρὰ τῶν ἄλλων ὥσπερεὶ παρακαταθήκην. Quid sibi vult ἀεί? Quo spectat? An ad ἔχετε? Sed inepte abundabit. Repone igitur ὑμεῖς οἱ ἈΕΙ δικάζοντες. Frequens vitium et saepe a nobis notatum.

Sine vitio legitur pag. 577. 10. βλέπων εἰς τὸν ἀεὶ θορυβοῦντα τόπον τῆς ἐκκλησίας. cf. pag. 773. 2. ὁ ἀεὶ δικάζειν λαχών. et pag. 777. 7.

Pag. 572. 7. ἣν ἅπασιν — σῴαν ὑπάρχειν δεῖ. Athenienses dicebant ὁ σῶς, ἡ σῶς, τὸ σῶν, ut apud Comicum:

οὕτω γὰρ ἡμῖν ἡ πόλις μάλιϛα σῶς ἂν εἴη.

et:

ἡ μᾶζα γὰρ σῶς καὶ τὸ κρέας χὠ κάραβος.

Turbant in his librarii, sed nulla de veterum usu dubitatio est. In nonnullis libris et in S a prima manu scriptum est σῶν, quod reponendum. Pag. 1293. 26. ἡ ναῦς σέσωσται καὶ ἔϛι σῶς. legendum ἡ ναῦς σῶς ἐϛίν, ut paullo ante pag. 1292. Utilia de hac re notavit Dindorf. ad pag. 61. 14 in Editione minore Lipsiae 1855.

Pag. 572. 14. ἦν δ' οὗτος ὁ τοῦ βελτίϛου πατὴρ Χαρικλείδου τοῦ ἄρξαντος. Notum est in historia nomen quia ἐπὶ Χαρικλείδου ἄρχοντος commissa est nobilissima pugna apud Mantineam anno 362 mense Iunio τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Σκιροφοριῶνος. Plutarchus (aut quicumque *vitas* X *oratorum* consarcinavit) in Plut. *Moral.* pag. 845. E. ita scribit: „*Xenophon novit Demosthenem;* τῷ μὲν γὰρ τὰ Ἑλληνικὰ ἐτελεῖτο εἰς τὰ περὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, ἄρχοντα δὲ Χαρικλείδην, ὁ δὲ πρότερον ἐπὶ Τιμοκράτους εἷλε τοὺς ἐπιτρόπους. Legendum: ὁ δ' ἜΤΕΙ πρότερον, *anno ante.*

Nam TIMOCRATES ἦρξεν Olymp. 104. 1. anno $3\frac{64}{63}$.

CHARICLIDES Olymp. 104. 2. anno $3\frac{63}{62}$.

Itaque res, quam narrat Demosthenes, accidit annis quatuordecim ante quam haec scriberentur 362—348.

Pag. 573. 21. μὴ τοίνυν ἐὰν μὲν εἴπῃ τις παράνομα οὕτως ὀργιζόμενοι φαίνεσθε, ἐὰν δὲ ποιῇ [μὴ λέγῃ] πρᾴως διάκεισθε. Frangit insipidum additamentum oppositionis vim et loci acrimoniam omnem.

Post pauca 574. 1. οὔτ' ἐλεήσετε οὔτ' ἀφήσετε, ἀλλ' ἀποκτενεῖτε ἢ ἀτιμώσετε, in S. scriptum est ἀποκτείνετε. Tam incogitanter solent in verbis liquidatis futuro praesens substituere.

Pag. 574. 21. ἂν τοίνυν ὑμῖν [ὀρθῶς] ἐπίῃ σκοπεῖν τούτου πληρωτὴν εὑρήσετε Μειδίαν ὄντα τοῦ ἐράνου. Rectissime ὀρθῶς S omittit. In re tam manifesta, de qua nemo ambigit, σκοπεῖν satis est.

Praeterea ἐπέρχεταί μοι σκοπεῖν bene habet, ut pag. 576. 26.

εἰ γὰρ καὶ κατὰ μικρὸν ἐπῄει τὰ τοιαῦτ' αὐτῷ σκοπεῖν, sed *ἐπέρχεταί μοι ὀρθῶς σκοπεῖν* vitiose et inepte dictum est.

Pag. 575. 6. *νῦν ἂν διακρούσηται πάλιν αὐτὸς ἐκεῖνος ὃν ὑμεῖς ἴϛε γενήσεται.* In nonnullis libris est *ὁ αὐτὸς ἐκεῖνος* idque requiritur „*idem ille* quem nostis." non *ille ipse.* Sed Demosthenes crasi usus est *αὑτός.* Eadem in hoc vocabulo crasis multis locis aut restituta est aut restituenda.

Pag. 575. 14. *ὅταν οὗτος ἔχων τὰ παιδία τούτοις ἀξιοῖ δοῦναι τὴν ψῆφον ὑμᾶς, τόθ' ὑμεῖς τοὺς νόμους ἔχοντά με πλησίον ἡγεῖσθε παρεϛάναι [καὶ τὸν ὅρκον ὃν ὀμωμόκατε] τούτοις ἀξιοῦντα καὶ ἀντιβολοῦντα ἕκαϛον ὑμῶν ψηφίσασθαι. οἷς ὑμεῖς κατὰ πολλὰ δικαιότερον πρόσθοισθ' ἂν ἢ τούτῳ.* ad haec Dobraeus: „*καὶ τὸν ὅρκον ὃν ὀμωμόκατε manifesto delenda.*" Verissimum me iudice id est. Demosthenes adstare poterant leges in Codice scriptas manibus tenens, *ἔχων τοὺς νόμους*, sed iusiurandum, quod iudices dederant, manibus tenere non poterat. Omnia ad solas leges referuntur; *τούτοις ψηφίσασθαι*, id est *τοῖς νόμοις ψηφίσασθαι, οἷς ὑμεῖς πρόσθοισθ' ἄν*, id est *τοῖς νόμοις πρόσθοισθ' ἄν.* Etiam quae sequuntur omnia de solis legibus dicuntur: *.ὀμωμόκατε τοῖς νόμοις πείΘεσθαι καὶ τῶν ἴσων μέτεϛιν ὑμῖν διὰ τοὺς νόμους καὶ πάνθ' ὅσ' ἐϛὶν ἀγαθὰ ὑμῖν διὰ τοὺς νόμους ἐϛίν.* Adscripsi haec ut mendum eximerem. Absurdum est *ὀμώμοκα τοῖς νόμοις πείθεσθαι dedi iusiurandum me legibus* PARERE, imo vero *pariturum*, ergo emenda *πείCεσθαι.*

Pag. 575. 28. *εἰ μέντοι ῥήτωρ ἐϛὶν οἵους ἐνίους τῶν λεγόντων ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, ἀναιδεῖς καὶ* 'ΥΦ' *ὑμῶν πεπλουτηκότας, οὐκ ἂν εἴην οὗτος ἐγώ.* Intelligi non potest et nihil est *πλουτεῖν* 'ΥΠΟ *τινος.* Lege 'ΑΦ' *ὑμῶν πεπλουτηκότας* et intellige *τὰ κοινὰ κεκλοφότας.* cf. pag. 739. 20. *οἱ ῥήτορες οὐκ ἀγαπῶσιν ἐκ πενήτων πλούσιοι* 'ΑΠΟ *τῆς πόλεως γιγνόμενοι.*

Pag. 576. 10. *ἔγνων καὶ λέγειν καὶ πράττειν ὅ τι ἂν συμφέρ*ΟΝ *ὑμῖν ἡγῶμαι.* Revoca veram lectionem ex loco vicino pag. 575. 25. *συμβουλεύων ὅ τι ἂν συμφέρ*ΕΙΝ *ὑμῖν ἡγῆται.*

Pag. 577. 11. *ἢ καὶ γελοῖα εἶναι τὰ νῦν [οἶμαι] δάκρυα εἰκότως ἂν αὐτοῦ δοκοίη.* Non exputo unde tandem istud *οἶμαι* irrepserit, sed respuit molestum verbum et loci sententia, quae nullam *εἰρωνείαν* admittit, et perincommoda sedes, quia arctissime coniuncta *τὰ νῦν δάκρυα* perversissime disiungit. Omittitur *οἶμαι* in libris pauculis de lectoris alicuius, ut opinor, coniectura, quem perinde ut me nunc offendebat. Vide mihi quoque quam importuno loco *αὐτοῦ* sit interpositum: *τὰ νῦν δάκρυα εἰκότως ἂν αὐτοῦ δοκοίη.* Quid si olim fuerit: *τὰ αὐτοῦ δάκρυα εἰκότως ἂν δοκοίη.*

Pag. 577. 17. *ὥϛε καὶ πρὸς οὓς μηδέν ἐϛί σοι πρᾶγμα λυπεῖσθαι τὴν σὴν θρασύτητα καὶ φωνὴν καὶ τὸ [σὸν] σχῆμα καὶ τοὺς [σοὺς] ἀκολούθους καὶ πλοῦτον καὶ ὕβριν θεωροῦντας.* Rectissime Codex S *σόν* omittit; similiter sq. *σούς* eximendum est. In talibus *semel* pronomen possessivum ponere usitatum est.

Pag. 578. 8. *τοῦτον ἀεὶ πανταχοῦ θεοῖς ἐχθρὸν καὶ βδελυρόν.* Ut Latine *semper et ubique*, sic Graece *ἀεὶ καὶ πανταχοῦ* mos est dicere.

Pag. 578. 20. *τὸν οὖν ἐπὶ ταύτης τῆς ὑπερηφανίας ὄντα, νῦν ἂν ἀποφύγῃ τί ποιήσειν οἴεσθε;* Male haec divisa sunt. Lege: — *ὄντα νῦν, ἂν ἀποφύγῃ τί ποιήσειν οἴεσθε;* Sententia enim manifesto haec est: *τὸν νῦν οὕτως ὑπερήφανον ὄντα, τί ἀποφυγόντα ποιήσειν οἴεσθε;*

Pag. 579. 28. *ἐμὲ οἴεσθε ὑμῖν εἰσοίσειν, ὑμεῖς δὲ νεμεῖσθαι; ἐμὲ [οἴεσθε] τριηραρχήσειν, ὑμεῖς δ' οὐκ ἐμβήσεσθαι:* Reseca alterum *οἴεσθε* male repetitum. Cf. pag. 580. 9.

Pag. 580. 1. *τοιαῦθ' ὑβρίζων καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πικρίαν καὶ κακόνοιαν, ἣν κατὰ τῶν πολλῶν ὑμῶν ἔχων ἀφανῆ παρ' ἑαυτῷ περιέρχεται, φανερὰν ἐπὶ τοῦ καιροῦ καθιϛάς* Male haec composita esse vides. Suspensa sunt participia *ὑβρίζων* et *καθιϛάς* nec quo referantur habent Neque apte verbum *περιέρχεται* coniungitur cum *πικρίαν καὶ κακόνοιαν ἔχων.* Ex ipsa rei natura *περιέρχεται* cum *ὑβρίζων* coniunctum fuisse intelligitur. *Qua-*

cumque incedebat dicitur homo importunus *his in populum contumeliis esse usus.* Intelligerem optime locum sic scriptum: *τοιαῦθ' ὑβρίζων περιέρχεται καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πικρίαν καὶ κακόνοιαν, ἣν κατὰ τῶν πολλῶν ὑμῶν ἔχων (διατελεῖ) ἀφανῆ παρ' ἑαυτῷ, φανερὰν ἐπὶ τοῦ καιροῦ καθιςάς.* Quemadmodum enim *οἱ φιλόδημοι* dicuntur *εὔνοιαν ἔχοντες διατελεῖν τῷ δήμῳ*, sic *ὁ μισόδημος οὗτος* rectissime dicitur *κακόνοιαν κατὰ τοῦ δήμου διατελεῖν ἔχων.* Etiam dicti sententia *διατελεῖν* postulat: *quam enim* SEMPER *in animo occultam gerebat adversus populum malevolentiam, eam* NUNC *palam ostendere* arguitur.

Pag. 580. 12. *καὶ βοηθήσουσιν οἱ λέγοντες ὑπὲρ αὐτοῦ οὐχ οὕτω τούτῳ χαρίσασθαι μὰ τοὺς θεοὺς βουλόμενοι, ὡς ἐπηρεάζειν ἐμοὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἔχθραν, ἣν* ΟΥΤΟϹ *αὐτῷ πρὸς ἐμὲ ἄν τ' ἐγὼ φῶ ἄν τε μὴ [φῶ] φησὶν εἶναι καὶ βιάζεται οὐκ ὀρθῶς.* Misere corruptus hic locus est neque ulla emendandi spes superesse videtur. Omnino multa, ut olim homines docti animadverterunt, in *Midiana* male mulcata et confusa et lacunis hiantia lectoribus negotia facessunt. Locus, quo de agimus, lacunosus est et complura exciderunt, quorum sententiam obscure cernere aliquis fortasse possit, restituere et explere non possit. Coepit Demosthenes dicere de oratoribus qui reo opem essent laturi, de quibus paullo ante dixerat pag. 576. 12. *οὐδείς ἐςιν ὅςις ἐμοὶ τῶν λεγόντων συναγωνίζεται, — ἀλλὰ τούτῳ πάντας αὐτίκα δὴ μάλα συνεξεταζομένους τοὺς ῥήτορας ὄψεσθ' ἐφεξῆς.*

Dixit igitur: *βοηθήσουσιν οἱ λέγοντες* ***, deinde ingens lacuna absorbsit quidquid de reliquis omnibus erat dictum, et quae in libris nostris sequuntur omnia in unum oratorem, Eubulum, scripta sunt sic fere corrigenda: (*praeter hosce pro Midia dicturus est Eubulus*) *οὐχ οὕτω τούτῳ χαρίσασθαι μὰ τοὺς θεοὺς βουλόμεν*ΟϹ *ὡς ἐπηρεάζειν ἐμοὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἔχθραν, ἣν* (*οὗτος* del.) *αὐτῷ πρὸς ἐμὲ — φησὶν εἶναι.* Manifesto post lacunam nescio quis de suo *οὗτος* inseruit. De uno certo oratore haec dici et eum esse Eubulum ex iis quae sequuntur certum est. Lacunas iam in antiquissimis Codicibus, quibus Alexandrini Critici utebantur, fuisse satis constat. Vocabant *διαλείμματα*, et *πληρώματα* sunt Criticorum *supplementa.* cf Schol. ad Aristoph. *Av.* 1342.

Est operae pretium locum adscribere. ad Aristoph. *Vespas* 1272 annotatur: Ἡλιόδωρος μετὰ τὸν ςίχον τόν·

γλωττοποιεῖν εἰς τὰ πορνεῖ' εἰσιόνθ' ἑκάςοτε.

εἰσὶ τόποι ἑπτὰ ἔχοντες ςιγμὰς καὶ ἀλόγως (*sine scriptura*), ὧν ἐκ προχείρου μὲν εὑρεῖν τὸν λόγον οὐκ ἔςι. τὰ δὲ τοιαῦτα ΠΟΛΛΑΚΙϹ ЄΙΠΟΝ ὅτι ὑπολαμβάνω ἐν τοῖς ΠΡΩΤΟΙϹ ἀντιγράφοις φθαρέντα ὅτι μὲν τοσαῦτα ἦν τὸν ἀριθμὸν γνωσθῆναι, οὐ μὴν τίνα. et alius: μετὰ τοῦτον (vs. 1272) διάλειμμα ςίχων (ἑπτά). — μετὰ δὲ τὸ διάλειμμα ἐν πολλοῖς φέρεται ςίχος κτἑ. Magna lacuna in aureolo Hippocratis libello περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων Galenum alias res agentem fefellit. vid. *Mnemos.* 1860. pag. 27.

Etiam alibi in *Midiana* pag. 522. 10 deprensa lacuna est; et sunt complures aliae alibi et apud alios.

Superest in Demosthenis loco mendum. Editur: ἄν τ' ἐγὼ φῶ ἄν τε μὴ φῶ φησὶν εἶναι, ubi alterum φῶ delendum est ex Attica dicendi consuetudine, ut in ἄν τε βούλησθ' ἄν τε μή. Praeterea tollitur τὸ κακόφωνον in φῶ φησίν.

Pag. 583. 12. ex S receperim: παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, ubi alii post αὐτά inutile μέν inserunt, et pag. 583. 35. scripserim: ἐπεὶ ΔЄ pro ἐπειδὴ δέ et in S ἐπειδή.

Pag. 585. 17. εἶτ' ἐφ' ᾗ ἀδείᾳ αὐτοὶ πορεύεσθε ταύτην οὐ βεβαιώσαντες ἐμοὶ βαδιεῖσθε; Libri omnes ἣν ἄδειαν mendose. Reiske substituit dativum, quem Dindorf. recepit. Nollem factum. Graeci dicebant ἐπ' ἀδείας, ἐπὶ πολλῆς ἀδείας, ut ἐπ' ἐξουσίας. Ergo scribendum ἐφ' ἧς ἀδείας.

Pag. 585. 26. ἐάν τε διακοσίους ἐάν τε χιλίους ἐάν θ' ὁπόσους ἌΝ ἡ πόλις καθίσῃ. Scrib. ὁποσουςΔΗ.

Pag. 586. 7. ὑμεῖς ἐὰν βεβαιῶτε αὐτοὺς (τοὺς νόμους) καὶ παρέχητε κυρίους ἀεὶ τῷ δεομένῳ. *Ecce iterum Crispinus.* Iterum transpone τῷ ἀεὶ δεομένῳ. Sed obloquitur Schaeferus admonens: „*cave credas hunc ordinem esse perpetuum*," et indicat locos aliquot corruptos. Poterat addere sexcentos, sed quid prodest? Non pendet ea controversia ex testimoniis librorum sed ex

Graecitatis intelligentia. Si dicitur *παρέχειν κυρίους ἀεὶ τῷ δεομένῳ* coniungenda sunt *παρέχειν ἀεί*, quod cum loci sententia non quadrat. Quod autem apparet Oratorem dixisse ita demum recte dictum erit si *ἀεί* articulo postponetur *τῷ ἀεὶ δεομένῳ*. Imperiti Graeculi, quia non ipsi ita loquebantur, transponere haec solent, sed nemini imponunt, et ubique fraus perpluit ipsius sententiae indicio.

Similiter pag. 206. 2. quum rectissime legeretur: *διὰ τοὺς ἀεὶ πλεονεκτεῖν βουλομένους* nunc ex Codice S perverso ordine legitur *ἀεὶ διὰ τούς*.

Pag. 586. 12. *δεῖ τοίνυν — μήτ' ἔλεον μήτ' ἄνδρα μηδένα μήτε τέχνην μηδεμίαν εὑρῆσθαι [μήτ' ἄλλο μηδὲν], δι' ὅτου παραβάς τις τοὺς νόμους οὐ δώσει δίκην.* Verba *μήτ' ἄλλο μηδέν* in S omissa in aliis mutant locum et sine controversia expungi debent. Dicam unde nata sint: nesciebant Graeculi *δι' ὅτου* esse pro *δι' ἥστινος*, namque *τοῦ* et *του* et *ὅτου* formas esse tribus generibus communes. Vide locum Platonis ubi legendum *περὶ ἄλλης ὁτουοῦν ἀρχῆς* in *Var. Lectt.* pag. 532. Itaque neutrum esse rati *μήτ' ἄλλο μηδέν* addiderunt.

Pag. 586. 16. *ὑμῶν οἱ θεώμενοι τοῖς Διονυσίοις εἰσιόντα εἰς τὸ θέατρον τοῦτον ἐσυρίττετε καὶ ἐκλώζετε καὶ πάντα ἃ μίσους ἐστὶ σημεῖα ἐποιεῖτε.* In S et aliis melioribus pro *καὶ ἐκλώζετε* scriptum est *καὶ ἐκεκράγετε*. Manus Demosthenis apud Harpocrationem servata est v. *Ἐκλώζετε*. Dubitat Dindorf. utrum *ἐσυρίττετε καὶ* retinendum sit an pro interpretamento verbi rarioris *ἐκλώζετε* habendum. Sine controversia est retinendum: utrumque enim duce natura etiam nunc explodentes facere solent, alii sibilant, alii *διὰ τῶν ὀδόντων σίζουσιν*, quod *κλώζειν* veteres appellant. Necesse est etiam ut *duo* verba praecedant nempe ut recte addatur: *καὶ ΠΑΝΤΑ, ἃ μίσους ἐστὶ σημεῖα, ἐποιεῖτε.*

Quod ad Stephani Thes. v. *κλώζω* ex Aristide affertur: *συρίττεσθαί τε καὶ κλώζεσθαι*, et ex Alciphrone: *μὴ λάβῃ χώραν τὰ ἀστικὰ μειράκια κλώζειν ἢ συρίττειν*, ex Demosthenici loci imitatione fluxit.

ΚΑΤ' ἈΝΔΡΟΤΙΩΝΟϹ.

Pag. 593. 11. *αἰτιασάμενος γάρ με ἃ καὶ λέγειν ἂν ὀκνήσειέ τις.* Graeca compositio est: *ἃ κἂν λέγειν ὀκνήσειέ τις.* Ut saepe, *κἂν* in *καὶ* mutatum est et necessarium *ἂν* minus commodo loco insertum.

Pag. 594. 13. *ἐξαπατᾶν δ' ὑμᾶς πειράσεται πλάττων [καὶ παράγων] πρὸς ἕκαστα τούτων κακούργους λόγους.* Dittographia haec est.

Pag. 595. 7. *ἐγὼ δ' οἴομαι μὲν οὐχὶ λέγειν αὐτὸν ἀλήθ*ΕΙΑΝ, *μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς.* Dicitur *λέγειν τὴν ἀλήθειαν*, *πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν*, sed articulus abesse nequit. Legendum *λέγειν αὐτὸν ἀληθῆ.* Scribebatur *ἀλη̑*.

Pag. 595. 22. *θεωρῆσαι τὴν ἀναίδειαν τοῦ τρόπου δι' ὧν ἐγχειρεῖ λέγειν.* Verissime Dobraeus *ἐξ ὧν.* Frequens admodum haec confusio est inter *δι* – et *ἐξ* – et *διεξ* –.

Pag. 596. 16. *διὰ ταῦτα γὰρ* ΤΟΥΤΟΝ *ἔχει τὸν τρόπον ὁ νόμος [μὴ ἐξεῖναι τῇ βουλῇ μὴ ποιησαμένῃ τὰς τριήρεις αἰτῆσαι τὴν δωρεάν] ἵνα μηδὲ πεισθῆναι μηδ' ἐξαπατηθῆναι γένοιτ' ἐπὶ τῷ δήμῳ.* Pronomen *τοῦτον* spectat ad id quod praecedit, ut *τόνδε* ad id quod sequitur. Itaque *τοῦτον τὸν τρόπον* est *eo modo quo ante dixi*, nempe pag. 595. 20. *περὶ τοίνυν τοῦ νόμου τοῦ διαρρήδην οὐκ ἐῶντος ἐξεῖναι μὴ ποιησαμένῃ τῇ βουλῇ τὰς τριήρεις αἰτῆσαι τὴν δωρεάν.* Viden ea ipsa verba nunc insulse esse repetita? Metuebat sciolus ne forte essemus obliti eorum, quae paullo ante orator dixisset.

Pag. 597. 15. *πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων ἀγαθῶν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι κατέστησαν αἴτιοι, ὧν οὐδ' ὁ χρόνος τὴν μνήμην ἀφελέσθαι δύναται.* Haerebam in *οὐδ' ὁ χρόνος*, quasi et aliud quid praeter *longam diem* benefactorum memoriam abolere possit, quae non nisi *τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γίγνεται.* Suspicabar de more scriptum fuisse *ὧν οὐδ*ΕΙϹ *χρόνος τὴν μνήμην ἀφελέσθαι δύναται*, sed nil esse movendum collegi ex loco Hyperidis *κατ' Ἀριστογείτο-*

νος pag. 799. 10. *ἐγὼ δὲ τοὺς προγόνους τοὺς ὑμετέρους καὶ τὰς ἀρετὰς τὰς ἐκείνων ἀνακαλῶ, ὧν οὐδ' Ὁ χρόνος τὴν μνήμην ἠφάνικεν.* Ponitur *οὐδεὶς χρόνος* in futuri temporis significatione ut apud Ciceronem pro Deiot. 37. *haec nulla umquam vetustas obruet, nulla umquam delebit oblivio.*

Continuo sequitur: *ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν ἀρχαῖα καὶ παλαιά. ἀλλ' ἃ πάντες ἑοράκατε ἴσθ' ὅτι πρῴην Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε καὶ Θηβαίους ὑποσπόνδους ἀπεπέμψατε.* Dicam quo modo manifestum in his mendum sanari possit: nam quis concoquat *ἴσε ἃ πάντες ἑοράκατε ὅτι πρῴην Εὐβοεῦσιν ἐβοηθήσατε*? Fuerat, ut opinor, ΑΛΛΑΠΑΝΤϾϹΙϹΘΟΤΙ, deinde scriba quum perperam *ἀλλ' ἃ πάντες ἴσθ' ὅτι* pro *ἀλλὰ πάντες* dedisset, addidit nescio quis *ἑοράκατε*. Rectissime habet locus sic scriptus: *ἀλλ ἐκεῖνα μὲν ἀρχαῖα καὶ παλαιά· ἀλλὰ πάντες ἴσθ' ὅτι πρῴην Εὐβοεῦσιν ἡμερῶν τριῶν ἐβοηθήσατε.* Pugnat etiam *ἑοράκατε* cum verbis *καὶ Θηβαίους ὑποσπόνδους ἀπεπέμψατε.* *Audiverant* enim hoc plerique, non *viderant.*

Pag. 598. 9. postquam dixerat salutem reip. in classe (*ταῖς τριήρεσιν*) esse positam ita pergit: *εἰ γὰρ πάντα τἄλλα* (*ἡ βουλὴ*) *διοικήσειε καλῶς, δι' ὧν δὲ τό τ' ἐξ ἀρχῆς ταῦτ' ἐκτησάμεθα καὶ νῦν σώζομεν ταύτας μὴ ποιήσαιτο* [*τὰς τριήρεις λέγω*] *οὐδὲν ἐκείνων ὄφελος.* Expelle puerile additamentum quasi metueret ne iudices qua de re ageretur obliti essent. Videtur olim in margine adscriptum fuisse *τὰς τριήρεις λ^γε*, id est *λέγει.*

Pag. 598. 20. *οὔτ' ἂν οὗτος ἔχοι λέγειν οὔθ' ὑμεῖς πεισθείητε* [*ἄν*]. Omissum in S *ἄν* expungendum est. Non est suo loco positum. Si addidisset Demosthenes *οὔτ' ἂν ὑμεῖς πεισθείητε* dixisset. Sed percommode in huiusmodi compositione alterum *ἄν* omittitur.

Pag. 599. 20. *ὅτι τοίνυν οὐδ' αἴτιος ἄλλος οὐδεὶς ἀνθρώπων ἐςὶ τοῦ μὴ πεποιῆσθαι τὰς ναῦς σαφῶς ὑμῖν ἐπιδείξω* Audiamus quo pacto id perspicue demonstraverit: *ἀνελοῦσα γὰρ ἡ βουλὴ τὸν νόμον τοῦτον ἐχειροτόνησεν αὐτήν.* Quid tum postea? Ne verbum quidem amplius additur. Quid multis verbis opus est?

Erat in antiquissimo Codice *διάλειμμα*: *complures versus in magna lacuna perierunt*, et est irreparabile damnum.

Satis esto scire illa verba *ἀνελοῦσα γὰρ* — *αὐτήν neque intelligi ullo modo posse neque emendari.* Simul apparet quam nihil auxilii sit in libris *Atticianis*, unde Harpocration haec affert v. Ἀνελοῦσα γὰρ τὸν νόμον τοῦτον ἐχειροτόνησεν αὐτῇ: — ἐν τοῖς Ἀττικιανοῖς διττὴ ἦν γραφή· ἡ μὲν οὕτως· ἀνελοῦσα γὰρ τὸν νόμον τοῦτον ἐχειροτόνησεν αὐτήν. — ἡ δ' ἄλλη· ἀνελοῦσα γὰρ τὸν νόμον τοῦτον ἐχειροτόνησε ΛΑΒΟΥΣΑ 'ΕΚΕΙΝΟΝ αὐτῇ. Utraque lectio non est unius assis, et λαβοῦσα ἐκεῖνον aut ab ipso Attico aut ab alio infelice correctore de suo additum est, idque sine ullo fructu, quia nihil sani ex his verbis extundi potest. Vide autem mihi magistrorum argutias. Quid significare putas: ἀνελοῦσα γὰρ τὸν νόμον τοῦτον ἐχειροτόνησεν αὐτήν? Difficile dictu est, nullus est enim eorum verborum sensus. Sed Harpocration dicet; audi: ἀντὶ τοῦ παραβᾶσα γὰρ τοῦτον τὸν νόμον διαχειροτονίαν περὶ αὐτῆς ἔδωκεν εἰ χρὴ ϛεφανοῦν. Haud vidi magis. Ἀνελεῖν νόμον est παραβῆναι, et ἐχειροτόνησεν αὐτήν est περὶ αὐτῆς ἔδωκε διαχειροτονίαν. Satius est tacere quam talia dicere. Hoc igitur solum tenendum est *locum lacuna hiare et complura verba intercidisse*, quae sanare velle est medicinam facere mortuo.

Erant haec quoque ἐν τοῖς πρώτοις ἀντιγράφοις φθαρέντα et funditus interierunt.

Pag. 601. 11. ᾔδει γὰρ οἶμαι τοῦθ' ὅτι τοὺς ἐν τῇ πόλει γενέσθαι πάντας ὁμοίους ἢ δεινοὺς ἢ θρασεῖς ἢ μετρίους οὐκ ἂν εἴη. Ex animi sententia assentior Dobraeo emendanti: γενέσθαι πάντας ὁμοίΩC δεινοὺς καὶ θρασεῖς οὐκ ἂν εἴη, deletis caeteris. Δεινοὺς ΚΑΙ θρασεῖς coniungenda esse praeter ipsam rei naturam tribus locis in hac ipsa oratione a Dobraeo indicatis Demosthenes declarat: pag. 601. 14. τοῖς θρασέσι καὶ δυνατοῖς λέγειν. pag. 603. 5. εἰπεῖν μὲν δεινοὺς καὶ θρασεῖς. pag. 614. 2. οὕτως ὢν θρασὺς καὶ λέγειν δεινός. Postquam καί in ἢ mutato *duo* genera hominum dici videbantur addidit aliquis ex loco vicino ἢ μετρίους.

Pag. 601. 16. δεῖν δὲ [ᾤετο] μηδένα ἀποϛερεῖσθαι τοῦ δίκης τυχεῖν ὡς ἕκαϛος δύναται. Inutile fulcrum de more magistellus

supposuit. Ut saepe κελεύει et ἐκέλευε scimus interpolari solere, sic etiam supervacuum ἐνόμιζεν, ἡγεῖτο, ᾤετο orationi indirectae scioli addunt de suo. Pendet δεῖν ex praecedenti ἡγεῖτο in verbis: ἔσεσθαι πολλοὺς πονηροὺς ἡγεῖτο, — τοὺς ἰδιώτας οὐ δυνήσεσθαι — λαμβάνειν δίκην. δεῖν δὲ μηδένα ἀποστερεῖσθαι τοῦ δίκης τυχεῖν.

Pag. 602. 12. ἢ δεῖξον οὐ πεποιηκότα ταῦτα σεαυτὸν ἢ δίκην ὕπεχε ΕΙ γέγραφάς τι τοιοῦτος ὤν. Sic libri omnes praeter S, in quo scriptum est ὕπεχε ὧν γέγραφάς τι. Dindorf. ὧν recepit. Recte id quidem sed eadem opera τι expunctum oportuit: δίκην ὕπεχε ὧν γέγραφας τοιοῦτος ὤν.

Pag. 606. 4. κἂν μΕΝ 'ΕΝαντίΑ λέγειν φῇ, μηδένα δ' αὐτῷ πείθεσθαι. Requiritur *dissuadere*, non *contraria* dicere. Itaque ex aliis libris recipiendum κἂν μὲν ἀντιλέγειν φῇ. Saepe S aut solus aut cum paucis aliis exhibet lectiones manifesto vitiosas veluti:
pag. 605. 28. συνεργεῖν pro συνερεῖν.
„ 612. 8. τὸ δ' εἶναι pro τὸ δεῖνα.
„ 615. 8. πλείστοις. pro πᾶσι τοῖς.
similiterque in caeteris orationibus.

Pag. 606. 13. ὀλίγους εἰσπρᾶξαι φήσει πολλὰ χρήματα ἀναιδῶς οὐ τιθέντας. καὶ κατηγορήσει τούτων πρᾶγμα ῥᾴδιον οἶμαι διαπραξάμενος [τῶν μὴ τιθέντων τὰς εἰσφοράς] καὶ φήσει πᾶσαν ἄδειαν ἔσεσθαι τοῦ μὴ τιθέναι τὰς εἰσφορὰς εἰ καταψηφιεῖσθε αὐτοῦ. Quis tam duram habet aurem ut ferre possit τῶν μὴ τιθέντων τὰς εἰσφοράς, quum continuo sequatur ἄδειαν τοῦ μὴ τιθέναι τὰς εἰσφοράς? Praeterea illa verba sunt prorsus otiosa, quia τούτων ad praecedentia refertur. Itaque Dobraeo assentiendum qui haec expungi iussit. Idem pro absurdo aoristo διαπραξάμενος praesens διαπραττόμενος reponebat.

Dindorfius nescio quomodo observationes Dobraei, quo nemo melior Demostheni interpres et emendator obtigit, ita negligit ut eas fere ignorare videatur, quum idem exiles Schaeferi et aliorum annotatiunculas sedulo omnes repetit.

Pag. 607. 28. *οὗτος Εὐκτήμονα φήσας τὰς ὑμετέρας ἔχειν εἰσφορὰς καὶ ταῦτ' ἐξελέγξειν ἢ παρ' ἑαυτοῦ καταθήσειν [ὑποσχόμενος] — ἐπὶ τὴν εἴσπραξιν παρέδυ.* Expunge *ὑποσχόμενος*. Pendent enim *ἐξελέγξειν* et *καταθήσειν* ex *φήσας*. Rectissime igitur prima manus in S omisit *ὑποσχόμενος*. Dicam de eodem loco aliquid infra.

Pag. 608. 21. *ἀλλὰ πῶς; ὡς ὁ νόμος κελεύει, τῶν ἄλλων ἕνεκα· τοῦτο γάρ ἐςι δημοτικόν.* Totidem verbis leguntur haec pag. 751. 2. nisi quod *ἀγορεύει* substituit pro *κελεύει*. Quid sit autem *τῶν ἄλλων ἕνεκα* neque intelligo neque emendare possum.

Pag. 609. 2. *ἀλλὰ παρ' ὑμῖν πότε πώποτε δεινότατα ἐν τῇ πόλει γέγονεν; ἐπὶ τῶν τριάκοντα, πάντες ἂν εἴποιτε.* Mendosum est *πότε πώποτε*. Periit articulus et sic scribendum: *πότε* ΤΩΝ *πώποτε δεινότατα γέγονεν;* Repetuntur eadem verba cum eodem mendo in *Timocratea* pag. 751. 13. Emendate scribitur pag. 705. 8. *νόμῳ* ΤΩΝ *πώποτε ἐν ὑμῖν τεθέντων αἰσχίςῳ καὶ δεινοτάτῳ.*

Pag. 609. 13. *ὁπότ' ἄνθρωπος πένης — ἢ τέγος ὡς τοὺς γείτονας ὑπερβαίνοι ἢ ὑποδύοιτο ὑπὸ κλίνην ὑπὲρ τοῦ μὴ [τὸ σῶμα] ἁλοὺς εἰς τὸ δεσμωτήριον ἕλκεσθαι.* Nescio unde importunum *τὸ σῶμα* irrepserit, sed nisi expunxeris sententia sana non erit; expuncto omnia habent optime.

Iterum deprensum est correctorum facinus pag. 610. 4. *τοῖς μὲν δούλοις τὸ σῶμα τῶν ἀδικημάτων ἁπάντων ὑπεύθυνόν ἐςι, τοῖς δ' ἐλευθέροις κἂν τὰ μέγιςΑ Τύχωσιν ἀδικοῦντες τοῦτό γ' ἔνεςι σῶσαι.* Sic libri plerique omnes. Optimi contra *κἂν τὰ μέγιςα* *'Ατυχῶσιν* omisso *ἀδικοῦντες*. Scriptum erat ΤΑΜΕΓΙCΤΑΤΥΧΩCΙΝ, quod male lectum *τὰ μέγιςα τύχωσιν* pro *τὰ μέγις' ἀτυχῶσιν* emblema peperit *ἀδικοῦντες*. Perverse editur *μέγιςΑ 'Ατυχῶσιν* hiatu intolerabili, quales Editorum vitio apud Demosthenem pullulant. Saepe antiqua scribendi vitia ut h. l. veteres elisiones indicant.

Pag. 611. 2 προσῆκέ σοι τὴν ὀργὴν οὐκ εἰς τῶν πολιτῶν τὸν τυχόντα ἀφιέναι οὐδ' εἰς τὰς ὁμοτέχνους [πόρνας], ἀλλ' εἰς τὸν τοῦτον τὸν τρόπον σε θρέψαντα. In libris est ὁμοτέχνους σοι πορνάς, in S ὁμοτέχνους πόρνας, sed inepta sunt haec emblemata ex pag 610. 17. Σινώπην προσηνεχύραζε καὶ Φανοςράτην ἀνθρώπους πόρνας. Omnia sunt in verbis εἰς τὰς ὁμοτέχνους. Non poterat mordacius quam sic dicere.

Pag. 611. 15. διὰ τὴν αὐτοῦ βδελυρίαν καὶ θεοῖς ἐχθρίαν. Sic optime optimus omnium liber S. In caeteris est θεοῖς ἐχθρὰν αἰσχροκέρδειαν. Erat in vetusto Codice, unde S manavit, ΘΕΟΙCΕΧΘΡΙΑΝ, quod uno verbo erat scribendum θεοισεχθρίαν, non duobus θεοῖς ἐχθρίαν, ut Dindorfius edidit. Est enim, ut grammatici loquuntur, ἐκ δύο ἕν, ex appositione compositio ut in Ἄρειος πάγος Ἀρεοπαγίτης, Μεγάλη πόλις Μεγαλοπολίτης, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἀνδραγαθία, καλὸς κἀγαθὸς καλοκἀγαθία, sic igitur ex θεοῖς ἐχθρός natum est θεοισεχθρία. Dindorfius ipse rectissime Aristophani reddidit *Vesp.* 418.

ὦ πόλις καὶ Θεώρου θεΟΙCεχθρία.

pro θεοσεχθρία. Quo magis miror prorsus idem mendum eodem modo natum a Dindorfio non esse animadversum apud Demosthenem pag. 761. 14. οὐδεμίαν γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοις ἄλλην πρόφασιν, δι' ἣν τοιοῦτον ἐπήρθης εἰσενεγκεῖν νόμον ἢ τὴν σαυτοῦ θεοῖς ἐχθρὰν αἰσχροκέρδειαν. Etiam hic fuerat olim in libris ΘΕΟΙCΕΧΘΡΙΑΝ, quod quum non satis caperent θεοῖς ἐχθρΑΝ dederunt, et quia sic nomen aliquod abesse videbatur, αἰσχροκέρδειαν de suo addiderunt. Passim θεοῖς ἐχθρός et θεοῖσιν ἐχθρός legitur, sed semper et ubique de *homine* dicitur, non de vitio aliquo vel flagitio, quae omnia perinde *diis odio* fuisse satis ex ipsa re constat. Etiam θεοφιλεῖς et θεομισεῖς et φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσι semper de *hominibus* dici solent, ut pag. 687. 19. διὰ τὴν τῶν καταράτων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ῥητόρων πονηρίαν, et sexcenties alibi.

Pag. 612. 2 enumerans maledicta, quibus importunus Androtion cives incessebat: τὸν μέν, inquit, δοῦλον ἔφη καὶ ἐκ δούλων εἶναι, — τῷ δὲ παῖδας ἐκ πόρνης εἶναι, τοῦ δὲ τὸν πατέρα ἡταιρηκέναι, τοῦ δὲ τὴν μητέρα πεπορνεῦσθαι, — τὸν δὲ τόδ' εἶναι.

Sic optimi omnes *τόδ' εἶναι* sine sensu. Veram lectionem felicissime reperit nescio quis Graecus corrector, nempe *τὸ δεῖνα*. Antiqua scriptura ΤΟΔΕΙΝΑ scribas fefellerat.

Nonnumquam sic ex libris deterioribus optimae lectiones prodeunt ab acuto lectore profectae.

Pag. 613. 2. *εἶθ' οὗτοι — τὰ τῆς σῆς ἀναισθησίας καὶ πονηρίας ἔργα ἐφ' ἑαυτοὺς ἀναδέξωνται;* Saepius apud Demosthenem *αἰσχύνεσθαι* et *αἰσθάνεσθαι* confusa sunt, ut alio loco ostendam. Idem nonnumquam factum est in nominibus *ἀναισχυντία* et *ἀναισθησία*. Est tamen aliquid inter *impudentiam* et *stuporem*, ut facile ex cuiusque loci sententia appareat utra sit lectio verior. Itaque h. l. ubi libri variant in *ἀναισθησίας* et *ἀναισχυντίας* contexta oratio facile demonstrat hoc unice esse verum.

Pag. 613. 8. *σώζειν ὑμῖν τοὺς τοιούτους προσήκει καὶ μισεῖν τοὺς οἷΟΣπερ οὗτος.* Boni libri *οἵουσπερ*. Hanc esse manum Demosthenis et quae sit huius attractionis usus et ratio multis ostendimus in *Var. Lectt.* pag. 500.

Pag. 614. 18. *ὁμοῦ μετοίκους, Ἀθηναίους* ΔΕΩΝ *ἀπάγων*. Scribendum ex perpetuo Atheniensium usu *δῶν* non *δέων*. Dicam de his formis alio loco.

Pag. 614. 28. *ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα* ΜΕΝ *τοιοῦτός ἐστιν, — ἄλλα δ' ἔσθ' ἃ καλῶς διῴκηκεν. ἀλλὰ τἄλλ' οὕτω προσελήλυθε πάντα πρὸς ὑμᾶς ὥστε ἥκιστα* ΕΝ *οἷς ἀκηκόατε ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι.*

Habent hoc oratores Attici, ut si quid esset antea a se (nonnumquam et ab aliis) scite et eleganter dictum aut feliciter enuntiatum, aut quodlibet dicendi *κατόρθωμα*, quo audientium animi gravius commoverentur et impellerentur, lubenter semel et iterum alias atque alias iterarent. Non illepide dixit Isocrates pag. 101. B. *μωρὸς ἂν ἦν — εἰ τοὺς ἄλλους ὁρῶν τοῖς ἐμοῖς χρωμένους αὐτὸς* ΜΟΝΟΣ *ἀπειχόμην τῶν ὑπ' ἐμοῦ πρότερον εἰρημένων.* Demosthenes quoque saepius ea, quae plausum aliquando tulissent et iudicibus et coronae admirationem movissent, repetere solet iisdem plane verbis aut nonnihil tantum mutatis. Quod *κατ' Ἀνδροτίωνος* dixerat pag. 595. 15. *οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους*

ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφεύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων προήλω σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως ἂν σὺ νῦν δίκην δῷς ἄλλος οὐ γράψει. quum vehementer esset probatum, triennio post *κατ' Ἀριςοκράτους* pag. 653. 17. dixit: *οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω διὰ τοῦτ' ἀποφεύγειν σοι προσήκει ἀλλὰ τοὐναντίον πολὺ μᾶλλον ἁλίσκεσθαι διὰ ταῦτα. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων ἑάλω σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς ἄλλος οὐ γράψει.*

Ad eundem modum locos ex *Androtionea* in *Timocrateam* tertio post anno habitam transtulit, et in his locum, de quo agimus pag. 755. 3. *ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα* ΜΟΝΟΝ *τοιοῦτοι γεγόνασιν — ἄλλα δ' ἔσθ' ἃ καλῶς διῳκήκασιν. ἀλλὰ καὶ τἆλλα οὕτω προσεληλύθασι πρὸς ὑμᾶς ὥσθ' ἥκιςα* 'ΕΝ *οἷς ἀκηκόατε ἄξιόν ἐςι μισεῖν αὐτούς.* His inter se comparatis patet utrobique scribendum *ταῦτα* ΜΕΝ, id quod ipsa oppositionis ratio postulat. In priore loco *μέν* in S intercidit, in altero corruptum est (ut saepe) in *μόνον.* Praeterea mendum inest utrique loco commune. Vitiose enim dicitur *μισεῖν αὐτοὺς* 'ΕΝ *οἷς ἀκηκόατε*, et quis non sentit 'ΕΦ' *οἷς ἀκηκόατε* esse verum?

Pag. 616. 9. *ταῦτα μὲν τοίνυν — ἠφάνιςαι καθαιρεθέντων τῶν ςεφάνων· ἐπὶ ταῖς φιάλαις δ' ἃς ἀντ' ἐκείνων ἐποιήσατο ὑμῖν [ὁ πόρνος οὗτος] „Ἀνδροτίωνος ἐπιμελομένου" [ἐποιήθησαν] ἐπιγέγραπται· καὶ οὗ τὸ σῶμα ἡταιρηκότος οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι εἰς τὰ ἱερὰ εἰσιέναι, τούτου τοὔνομα ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐπὶ ταῖς φιάλαις γεγραμμένον ἐςίν.* Eadem propemodum verba de eadem re scripta leguntur pag. 756. 19. In priore loco prima manus in S omisit *ὁ πόρνος οὗτος.* Rectissime, ut opinor, namque iis omissis multo acrior et vehementior ad animum et aures accidit sequens oratio: *οὗ τὸ σῶμα ἡταιρηκότος κτέ.* In exitu loci legitur in *Timocratea:* *„Ἀνδροτίωνος ἐπιμελομένου." ἐπιγέγραπται*, omisso *ἐποιήθησαν.* Haec quoque est vera et antiqua lectio, namque perspicuum est in ipsis donariis *ἐποιήθησαν* scriptum non fuisse.

Praeterea in utroque loco legendum: *ἃν ὑπομνήμα*Τ' *ἦσαν ὄντες οἱ ςέφανοι*, pro *ὑπόμνημα*Α *ἦσαν.*

Pag. 616. 24. *καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος κακὰ εἰργασμένοι εἰς τοῦθ' ἅμα ἀναισθησίας καὶ τόλμης προεληλύθασιν ὥστε μέμνηνται τούτων ὡς καλῶς αὐτοῖς διῳκημένων ὥσθ'* 'Ο ΜΕΝ *οἴεται δι' ἐκεῖνον ὑφ' ὑμῶν σωθήσεσθαι*, 'Ο ΔΕ *παρακάθηται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις*. Dobraeus expunxit verba *ὥστε μέμνηνται — διῳκημένων*. Inepte repetitum *ὥστε — ὥσθ' ὁ μέν* certum corruptelae indicium est. Sed multo gravior subest labes. De quibus tandem loquitur quum dicit *ὁ μὲν — ὁ δέ*? In iis omnibus quae praecedunt solus Androtion exagitatur, et in iis quae continuo sequuntur (616. 29.) *οὕτω δ' οὐ μόνον εἰς χρήματα ἀναιδ*ΗΣ *ἀλλὰ καὶ σκαι*ΟΣ *ἐστι κτέ.* de solo Androtione sermo est. Unde igitur necopinato inde a pag. 616. 18 — 616. 29. *duos* insimulat: *τὴν μὲν θεὸν τοὺς στεφάνους σεσυλήκασι, τῆς πόλεως δὲ τὸν ζῆλον ἠφανίκασι, τοὺς δ' ἀναθέντας δόξαν οὐ μικρὰν ἀφῄρηνται*? et addit: *eo stuporis et audaciae processerunt ὥσθ' ὁ μὲν οἴεται δι' ἐκεῖνον σωθήσεσθαι, ὁ δὲ παρακάθηται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις*? Dicam. Demosthenes non ita multo post quam scripserat orationem *κατ' Ἀνδροτίωνος* alteram orationem composuit *κατὰ Τιμοκράτους*, qui una cum Androtione multa improba facinora et flagitia commiserat. Itaque Orator quae prius in Androtione solo asperrime exagitaverat eadem nunc utrique exprobravit et in ea parte accusationis eadem crimina iisdem prope verbis, quibus antea usus fuerat, exposuit. Quae leguntur in *Timocratea* pag. 750. 3. *καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ᾧ μέγιστον φρονεῖ κτέ.* usque ad pag. 758. 21. — *ἠγνευκέναι τοιούτων ἐπιτηδευμάτων οἷα τούτῳ βεβίωται*, ea fere omnia paucissimis mutatis et modo omissis modo additis nonnullis leguntur in *Androtionea* a pag. 607. 25. *καὶ πρῶτον μὲν ἐφ' ᾧ μέγιστον φρονεῖ κτέ.* usque ad finem pag. 618. 10. — *ἠγνευκέναι τοιούτων ἐπιτηδευμάτων οἷα τούτῳ βεβίωται.*

Demosthenes autem ubi coepit eadem quae antea iam dixerat iisdem prope verbis iterare, haec praemittit pag. 749. 28. *λέξω δ' οὐδὲν ὧν ἀκηκόαθ' ὑμεῖς*, ΕΙ ΜΗ *τινες ἄρα ἐπὶ* (leg. *ἐν*) *τοῖς Εὐκτήμονι γιγνομένοις ἀγῶσι παρῆσαν.* Habemus confitentem reum, nam perinde est ac si dixisset: *dicam eadem quae in causa Euctemonis* (id est *κατ' Ἀνδροτίωνος* pag. 593. 1) *ante dixi.*

Si sine fraude aut confusione eadem bis scripta haberemus, egregium ad constituendum textum Demosthenis subsidium et

adiumentum id nobis fuisset. Nunc quod Terentius in fabulis Comicorum fecisse arguebatur nec ibat inficias in *Andriae* prologo 13.

quae convenere in Andriam ex Perinthia
fatetur transtulisse.

idem in duabus his orationibus scribae commiserunt, qui in *Androtioneam* ex *Timocratea* transtulerunt nonnihil idque quod minime conveniebat.

In his locus est, quo de agimus. In *Timocratea* dixit pag. 757. 5. *καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος κακὰ εἰργασμένοι εἰς τοῦτ' ἀναισθησίας καὶ τόλμης προεληλύθασιν ὥσθ' ὁ μὲν* (Timocrates) *οἴεται δι' ἐκεῖνον* (Androtionem) *ὑφ' ὑμῶν σωθήσεσθαι, ὁ δὲ* (Androtion) *παρακάθηται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις.* Recte se habent omnia et plena et perspicua sunt. Androtion enim dicendo valebat, auctore Demosthene pag. 594. 14. *ἔστι γὰρ* (Androtion) *τεχνίτης τοῦ λέγειν καὶ πάντα τὸν βίον ἐσχόλακεν ἐνὶ τούτῳ.* Itaque Timocrates Androtionis eloquentia fretus dicitur pag. 749. 16. exitum iudicii minime extimescere. Audi Demosthenem ipsum: *διεξιόντος* (*τινὸς*) *ὡς χαλεπὸν τὸν ἀγῶνα ὑπολαμβάνοι τόνδε, τετυφῶσθαι τὸν ταῦτα λέγοντ' ἔφη* (Timocrates). *συμπαρέσεσθαι γὰρ Ἀνδροτίωνα ἑαυτῷ καὶ τοιούτους λόγους σχολὴν ἄγοντα ἐσκέφθαι περὶ πάντων ὥστ' εὖ εἰδέναι ὅτι οὐδὲν αὐτῷ γενήσοιτο φλαῦρον ἀπὸ τῆς γραφῆς τῆσδε.* Indignabundus addit: *καὶ δῆτα καὶ τεθαύμακα τὴν ἀναισχυντίαν τούτου τε κἀκείνου, τοῦ μὲν* (*Timocratis*) *εἰ καλεῖ, τοῦ δὲ* (*Androtionis*) *εἰ πάρεισι καὶ συναπολογήσεται.* Itaque rectissime et planissime nunc quidem dixit: *ὁ μὲν οἴεται δι' ἐκεῖνον σωθήσεσθαι, ὁ δὲ παρακάθηται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις.*

Inspiciamus nunc *τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος λόγον*, ubi eadem leguntur pag. 616. 24. *καὶ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος κακὰ εἰργασμένοι εἰς τοῦθ' ἅμα ἀναισθησίας καὶ τόλμης προεληλύθασιν ὥστε μέμνηνται τούτων ὡς καλῶς αὐτοῖς διῳκημένων ὥσθ'* ʽΟ ΜΕΝ *οἴεται δι' ἐκεῖνον ὑφ' ὑμῶν σωθήσεσθαι,* ʽΟ ΔΕ *παρακάθηται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις.* Vide mihi quam sint haec absurda. Qui sint hi *duo* improbi nemo scire potest: omnia quae praecedunt et reliqua omnia in *unum* Androtionem dicta sunt. Nunc necopinato pluralis numerus auditur *πεπραγμέν' αὐτοῖς — σεσυλήκασιν — ἠφανίκασιν — ἀφῄρηνται*, et comme-

morantur *duo* homines, quorum alter repente de coelo delapsus est. Sed hoc quidem evidens est et manifestum de *reo* haec dici: ὁ μὲν δι᾽ ἐκεῖνον οἴεται σωθήσεσθαι. Quis praeter ipsum reum (τὸν Φεύγοντα) dici potest σωθῆναι ἢ ἀπολέσθαι, id est ἀποφυγεῖν ἢ ἁλῶναι? Quid in iudiciis usitatius quam ut *absolutio* dicatur *salus* et σωτηρία, et *condemnatio exitium* et ὄλεθρος. Itaque Androtion disertissimus oratorum dicitur spem salutis in alio nescio quo (δι᾽ ἐκεῖνον) positam habere, et alius incertum quis impudens παρακάθηται καὶ οὐ καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις.

Sed cur plura verba perdam in re aperta? *contaminatae sunt*, ut utar verbo Terentiano, duae orationes et locus ex altera stolide in alteram translatus est. Verba pag. 616. 18. τρία τοίνυν ἐκ τούτου — καταδύεται τοῖς πεπραγμένοις interpolata sunt ex pag. 756. 28. Ad priorem locum Aristarchus ὀβελὸν μετ᾽ ἀςερίσκου apposuisset ὅτι ἐςὶ μὲν τοῦ ῥήτορος, κακῶς δ᾽ ἐνθάδε κεῖται.

Nemo, opinor, ex iis, quorum de his rebus iudicium est, causa cognita mihi contradicet.

Ubi igitur satis constat hunc locum ex illo ad verbum esse descriptum, componamus utramque scripturam. In loco genuino sana et integra sunt omnia: εἰς τοῦτ᾽ ἀναισθησίας καὶ τόλμης προεληλύθασιν ὥσθ᾽ ὁ μὲν οἴεται κτἑ. In loco hinc descripto vitiose legitur: εἰς τοῦτ᾽ ἀναισθησίας καὶ τόλμης προεληλύθασιν [ὥςε μέμνηνται τούτων ὡς καλῶς αὐτοῖς διῳκημένων] ὥσθ᾽ ὁ μὲν οἴεται κτἑ.

Lubens nunc quaererem ex iis qui Criticorum audaciam urentium et secantium et multa resecantium aut palam insimulant aut taciti indignantur, sitne hic locus interpolatus an non sit, itemque utrum emblema sit expungendum nec ne. Qui victi veritatis viribus nunc quidem assentientur, forte in caeteris posthac verius et rectius, vel saltem mitius et clementius, de talibus iudicabunt.

Recte vidit Dobraeus quo pacto verba spuria nata sint: nempe pro ΩCΘΟΜΕΝΟΙΕΤΑΙ mendose ὥςε μέμνηνται lectum est: „*deinde reliqua* (inquit) *addita ob sensum*."

Est operae pretium ad hanc lucem locos quosdam ex *Androtionea* et *Timocratea* inter se comparare ut de verborum scriptura

certum iudicium ferri possit. Legitur *κατ' Ἀνδροτίωνος* pag. 607. 28. *οὗτος Εὐκτήμονα φήσας τὰς ὑμετέρας ἔχειν εἰσφορὰς καὶ ταῦτ' ἐξελέγξειν ἢ παρ' ἑαυτοῦ καταθήσειν ὑποσχόμενος, καταλύσας ψηφίσματι κληρωτὴν ἀρχὴν ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ ἐπὶ τὴν εἴσπραξιν παρέδυ.* et in *Timocratea* pag. 750. 5. *αἰτιασάμενος γὰρ Εὐκτήμονα τὰς ὑμετέρας ἔχειν εἰσφορὰς καὶ τοῦτ' ἐξελέγξειν ἢ παρ' ἑαυτοῦ καταθήσειν ὑποσχόμενος καταλύσας — παρέδυ.* In priore loco *ὑποσχόμενος* spurium est et expungendum. Duo infinitivi *ἐξελέγξειν* et *καταθήσειν* pendent ex participio *φήσας*, ut in loco vicino pag. 608. 15. *τὸν μὲν Εὐκτήμονα, ὃν εἰσπράξειν ἢ καταθήσειν αὐτὸς ἔφη τὰς εἰσφοράς, οὐδὲν εἶχεν ἐλέγχειν περὶ τούτων.* Unde sit natum *ὑποσχόμενος* apertum est: e *Timocratea* hoc translatum esse vides, ubi tam necessarium est ut nostro loco supervacaneum. Inspice nunc Codicem S. Secunda manus *correctoris* *ὑποσχόμενος* addidit in alio libro repertum. Hoc est illud *ἀντεβλήθη* et *διώρθωται* toties Demosthenis orationibus subscriptum. Contulit nescio quis inter se duos libros veteres (an plures) et lectiones inde excerptas aut in textum sui libri aut in margines transtulit. Factum esse nonnumquam ut *ἡ διόρθωσις* esset *παραδιόρθωσις* hic ipse locus declarat.

Sequitur pag. 608. 2. *δημηγορί*AC *δ' ἐπὶ τούτοις ποιούμενος ὡς ἔςι τριῶν αἵρεσις ἢ τὰ πομπεῖα κατακόπτειν ἢ πάλιν εἰσφέρειν ἢ τοὺς ὀφείλοντας εἰσπράττειν αἱρουμένων εἰκότως ὑμῶν τοὺς ὀφείλοντας εἰσπράττειν κτἑ.* In *Timocratea* pag. 750. 12. melius scribitur *δημηγορί*AN *ποιούμενος*, nam *semel* de hac re eum dixisse patet. Idem utrobique vitium additis duabus litterulis sic sanandum: — *ὑμῶν* TO *τοὺς ὀφείλοντας εἰσπράττειν.*

Novum exemplum loci ex *Timocratea* interpolati videbis pag. 614. 2. *ἐνταῦθ' ἐφάνης κηδεμὼν ὧν οὗ σε πολλοὺς ἔδει κακῶς ποιῆσαι. βούλεσθε τὸ τούτων αἴτιον ἐγὼ ὑμῖν εἴπω, ὅτι τούτων μὲν μετέχ*OYCIN *ὧν ἀδικοῦσιν ὑμᾶς τινές, ἀπὸ δὲ τῶν εἰσπραττομένων ὑφαιρ*OYNTAI· *δι' ἀπληςίαν δὲ τρόπων διχόθεν καρπ*OYN*ται τὴν πόλιν.* Cur plurali utitur? de solo Androtione cogitat et loquitur. Inspiciamus libros: in S legitur: *ὅτι τῶν μὲν ὑφαιρ*ЄITAI omissis mediis et *καρπ*OYT*ται* pro *καρποῦνται.* Rectissime servavit bis singularem numerum, namque haec est

vera et antiqua lectio: *ὅτι τούτων μὲν μετέχ*ΕΙ *ὧν ἀδικοῦσιν ὑμᾶς τινές, ἀπὸ δὲ τῶν εἰσπραττομένων ὑφαιρ*ΕΙΤΑΙ· *δι' ἀπληςίαν δὲ τρόπων διχόθεν καρπ*ΟΥ*ται τὴν πόλιν.* Unde haec nata est perturbatio? Nempe ex *Timocratea* pag. 754. 8. *ἐνταῦθ' ἐφάνηθ' ἡμῶν κηδόμενοι οὓ πολλοὺς ἔδει κακῶς ποιῆσαι. βούλεσθε — μετέχουσιν — ὑφαιροῦνται — καρποῦνται τὴν πόλιν.*

Res est, credo, satis perspicua. Vides in S lacunam esse inter ΤΩΝΜΕΝ — ΥΦΑΙΡΕΙΤΑΙ, quam ex alio libro interpolato corrector in margine explevit.

In Timocratea pag. 752. 13. paullo aliter eadem formavit: *τοῖς μὲν δούλοις — ὑπεύθυνόν ἐςι, τοῖς δ' ἐλευθέροις* ΥΣΤΑΤΟΝ *τοῦτο προσήκει κολάζειν.* Intellexit enim se antea nimium dixisse, quia tot liberi cives capite plectebantur.

ΚΑΤ' ἈΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ.

Pag. 622. 24. *εἰ μὴ πάνυ τῶν αἰσχρῶν ἐνόμιζον εἶναι νῦν μὲν ἡσυχίαν ἄγειν* [*καὶ σιωπῆσαι*], — *πρότερον δὲ εἰπεῖν.* Necessarium est *praesens σιωπᾶν*, sed ad *ἡσυχίαν ἄγειν* adscripsit aliquis *καὶ σιωπῆσαι.* *Νῦν μὲν — πρότερον δέ* ita componuntur ut *νῦν μὲν* praesens habeat, *πρότερον δέ* aoristum vel imperfectum. *Ἡσυχίαν ἄγειν* pro *tacere* notum est, ut pag. 40. 3. *εἰ μὲν ἤρεσκέ τί μοι τῶν ῥηθέντων ἡσυχίαν ἂν ἦγον.*

Pag. 624. 8. *ἐσκόπουν οὖν τίν' ἂν τρόπον — ὁ Χαρίδημος ἀσφαλῶς πάντα καταςρέψαιτο. εἰ πρῶτον μὲν ἄν τις αὐτὸν ἀποκτείνῃ ψήφισμα ὑμέτερον γένοιτο ἀγώγιμον εἶναι. δεύτερον δὲ εἰ χειροτονηθείη ςρατηγὸς ὑφ' ὑμῶν* [*Χαρίδημος*]. Manifesta in h. l. lacuna est et clamat sententia excidisse aliquid huiuscemodi: (*σκοποῦντες δὲ εὕρισκον ῥᾷς' ἂν σφισι τοῦτο γενόμενον*) *εἰ πρῶτον μέν κτἑ.* aut aliud quid in eandem sententiam. Deinde transponenda sunt quae sequuntur in hunc modum: *εἰ πρῶτον μὲν ψήφισμα ὑμέτερον γένοιτο· ἄν τις αὐτὸν ἀποκτείνῃ ἀγώγιμον εἶναι*, quae verba ex ipso plebiscito sumta ineptissime dirimuntur interpositis verbis *ψήφισμα ὑμέτερον γένοιτο.* Denique in fine loci expunge *Χαρίδημος* pueriliter additum.

Pag. 625. 9. *καίτοι πῶς ἂν τεχνικώτερον ἢ κακουργότερον*

συμπαρεσκευάσαν ἄνθρωποι ὅπως οἱ μὲν ἐκπεσοῦνται τῶν βασιλέων, εἷς δὲ — πᾶσαν ὑφ' αὑτὸν ποιήσεται τὴν ἀρχὴν ἢ τοὺς μὲν τοῖν δυοῖν βοηθήσαντας ἂν εἰς φόβον καὶ συκοφαντίας εὐλάβειαν καθιςάντες, ΤΩΙ *δὲ τῷ ἑνὶ* (sic recte Dobraeus pro *τῷ δ' ἑνὶ*) *πράττοντι τὴν ἀρχὴν τοσαύτην ἐξουσίαν διδόντες*; Interpolata his sunt in libris omnibus post *καθιςάντες* haec verba: *ἣν εἰκὸς προσδοκᾶν ἐκείνους ἐφ' ἑαυτοὺς ἐλθεῖν ἂν διὰ τοῦ ψηφίσματος τουτουΐ*, quibus plerique addunt insulsiora etiam haec: *εἴ τι πάθοι Χαρίδημος.* Optime omnia haec deleri iussit Dobraeus „*ex pag.* 624. 20. *orta*" esse admonens.

Pag. 626. 9. *ὧν μὲν τοίνυν ἕνεκ' ἐρρήθη τὸ προβούλευμα [ἵνα κυρώσειεν ὁ δῆμος ἐξαπατηθείς] καὶ δι' ἃ τὴν γραφὴν ἐποιησάμεθ' ἡμεῖς ταυτηνὶ [βουλόμενοι κωλῦσαι] ταῦτ' ἐςὶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.* Non tantum ineptissime interposita sunt quae uncinis inclusimus, sed prior etiam pars manifesto cum Oratoris sententia pugnat. Non enim *ἵνα κυρώσειεν ὁ δῆμος ἐξαπατηθεὶς διεπράξαντό τινες τοῦτο γενέσθαι τὸ προβούλευμα*, sed *βουλόμενοι παραδοῦναι ἑνὶ τῷ Κερσοβλέπτῃ τὴν ἀρχὴν ἅπασαν*, ut paullo ante dixerat pag. 623. 24. Sumsit sua interpolator ex pag. 625. 7. Nec minus stolide *βουλόμενοι κωλῦσαι* inserta sunt, quia haec ipsa et haec unica causa erat cur Orator *τὴν γραφὴν ἐποιήσατο.*

Pag. 626. 12. *δίκαιον δ' ἐςὶν ἴσως ἐμὲ — αἵρεσιν ὑμῖν δοῦναι τοῖς ἀκουσομένοις τί πρῶτον* ῍Η *τί δεύτερον* ῍Η *τί τελευταῖον βουλομένοις ἀκούειν ὑμῖν ἐςίν.* Natura rei postulat ut corrigatur: *τί πρῶτον* ΚΑΙ *τί δεύτερον* ΚΑΙ *τί τελευταῖον.* Tria erant accusationis capita, de quibus necesse erat et accusatorem dicere et iudices audire, sed quid primum, quid secundum, quid ultimum audire mallent iudicibus optionem facit, in qua re disiunctivae particulae nullus locus est.

Pag. 629. 11. *ἄκριτον τοῖς ἐπαιτιασαμένοις παρέδωκεν ὅ τι ἂν βούλωνται χρῆσθαι τὸν οὐδ' εἰ πεποίηκέ πω φανερόν.* Ad integritatem sententiae unum vocabulum deest. Legendum: *οὐδ' εἰ πεποίηκέ πω φανερὸν* ῎ΟΝΤΑ.

Pag. 630. 21. *ὡς ὁ νόμος τάττει δοῦναι δίκην.* alius liber *πράττει* tralaticio errore pro *προστάττει.*

Pag. 630. 27. *τὸ δὲ μηδ' ἀποινᾶν μὴ χρήματα πράττεσθαι. τὰ γὰρ χρήματα ἄποινα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί.* Turbant libri in collocatione verborum. In melioribus legitur: *τὰ γὰρ ἄποινα χρήματα*, quod manifesto mendosum est. Suspicor verum esse: *ἄποινα γὰρ τὰ χρήματα ὠνόμαζον οἱ παλαιοί*, nisi forte Dobraei sententia est potior, cui haec „*omnia una litura sananda*" esse videntur, et sunt sane umbratico magistro quam Demosthene digniora. *Ἄποινα* appellabantur *τὰ λύτρα*, et *ἀποινᾶν* apud Draconem et Solonem erat *χρημάτων λύεσθαι, ἀπολυτροῦν.*

Pag. 632. 24. *ἐνταῦθα γὰρ, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, τἀρχαῖα συνῇσαν οἱ πρόσχωροι παρά τε ἡμῶν καὶ τῶν ἀστυγειτόνων.* *Olim*, *antiquitus* Graece dicitur *τὸ ἀρχαῖον, τἀρχαῖον*, quod reponendum. Thucyd. II. 99. *Τημενίδαι τὸ ἀρχαῖον ὄντες ἐξ Ἄργους*, et passim apud omnes.

Pag 633. 10 *ἂν δ' ἔξω τούτων κτείνῃ τις αὐτὸν [ἄλλοθί που].* S omittit *που.* Tu si sapis auctore Reiskio *ἄλλοθι* quoque omittes.

Pag. 633. 21. *οἷς ὁ νόμος δέδωκε — μετ' ἀσφαλείας ζῆν φυγοῦσιν*, imo vero *φεύγουσιν.*

Post pauca ita dicit: *ἀφαιρεῖται τὸ τῆς συγγνώμης ὠφέλιμον, ὃ τοῖς ἀτυχοῦσιν ὑπάρχειν εἰκὸς παρὰ τῶν ἔξω τῶν ἐγκλημάτων ὄντων ὅτῳ ποτὲ τῶν πάντων ἀπόκειται ἄδηλον ὂν [μὴ προδήλου τῆς ἐπιούσης τύχης οὔσης ἑκάστῳ].* Bis plane idem aliis verbis dicitur, primum *ἀττικιστί* et more Thucydideo *ἄδηλον* ὌΝ *ὅτῳ ποτὲ τῶν πάντων ἀπόκειται*, deinde forma pervulgata *μὴ προδήλου οὔσης τῆς τύχης τῆς ἐπιούσης.* Itaque ultima verba interpreti, qui addidit, reddenda censeo.

Pag. 635. 19. *ὁ νόμος δὲ [οὐ μόνον] οὐκ ἐλαύνειν ἀλλ' οὐδὲ ἄγειν ἐᾷ.* S omittit *οὐ μόνον.* Optime, nam emergit Attica dicendi consuetudo: *ὁ νόμος δὲ οὐχ* ὍΤΙ *ἐλαύνειν ἀλλ' οὐδὲ ἄγειν ἐᾷ.* Saepius impingunt scribae in hoc loquendi genere *οὐχ ὅτι, μὴ ὅτι, οὐχ ὅπως* sequente *ἀλλὰ καί* vel *ἀλλ' οὐδέ.* Recte scribitur pag. 671. 11. *οὐχ ὅτι στρατηγὸς — ἀλλ' οὐδ' ὁ τυχὼν ἄνθρωπος.* et pag. 702. 1. *οὐχ ὅτι τῶν ὄντων ἂν ἀπεστερήμην ἀλλ' οὐδ' ἂν ἔζων.* et

pag. 1276. 27. *μὴ ὅτι δίκην λαβεῖν ἀλλὰ μὴ προσοφλεῖν ἀγαπήσαιμ' ἄν.* Sed peccatum est in *Midiana* pag. 517. 11. *οὐ γὰρ ὅπως [μὴ] τὸ σῶμα ὑβρίζεσθαί τινος — ἀλλὰ καὶ κτἑ.* ubi solus S rectissime *μή* omittit. Similiter pag. 911. 20. *ἀλλὰ μὴ ὅτι ὁ Λάμπις [οὐκ] ἐφθέγξατο ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς οὗτος.* ubi iterum solus S veram lectionem servavit negatione omissa.

Pag. 637. 28. *ὑπὲρ ὧν τοῖς πολεμίοις μαχόμεθα ἵνα μὴ πάσχωσιν ὑβριϛικὸν μηδ' ἀσελγὲς μηδὲν, ὑπὲρ τούτων καὶ τοὺς φιλίους ἐὰν παρὰ τὸν νόμον εἰς αὐτοὺς ὑβρίζωσιν [καὶ διαφθείρωσιν] ἔδωκεν ἀποκτεῖναι.* Frigidum et iners *διαφθείρωσιν* interpretandi causa aliquis in margine adscripserat, unde se in textum cum copula insinuavit.

Pag. 639. 7. *ἐὰν ἄγοντα ἢ φέροντα βίᾳ ἀδίκως εὐθὺς ἀμυνόμενος κτείνῃ νηποινὶ τεθνάναι [κελεύει].* Absurdum est coniungere *κελεύει τεθνάναι*, ut si Latine dixeris *iure caesum esse* IUBET. Gravius etiam Graece peccatur, quia Latine passivum ponitur *abiici iubet*, *necari iussit*, Graece activum *ἀπορρῖψαι κελεύει*, *ἀποκτείνειν ἐκέλευσεν.* Solemnem in talibus ellipsin sciolus imperite explevit.

Pag. 640. 6. *ὃς ἂν ἄρχων ἢ ἰδιώτης αἴτιος ᾖ τὸν θεσμὸν συγχυθῆναι τόνδε*, soloeca erit oratio donec articulum suppleveris: *αἴτιος ᾖ* ΤΟΥ *τὸν θεσμὸν συγχυθῆναι.*

Non moveor iis, quae Schaefer. in *Melet. Crit.* pag. 23. ex Sophocle, Herodoto, Thucydide collegit. Demosthenes numquam in his articulum omittit, ut pag. 670. 17. *τοῦ μὴ λαβεῖν Ἀμφίπολιν πάντων οὗτος αἰτιώτατός ἐϛιν*, et sic ubique.

Post pauca sic scribitur: *τί γὰρ ἄλλο ἐϛὶ τὸ μεταποιεῖν ἢ ὅταν ἔξω τῶν τεταγμένων δικαϛηρίων καὶ ὅρων [ὧν εἴργεσθαι δεῖ* optime delevit Dobraeus] *διδῷ τις τὰς τιμωρίας; — τί δ' ἄλλο τὸ συγχεῖν ἢ ὅταν ἑξῆς οὑτωσὶ πάντα τἀναντία τῶν ἐν τοῖς νόμοις [τις] γεγραμμένων γράφῃ;* Potuitne quaeso absurdiore loco *τις* poni quam inter *τῶν ἐν τοῖς νόμοις* et *γεγραμμένων*? Dici poterat *ὅταν τις — γράφῃ*, poterat *ὅταν — γράφῃ τις*, poterat etiam *τις* omitti quia praecedit *ὅταν διδῷ τις.* Demosthenes

ipse omiserat, supplevit grammaticus in margine, deinde irrepsit in locum alienissimum.

Pag. 646. 14. *ἐὰν δ' ἀποφύγῃ ταύτης μὲν ἀθῷος ἀφίεται, τὴν δ' ἐπὶ τῷ πρότερον φόνῳ [φυγὴν] ὑπέχει.* Pro *φυγήν* in aliis *δίκην* legitur, sed verissime Dobraeus: „*vox omnino tollenda videtur.*"

Pag. 647. 9. *οὗτος ἔγραψε τὸν μὲν ἀθῷον αἰτιάσασθαι, τὸν δὲ ἄκριτον παραχρῆμα ἐκδίδοσθαι.* Qui meminerit *-ᾶσθαι* et *-άσασθαι* passim confundi *αἰτιᾶσθαι* reponet.

Puerile additamentum adhaesit pag. 647. 27. *πολλῶν καλῶς ἐχόντων νόμων οὐκ οἶδ' εἴ τινος ἧττον οὗτος ἔχει καλῶς καὶ δικαίως [ὁ νόμος].* Vides in quam incommodam sedem ex ora libri irrepserit.

Pag. 654. 26. *ἵνα δὲ μὴ πάνυ θαυμάζητε εἰ τὰ παρ' ὑμῖν ψηφίσματα τηλικαύτην ἔχει δύναμιν, γεγονὸς καὶ ὃ πάντες ἐπίστασθε πρᾶγμα ὑμᾶς ὑπομνήσω.* Quid tandem significat *πρᾶγμα γεγονός*? Nempe contrarium *πράγματι πεπλασμένῳ.* Sed si est ea res omnibus nota ridiculum est dicere eam revera factam esse. Suspicor vocabulum ad sententiam necessarium interiisse et dixisse Demosthenem: (ἌΡΤΙ) *γεγονὸς ὃ* (sine *καί*) *πάντες ἐπίστασθε*, *rem* RECENS *factam omnibus vobis notam.*

Pag. 656. 26. *εἶτ' Ὀλύνθιοι μὲν ἴσασι τὸ μέλλον προορᾶν, ὑμεῖς δὲ ὄντες Ἀθηναῖοι ταὐτὸ τοῦτ' οὐχὶ ποιήσετε; ἀλλ' αἰσχρὸν τοὺς περὶ πραγμάτων ἐπίστασθαι βουλεύσασθαι δοκοῦντας προέχειν ἧττον Ὀλυνθίων τὸ συμφέρον εἰδότας ὀφθῆναι.* Ultima pars manifesto alit vitium. Bekkerus de suo *τῷ* addidit: *τοὺς* (*τῷ*) — *προέχειν.* Melius erit *προέχειν* expungere. Rectissime sic dictum erit: *τοὺς περὶ πραγμάτων ἐπίστασθαι βουλεύσασθαι δοκοῦντας*, id est *τοὺς ἐπὶ τῷ εὖ βουλεύεσθαι εὐδοκιμοῦντας.*

Misere perturbatus locus est pag. 659. 1. *τοῦτο τὸ παράδειγμα ἑορακότες, ἂν ἐμοὶ* MH *πεισθῆτε, — ἐκείνην τὴν πίστιν βουλήσεσθ' ἔχειν ἥνπερ φασὶ πρὸς Λακεδαιμονίους ποτ' εἰπεῖν Φιλοκράτην.*

In S a. pr. m. est ἂν ἐμοὶ μὴ πείθησθε, et μή in multis non legitur. Non est Demosthene dignum in tali re dicere: *si mihi non creditis*, et omnino non erat res ambigua de qua dubitari posset. Verum esse arbitror ἂν ἐμοὶ πίθησθε eaque verba post Ποτίδαιαν προσαφείλετο sic transponenda esse ut arcte coniuncta non dirimantur: ἂν ἐμοὶ πίθησθε ἐκείνην τὴν πίςιν βουλήσεσθ' ἔχειν κτέ. ut in vicinia pag. 659. 14. ἂν ἐμοὶ χρῆσθε συμβούλῳ φυλάξετε τὴν πίςιν. et pag. 667. 20. ἐπὶ τούτου ἐὰν ἐμοὶ πείθησθε (leg. πίθησθε) φυλάξεσθε, et passim alibi eo sensu cum futuro tempore componitur ἐὰν σωφρονῆτε, εἴπερ εὖ φρονεῖτε, et sim. quae ex ipsa rei natura arctissime coniungi solent.

Pag. 659. 9. luculentus locus inepto emblemate vitiatus est. Legitur: καὶ γὰρ ἐκεῖνον (Philocratem) φασὶν ἐξαπατώντων τι τῶν Λακεδαιμονίων καὶ προτεινόντων πίςιν ἥντινα βούλεται λαμβάνειν, εἰπεῖν ὅτι πίςιν ἂν οἴεται γενέσθαι μόνην εἰ δείξειαν ὅπως ἂν ἀδικεῖν βούλωνται μὴ δυνήσονται, ἐπεὶ ὅτι γ' ἀεὶ βουλήσονται εὖ εἰδέναι. [ἕως ἂν οὖν δύνωνται πίςιν οὐκ εἶναι]. Ultima verba tam inepte abundant, ut a quolibet potius quam a Demosthene adiecta esse videantur.

Nunc apud Dobraeum video annotari: „*Deleo* ἕως *etc. usque ad* εἶναι."

Pag. 661. 9. εἰ δὲ τῷ μὲν τοῖς δ' οὔ, δικαίως ἐγκαλΕCουσιν οἱ μὴ τυχόντες. Diu post Demosthenis mortem nata est forma ἐγκαλέσω. Repone ἐγκαλοῦσιν. Evasit διαβιβᾶτε pag. 672. 13.

Pag. 661. 14. καὶ τί φήσομεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, [καλὸν] εἰ τῶν Ἑλλήνων ἐπ' ἐλευθερίᾳ προεςάναι φάσκοντες τοὺς ἰδίᾳ δυνάμεις ἐπὶ τοῖς πλήθεσι κεκτημένους δορυφοροῦντες φανούμεθα; In margine lector aliquis admirabundus adscripsit καλόν. Habeat sibi.

Pag. 661. 19. δοτέον τι τοιοῦτον — πρῶτον μὲν τῷ μηδὲν ἠδικηκότι πώποτε, δεύτερον δὲ (τῷ) μηδ' ἂν ἀδικεῖν βούληται δυνησομένῳ, ἔπειθ' ὡς ἀληθῶς ὅςις ἅπασιν ἀνθρώποις ἔςαι φανερὸς ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν ταῦτα εὑρισκόμενος καὶ οὐκ ἐπὶ τῷ ποιεῖν μετ' ἀδείας ἑτέρους κακῶς [τούτῳ δοτέον]. Bekkerus τῷ inseruit, sed perperam. Delendum est δεύτερον δέ Respondent sibi inter se

ut assolent *πρῶτον μέν* et *ἔπειτα*. Prima conditio est duplex: *τῷ μηδὲν ἠδικηκότι πώποτε μηδ' ἂν ἀδικεῖν βούληται δυνησομένῳ.* Demosthenes copiose docuit non esse satis *τὸ μηδὲν ἠδικηκέναι πώποτε*, namque omnes mutatis temporibus mutare mentem.

In extremo loco sciolus nescio quis *τούτῳ δοτέον* frigidissime de suo addidit. Non intellexit haec omnia pendere ex *δοτέον τι τοιοῦτον.*

Pag. 664. 2. — *ἡγούμενον* (Iphicratem) *ὡς μὲν ὑμᾶς οὐχὶ καλῶς ἔχειν ἐλθεῖν, οὓς ὑϛέρους ἐπεποίητο τοῦ Θρᾳκὸς καὶ [τοῦ] βαρβάρου.* Expunge alterum *τοῦ*. De uno homine haec dicuntur. 'Ο *Θρᾴξ καὶ ὁ βάρβαρος* duo sunt.

Pag. 665. 22. *νῦν δὲ γέγραπται Χαριδήμῳ τῷ πόλιν μὲν οὐδ' ἡντινοῦν οἰκοῦντι, Θρᾳκὶ δὲ ἀνθρώπῳ [βασιλεῖ] ϛρατηγοῦντι καὶ διὰ τῆς ἐκείνου βασιλείας πολλοὺς ἀδικοῦντι.* Scire velim ecquis serio credat bene Graece dici posse *Θρᾴξ ἄνθρωπος βασιλεύς*, vel omnino *ἄνθρωπος βασιλεύς*. Contemtim et fastidiose Demosthenes dixerat *Θρᾳκὶ δὲ ἀνθρώπῳ*, ut solent Graeci barbarorum reges aut regulos, quos despiciunt, appellitare. Sic *ὁ Μῆδος* dicitur, *ὁ Τύριος*, *ὁ Σιδώνιος* et Philippus odioso nomine *ὁ Μακεδών*. Neque ambiguum esse potest quem dicat, quia addidit *διὰ τῆς ἐκείνου βασιλείας*. Simili modo dixit pag. 654. 18. *μηδένα εἶναι τῶν Θρᾳκῶν ἰσχυρόν.* p. 664. 11. *τὸν Θρᾷκα ἰσχυρὸν ἐφ' ὑμᾶς αὐτοὺς κατεσκευακέναι.* pag. 679. 11. *τὸν πόλεμον δεδιὼς τὸν πρὸς τοὺς Θρᾷκας.* p. 681. 15. *τὰ πρὸς τοὺς Θρᾷκας.* Ad hanc lucem manifestum tenemus emblema pag. 689. 29. *τοὺς Θρᾷκας τοὺς δύο [τοὺς βασιλέας].*

Pag. 666. 1. *ἆρ' οὖν καλὸν — τοῦ μὲν ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ πλεονεξίας ἐπιβουλεύCοντος οἷς ἂν τύχῃ τοιαύτην φυλακὴν ἐψηφισμένους φαίνεσθαι, τοῖς δ' ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν ἐλευθερίας ἀμυνΟμένοις εἴργεσθαι τῆς ὑμετέρας συμμαχίας προειρηκέναι;* Exaequanda sunt haec ut scribatur *ἐπιβουλεύσοντος — ἀμυνΟΥμένοις*, nam sensus est *ὅταν τινὲς ἀμύνωνται.*

Pag. 666. 23. *πόλεις κατελάμβανεν Ἑλληνίδας, εἰς ἃς εἰσιὼν πολλὰ καὶ δεινὰ ἐποίει παῖδας ἐλευθέρους [ἀδικῶν] καὶ γυναῖκας*

ὑβρίζων. In re tam foeda et flagitiosa languido verbo ἀδικεῖν locus non est. Parendum Reiskio est ineptum participium expungenti.

Paullo ante pag. 666. 8. τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἔγραψαν ἐξεῖναι δρᾶσαι πᾶν ὅ τι ἂν θέλῃ βασιλεύς. Verum vidit Dobraeum βασιλεῖ reponens.

Pag. 666. 15. καὶ μὴν καὶ γεγονός τι πρᾶγμα φράσαι πρὸς ὑμᾶς βούλομαι. Iterum haeremus in γεγονός τι πρᾶγμα. Fortasse iterum excidit adverbium temporis καὶ (πάλαι) γεγονός τι πρᾶγμα. Veterem eam rem fuisse satis declarat iis quae continuo addidit: ὑμεῖς ἐποιήσασθε ἔν τισι καιροῖς καὶ χρόνοις Ἀριοβαρζάνην πολίτην.

Pag. 567. 10. εἰ δ' ἐφήπτετό τις τῶν Φιλίσκου φίλων ἢ παίδων, ἐξεδίδοτ' ἂν ὑπὸ τοῦ ὑμετέρου ψηφίσματος. Perspicuum est Demosthenem dixisse *deditus fuisset*, itaque ἐξεδΕδοτο scribendum. Saepissime plusquamperfectum in imperfectum convertitur; saepe δίδοσθαι et δεδόσθαι inter se confunduntur.

Pag. 667. 26. οὐ μόνον ὑμῖν ἐπιδείξω τῆς φυλακῆς οὐκ ἄξιον ἣν γέγραφεν οὗτος, ἀλλὰ καὶ δίκην δόντ' ἂν δικαίως. Supplendum: οὐκ ἄξιον (ὄνθ') ἣν γέγραφεν οὗτος.

Pag. 668. 10. εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο τί πονηρότατον νομίζετε τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἐθνῶν. Vicina vicinis perperam accommodata sunt. Lege: τί πονηρότατον — πάντων ἔθνΟC. Hoc enim in talibus postulat usus et ratio loquendi, ut in ἡ μεγίϛη τῶν πασῶν νόσος, non νόσων. Vulgata lectio est apud Harpocrationem v. Ἔθνος. Eodem sensu ἔθνος ponitur apud Antiphanem Athenaei pag. 226. E.

μετά γε νὴ Δία
τοὺς μητραγυρτοῦντας γε· πολὺ γὰρ αὖ γένος
μιαρώτατον τοῦτ' ἐϛίν.
— μετά γε τοὺς τραπεζίτας· ἔθνος
τούτου γὰρ οὐδὲν ἐϛιν ἐξωλέϛερον.

Pag. 669. 7. τὸν μὲν Ἰφικράτην ἀποςράτηγον ἐποιήσατε, Τιμόθεον δ' ἐπ' Ἀμφίπολιν καὶ Χερρόνησον ἐξεπέμψατε [ςρατηγόν]. Vitiose abundans et aurem laedens ςρατηγόν sciolus de suo addidit.

Pag. 668. 24. ὅσα μὲν δὴ ςρατιώτης ὢν ἐν σφενδονήτου καὶ ψιλοῦ ΜΕΡΕΙ — ἐναντία ἐςράτευται τῇ πόλει οὐ τίθημι ἐν ἀδικήματος ΜΕΡΕΙ. Quae aures talia ferre possunt? Corrigendum videtur ἐν σφενδονήτου καὶ ψιλοῦ τάξει. Promiscue enim dicitur ἔν τινος μέρει, μερίδι, μοίρᾳ et τάξει, quod propriam habet in militia sedem.

Pag. 669. 21, (Charidemus) μισθοῖ πάλιν αὑτὸν Ὀλυνθίοις τοῖς ὑμετέροις ἐχθροῖς [καὶ] τοῖς ἔχουσιν Ἀμφίπολιν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. Molesta et sententiae inimica copula quamprimum eximenda est, ut appareat ipsos Olynthios Amphipolim tum in potestate habuisse.

Pag. 671. 11. πρᾶγμ' ἔπαθε τοιοῦτον οἷον οὐχ ὅτι ςρατηγὸς ἂν [ἠγνόησε] τις εἶναι Φάσκων ἀλλ' οὐδ' ὁ τυχὼν ἄνθρωπος. Acutissime perspexit Dobraeus ἠγνόησε spurium esse et delendum. Manifestum est ἔπαθεν cogitatione addi oportere. Magistri ellipses huiuscemodi explere solent, in qua re saepius graviter errant ut hoc loco.

Continuo sequitur: οὐδ' ὁτιοῦν γὰρ χωρίον ἔχων ἐπὶ θαλάττῃ [οὐδ'] ὅθεν ἂν σιτοπομπίας εὐπόρησε τοῖς ςρατιώταις οὐδ' αὖ σῖτον ἔχων ἐν τοῖς χωρίοις ὑπέμεινεν ἐν τοῖς τείχεσιν. Si quis haec diligenter consideraverit mecum sentiet prius οὐδέ a mala manu insertum esse et coniungi oportere χωρίον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ὅθεν ἂν σιτοπομπίας εὐπόρησεν. *Duae* tantum res inter se opponuntur, ut additum αὖ ostendit in verbis: οὐδ' αὖ σῖτον ἔχων ἐν τοῖς χωρίοις. Praeterea σιτοπομπία constanter dicitur de frumento navibus advecto, in terrestri itinere ἐπισιτισμός appellatur.

Rarum non est scribas et magistellos in huiuscemodi partitione turbas dare, ut h. l. triplicem fecerunt ex hac duplici: frumentum neque his locis erat nec mari advehi poterat. *Non datur tertium*, ut dialectici loquuntur.

Pag. 672. 5. in S legitur: *ὅθεν ἐξηλέγχθη φανερῶς τὸ πρᾶγμ' ἐπ' αὐτοφώρῳ.* annotat Dindorf. „*αὐτοφώρῳ*] *in S superscriptum signum annotationem in margine positam monstrans, quam addere oblitus est librarius.*" Dicam quid acciderit. Signum superscriptum et in margine repetitum aut variam lectionem habet aut veteris vocabuli interpretationem. Ad *ἐπ' αὐτοφώρῳ* adscripserat aliquis *φανερῶς*. Qui Codicem S scribebat *φανερῶς* ex ora libri recepit in textum et in *αὐτοφώρωι* reliquit signum, cui tum nihil respondebat. Quam futiles et imperiti sunt illi homines, quibus nonnulli omnia credenda esse opinantur! Qui Demosthenem lectitabant quid esset *ἐπ' αὐτοφώρῳ* scire debere putes. Non videntur scivisse et interpretatio adscribitur. Quam nihil autem cogitabat is qui *φανερῶς* ipsius Demosthenis esse opinatus recepit in textum. Solus omnium S hac macula infectus est, caeteri mendo carent.

Pag. 672. 10. *πείθουσι τὸν 'Αρτάβαζον τοῦ μὲν τιμωρεῖσθαι τὸν Χαρίδημον ἀφεῖσθαι, ἀποστεῖλαι δ' ὑπόσπονδον.* Vitiose dictum est *πείθουσιν ἀφεῖσθαι.* Perfectum in tali re poni non potest. Lege *ἀφέσθαι* ut *ἀποστεῖλαι.* Promiscue in libris scribitur *ἀφίεσθαι, ἀφέσθαι* et *ἀφεῖσθαι.* Quid sit ubique verum ratio docet.

Pag. 675. 12. *μῆνας ἑπτὰ διήγαγεν ἡμᾶς πολεμῶν.* Faex Graeculorum dicebat *πολεμεῖν τινά,* non Demosthenes. Lege (*πρὸς*) *ἡμᾶς πολεμῶν.* Ostendimus alio loco quam saepe ex libris Demosthenis praepositio *πρός* compendio scripta interciderit.

Pag. 678. 2. *ἐψηφίσασθε ψήφισμα Γλαύκωνος εἰπόντος ἑλέσθαι πρέσβεις δέκα ἄνδρας ἐξ ἡμῶν* ΑΥΤΩΝ. Quis hoc ferre et concoquere potest? *ἐξ ὑμῶν αὐτῶν.* Ex quibus tandem aliis poterant legatos mittere? Ex vetere formula *ἑλέσθαι ἐξ 'Αθηναίων ἁπάντων* emendandum est *ἐξ ὑμῶν* 'ΑΠΑΝ*των.* Inest in his verbis etiam aliud vitium. Recte dicitur *ἑλέσθαι πρέσβεις δέκα* et *ἑλέσθαι δέκα ἄνδρας*, sed non utrumque. Resecandum est *πρέσβεις.*

Pag. 680. 12. *'Ορᾶτε καὶ συνίετε τὴν πονηρίαν καὶ τὴν ἀπιστίαν.* Vehementer miror in tali re *ὁρᾶν καὶ συνιέναι* coniuncta,

sed vitium subesse puto. Suspicor in antiquo libro fuisse *ΡΑΓΕϹΥΝΙΕΤΕ omissa litera initiali A ut esset *ἆρά γε συνίετε*. Rubricator O praefixit quasi esset *ὁρᾶτε συνίετε*, quo facto nescio quis *καί* interposuit. In nonnullis libris dittographia est *ἆρά γε ὁρᾶτε*. Saepe in menda his simillima incidi, unde suspicor etiam pag. 660. 21. *ἆρά γε [ὁρᾶτε καὶ] καταμανθάνετε* eiusdemmodi dittographiam subesse.

Post pauca editur pag. 680. 16. *πάντ' ἄνω καὶ κάτω [πεποίηκε] καὶ οὐδὲν ἁπλῶς οὐδὲ δικαίως ἔπραξεν.* Insiticium est *πεποίηκε*. Proverbium est *πάντ' ἄνω καὶ κάτω* *omnia susque deque*, neque ullo verbo opus est.

Pag. 680. 18. *ὅσον μὲν χρόνον ἡ ὑμετέρα δύναμις παρῆν ἐν Ἑλλησπόντῳ κολακεύων καὶ φενακίζων ὑμᾶς διαγέγονεν· ἐπεὶ δ' εἶδε τάχιστα τὸν Ἑλλήσποντον ἔρημον [δυνάμεως], εὐθὺς ἐνεχείρει καταλύσας [καὶ ἀπαλλάξας] τοὺς δύο [τῆς ἀρχῆς] πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν.* Inficetum *δυνάμεως* et per se spectatum insiticium esse intelligitur et propter ea quae praecedunt *ἡ ὑμετέρα δύναμις παρῆν ἐν Ἑλλησπόντῳ* prorsus intolerabile est. Quae sequuntur interpolatione laborant Non potuit Orator *τῆς ἀρχῆς* et *τὴν ἀρχήν* sic coniungere. Itaque Dobraeus aut *τῆς ἀρχῆς* delere volebat aut *τὴν Θρᾴκην* pro *τὴν ἀρχήν* substituere. Me etiam *ἀπαλλάξαι* offendit, quoniam *ἀπαλλάξαι* et *ἀπαλλαγῆναι* summa constantia ponuntur *de re odiosa et molesta*, qua quis quem liberavit aut ipse liberatus est, *ἀπαλλαγῆναι πραγμάτων, πολέμου, μαχῶν, πόνων, νόσου, κινδύνου.* Itaque *ἀπαλλάξαι τῆς ἀρχῆς* dicere de eo qui quem *vi regno spoliat* absurdum est. Suspicor Demosthenem dixisse *καταλύσας τοὺς δύο* et adscripsisse aliquem *ἀπαλλάξας τῆς ἀρχῆς* et sic vulgatae scripturae labem esse natam.

Pag. 682. 25. *τὸ τελευταῖον δὲ νυνὶ καὶ φύλακας κατέστησαν ὑμᾶς ἐκείνου διὰ τοῦ προβουλεύματος τούτου εἰ μὴ τὴν γραφὴν ἐποιησάμεθ' ἡμεῖς ταυτηνί.* Manifesto mendosa haec lectio est quia prorsus necessarium *ἄν* desideratur. Itaque veteres quidam correctores *φύλακας ἄν* dederunt, quod Dindorf. abiecit. Legendum est: KAN (*κἂν*) *φύλακας κατέστησαν ὑμᾶς.*

Mendosa sunt etiam ea quae statim sequuntur: *καὶ τὸ τοῦ μισθοφόρου καὶ θεραπεύοντος ἐκεῖνον ἔργον ἡ πόλις ἂν διεπράττετο [ἐφρούρει Χαρίδημον]*. Dobraeus *τὸ τοῦ* expunxit et multis exemplis docuit *ἔργον* in tali re articulum non habere. Sexcenta his alia addi possent, nam legitur ubique locorum. Dabo unum ex Menandro apud Athen. pag. 571. E.

πεποιήκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων,
μὰ Δί' ἀλλ' ἑταιρῶν. ταὐτὰ δ' ὄντα γράμματα
τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσχημον ποιεῖ.

Nullo modo in his aut *ἔργον* aut *ἑταίρων* articulum admittit, et Demosthenes non aliter potuit dicere quam *καὶ μισθοφόρου ἔργον ἡ πόλις ἂν διεπράττετο*, ut dixerat pag. 661. 7. *λήσομεν ὡς ἔοικε μισθοφόρων ἔργον ἀνθρώπων ποιοῦντες τὴν ἑκάστου σωτηρίαν τούτων δορυφοροῦντες*. Odiosissima Athenis vocabula sunt *δορυφόροι, δορυφορεῖν, φρουρεῖν, φύλακες, φυλάττειν*, in quibus omnibus iniquae et impotentis dominationis satellitum armis fultae notio inest. Itaque Demosthenes, qui probe iudicum animos in reum irritare sciebat, crebro hac imagine utitur, ut pag. 650. 24. *γέγραφε καὶ πρὸς φυλάττειν ὑμᾶς ἐκεῖνον ὅπως ἀδεῶς ὅ τι ἂν βούληται ποιῇ.* et pag. 683. 1. *καλόν γε, οὐ γάρ; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, ὃς αὐτός ποτε τοὺς ὑμετέρους ἐχθροὺς μισθὸν λαμβάνων ἐδορυφόρει τοῦτον ὑφ' ὑμετέρου ψηφίσματος φανῆναι φυλαττόμενον.* et pag. 690. 17. *πηλίκον τί ποτ' ἂν στενάξειαν* (maiores nostri) — *εἰ ἄρα αἴσθοιντο ὅτι νῦν ἡ πόλις εἰς ὑπηρέτου σχῆμα καὶ τάξιν προελήλυθε καὶ Χαρίδημον εἰ χρὴ φρουρεῖν βουλεύεται. Χαρίδημον, οἴμοι.* Ex his locis inter se comparatis arguitur emblema in verbis pag. 682. 28. Orator acerbissime dixerat: *εἰ μὴ τὴν γραφὴν ἐποιησάμεθ' ἡμεῖς ταυτηνὶ — μισθοφόρου — ἔργον ἡ πόλις ἂν διεπράττετο*, deinde nescio quis quasi non essent haec satis perspicua addidit *ἐφρούρει Χαρίδημον*, et verborum vim stulte fregit.

Pag. 683. 5. *ἴσως τοίνυν ἐκεῖν' ἄν τίς μ' ἔροιτο τί δήποτε ταῦτ' εἰδὼς οὕτως ἀκριβῶς ἐγὼ καὶ παρηκολουθηκὼς ἐνίοις τῶν ἀδικημάτων [εἴασα καὶ] οὐδ' ὅτ' αὐτὸν ἐποιεῖσθε πολίτην οὐδὲν ἀντεῖπον οὐδ' ὅτ' ἐπῃνεῖτε — λόγον ἐποιησάμην οὐδένα.* Vitio irrepserunt verba *εἴασα καί*, quibus remotis omnia rectissime procedunt. *Εἴασα* enim in ea re nihil aliud esse potest quam

οὐδὲν ἀντεῖπον et *λόγον ἐποιησάμην οὐδένα.* Hoc enim ipsi obiicitur „*cur tandem quum haec agerentur* TACUISTI?" et sic postquam silentii sui rationes reddidit ita dixit pag. 684. 8. *διὰ ταῦτ' ἐπ' ἐκείνοις οὐδὲν εἰπὼν νῦν λέγω.*

Pag. 684. 10. *ἐςι τοίνυν τις αὐτοῖς τοιοῦτος λόγος — ὡς — ἴσως ἐναντία ἔπραττον τῇ πόλει τόθ' ὅτ' ἦσαν ἐχθροί, νῦν δέ γ' εἰσὶ φίλοι. — οὐ δὴ* ΔΕΙ *μνησικακεῖν.* Fert Graecorum consuetudo ut in huiusmodi compositione infinitivus ponatur: *οὐ δὴ* ΔΕΙΝ *μνησικακεῖν.*

Similiter pag. 108. 2. *ἤδη τοίνυν τινὸς ἤκουσα καὶ τοιοῦτόν τι λέγοντος ὡς ἄρα ἐγὼ λέγω μὲν ἀεὶ τὰ βέλτιςα, ἐςι δ' οὐδὲν ἀλλ' ἢ λόγοι τὰ παρ' ἐμοῦ,* ΔΕΙ *δ' ἔργων τῇ πόλει,* emendandum ΔΕΙΝ.

Pag. 684. 15. *οὐδὲ γὰρ Λακεδαιμονίους ὅτ' ἐσώζομεν [οὐκ] ἀνεμιμνησκόμεθα εἴ τι κακῶς ἐποίησαν ἡμᾶς.* Tolle molestam negationem, quae loci compositionem aperte vitiat. Rectissime enim dicitur ut pag. 661. 2. *οὐ τοίνυν ἔγωγε* ΟΥΔ' *ἐκεῖνο ἰδεῖν δύναμαι,* sed ubi *οὐδέ* praecedit altera negatio *οὐ* locum non habet dicendumque est: *οὐδ' ἐκεῖνο τοίνυν ἔγωγε ἰδεῖν δύναμαι.*

Pag. 685. 14. *εἰ μετ' ἀληθείας ἁπλῶς ἦν ἡμῖν φίλος καὶ νὴ Δία πάν*ΤΑ *Τἀγαθὰ ἤμελλεν ἡμᾶς ποιήσειν.* Legendum *πάντ' ἀγαθά,* ut ratio postulat. Non infrequens hoc mendi genus est. Idem placuisse video Dobraeo, qui multis similibus locis hanc correctionem confirmavit.

Insigne flagitium sciolorum pag. 687. 17. maculavit luculentum locum, in quo vehemens orator *ἤςραπτ', ἐβρόντα* in hunc modum (emendatum enim locum describam): *οὐ μόνον δ' αὕτη τῆς πόλεως ἡ δωρεὰ προπεπηλάκιςαι καὶ φαύλη γέγονεν, ἀλλὰ καὶ πᾶσαι διὰ τὴν τῶν καταράτων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ῥητόρων πονηρίαν, οἳ τοσαύτην ὑπερβολὴν πεποίηνται τῆς αὐτῶν αἰσχροκερδείας ὥςε τὰς τιμὰς καὶ τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς ὥσπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φαῦλα ἀποκηρύττοντες οὕτω πωλοῦσιν ἐπευωνίζοντες καὶ πολλοῖς ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων γράφοντες ὅ τι ἂν βούλωνται.* Scin' quid in libris legatur? Nempe hoc: *διὰ τὴν τῶν καταράτων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ῥητόρων [τῶν τὰ τοιαῦτα γραφόντων ἑτοίμως]*

πονηρίαν. Insulsum hoc emblema primum arctissime coniuncta *διὰ τὴν — πονηρίαν* pessime disiungit, deinde idem, quod in sqq. Orator summa vi et acrimonia enunciavit, frigide verbis de trivio sumtis importuno loco proposuit.

Pag. 688. 14. *καὶ οὐκέτι ταῦτ' ἀπόχρη, ἀλλ' εἰ καὶ μὴ φυλάξετε ἕκαςον τούτων ἐκείνων γε οὐδεμία χάρις.* Suadente loci sententia transpone *εἰ μὴ καὶ φυλάξετε.* Sic Aeschines in *Ctesiph.* pag. 74. 27. *Δημοσθένης οὐκ ἀγαπᾷ εἰ μὴ δίκην δέδωκεν, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ χρυσῷ ςεφάνῳ ςεφανωθήσεται ἀγανακτεῖ,* ubi similiter in deterioribus libris pro *μὴ καί* scriptum est *καὶ μή.*

Pag. 688. 21. *καίτοι σκέψασθε ὡς ἐκόλαζον οἱ πρόγονοι τοὺς ἀδικοῦντας ἑαυτούς. — ἐκεῖνοι Θεμιςοκλέα λαβόντες μεῖζον αὑτῶν ἀξιοῦντα φρονεῖν ἐξήλασαν ἐκ τῆς πόλεως [καὶ μηδισμὸν κατέγνωσαν].* Ultima verba eruditulus de suo addidit et Demosthenis sententiam prorsus pervertit. Vide mihi quam male haec cogitata sint et perperam composita. „*avi nostri Themistoclem quia maiores spiritus gerebat quam libera civitas ferre posset ex urbe eiecerunt* ET *perduellionis damnaverunt*, quasi esset idem esse arrogantiorem et salutem patriae prodidisse. Evertitur sic tota Oratoris argumentatio demonstrantis olim optime de patria meritos *ob leviorem noxam* graves poenas dedisse, nunc homines *pessimorum facinorum convictos* aut absolvi aut perexigua poena multari. Itaque furcillis expellenda sunt verba *καὶ μηδισμὸν κατέγνωσαν.*

Post pauca pag. 689. 4. *ὑμεῖς δὲ τοὺς τὰ μέγις' ἀδικοῦντας [καὶ] φανερῶς ἐξελεγχομένους — ἀφίετε,* expungendum esse *καί* ex multis similibus locis demonstravit Dobraeus.

Quae leguntur pag. 689. 9. — 690. 17. suspecta sunt Dobraeo cui „*haec satis liquet ex Olynth.* III. p. 35. *vel περὶ Συντ.* 172—3. *interpolata esse.*" Non assentior. Pauca quaedam hinc sumta quia egregie placuerant in *Olynthiacam* transtulit, sed quae permulta eadem in oratione *περὶ Συντάξεως* leguntur, quia satis constat suppositam hanc et ex locis Demosthenicis conflatam orationem esse, non possunt aliunde quam hinc esse petita.

Pag. 691. 9. Megarenses Lysandro petenti ut suum gubernatorem Hermonem civitate donarent dicuntur *ἀποκρίνασθαι ὅτι ὅταν αὐτοὺς ἴδωσι Σπαρτιάτην αὐτὸν πεποιημένους τότε αὐτοὶ Μεγαρέα ποιήσονται.* Recipiendum est e libris quod etiam sine libris erat restituendum: *τότε* ΚΑΙ *αὐτοὶ Μεγαρέα ποιήσονται.* Sine copula dici potest *τότε ἡμεῖς*, cui respondet in oratione indirecta *τότε σφεῖς*, sed *καὶ αὐτός* eo sensu vocula *καὶ* carere non potest.

Pag. 691. 28. *βούλομαι μικρὰ πρὸς ὑμᾶς* ЄΙΠών *καταβαίνειν* desidero in his vocabulum in ea re addi solitum et in ЄΙΠών latens *μικρὰ πρὸς ὑμᾶς* ἜΤΙ *εἰπών.* pag. 788. 15. *ἓν τοίνυν εἰπὼν ἔτι — τὰ λοιπὰ ἐάσω.* pag. 799. 17. *ἓν δ' εἰπὼν ἔτι παύσασθαι βούλομαι*, et passim alibi.

Pag. 692. 28. *οὐκ ἐᾷ ψήφισμα ὁ νόμος κυριώτερον εἶναι νόμου· ὁ δ' ὑπαρχόντων τοσούτων νόμων ψήφισμα ποιεῖ κύριον τοὺς νόμους ἀναιρῶν.* Legendum videtur *ἀναιροῦν*, nempe hoc ipsum *ψήφισμα* dicitur *τοὺς νόμους ἀναιρεῖν.*

ΚΑΤΑ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥϹ.

Pag. 701. 29. *ἐγὼ δὲ, εἰ κατώρθωσεν ἐκεῖνος ἣν ἐπ' ἔμ' ἦλθεν ὁδὸν, οὐχ ὅτι τῶν ὄντων ἀπεςερήμην ἀλλ' οὐδ' ἂν ἔζ*ΗΝ. Barbara forma est et multis post Demosthenem saeculis Graeculorum vitio nata *ἔζην*, qui *ἔζης* et *ἔζη* aoristum esse rati ut *ἔβης*, *ἔςης*, *ἀπέσβης*, *ἔπτης* primam personam *ἔζην* finxerunt et *ζῆναι* et *ζῆθι* vitiose dicebant. Hinc grammatici sicubi antiqua imperativi forma legebatur sedulo annotabant, ut in Sophoclis *Antigone* 1194.

πλούτει τε γὰρ κατ' οἶκον εἰ βούλει μέγα
καὶ ζῆ τύραννον σχῆμ' ἔχων.

adscripsit magister: *Ζῆ: ἀντὶ τοῦ ζῆθι προστακτικῶς.* Hinc collegerunt Antiatticista pag. 100. 10. et Etymologus M. pag. 410. 43. *Ζῆ ἀντὶ τοῦ ζῆθι. Εὐριπίδης ἐν Ἰφιγενείᾳ* (*Taur.* vs. 699).

ἀλλ' ἕρπε καὶ ζῆ καὶ δόμους οἴκει πατρός.

Σοφοκλῆς Δανάῃ·

ζῇ, πῖνε, φέρβου.

Εὐριπίδης ἐν Φρίξῳ·

δι' ἐλπίδος ζῇ καὶ δι' ἐλπίδος τρέφου.

His sordibus Graeculi et alios locos commacularunt, qui nunc correcti sunt, et hunc locum Demosthenis, cui tandem reddatur suum: ἀλλ' οὐδ' ἂν ἔζΩΝ.

Pag. 702. 15. ἰδὼν — χρήματα πολλὰ τῆς θεοῦ καὶ τῶν ἐπωνύμων [καὶ τῆς πόλεως] ἔχοντα. Summo iure Dobraeus verba καὶ τῆς πόλεως spuria esse suspicabatur. Nempe τὰ τῆς πόλεως χρήματα τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια in se continent τὰ τῆς θεοῦ καὶ τὰ τῶν ἐπωνύμων, quamobrem absurdum est *triplex* genus pecuniae ponere quum in tertio duo priora contineantur.

Eadem de causa pag. 703. 12. εἰ δέ τις οἶδέ τινα ἢ τῶν ἱερῶν ἢ τῶν ὁσίων χρημάτων ἔχοντά τι [τῆς πόλεως] μηνύειν πρὸς τούτους. Inepte abundans τῆς πόλεως expunxerim.

Pag. 703. 15. in antiquis libris ferebatur lectio: μετὰ ταῦτ' ἐμήνυσεν Εὐκτήμων ἔχειν Ἀρχέβιον καὶ Λυσιθείδην τριηραρχήσαντας χρήματα ν α υ κ ρ α ρ ι κ ά. teste Harpocratione v. Ναυκραρικά. Idem addit „*fortasse melius legi* ἐν τοῖς Ἀττικιανοῖς Ν α υ κ ρ α τ ι τ ι κ ά." et utramque lectionem interpretatur. Itaque ne suspicatus quidem est quam ridicula lectio esset ναυκραρικά. Ex iis quae continuo sequuntur apparet hanc praedam ex navigio quodam fecisse navem bellicam, quae legatos in Cariam ad Mausolum vehebat. ἔλαβεν ἡ τριήρης τὸ πλοῖον ἡ τοὺς πρέσβεις ἄγουσα. Nihilominus Harpocration graviter et docte interpretatur ναυκραρικά esse τὰ τῶν ἀρχόντων, ναυκράρους γὰρ τὸ παλαιὸν τοὺς ἄρχοντας ἔλεγον, sed quo tandem pacto navis *in alto* potiri potuerit pecunia eorum magistratuum, *qui ante saecula creari essent desiti*, non cogitavit. Si quis talem hominem nihil cogitare diceret, nonne verissime diceret?

Ferebantur tamen talia in libris, quibus docti antiquarii tum utebantur,

Pag. 703. 19. ἀναστὰς Εὐκτήμων — διεξῆλθε πρὸς ὑμᾶς ὡς

ἔλαβεν ἡ τριήρης τὸ πλοῖον, — ὡς ἔθεσαν τὴν ἱκετηρίαν ὧν ἦν τὰ χρήματα [ἄνθρωποι], ὡς ἀπεχειροτονήσαθ' ὑμεῖς μὴ φίλια εἶναι. Inseruit *ἄνθρωποι* magistellus qui non senserat id ipsum inesse in *ὧν ἦν τὰ χρήματα.* Arguit fraudem ineptissima vocabuli sedes, in quam ex ora libri *ἄνθρωποι* irrepsit. Cf. pag. 753. 1. *ὅπως ὧν ἂν ὑμεῖς καταγνῶτε ἄδετοι περίιασιν.* et pag. 626. 16. *ἀνάξιός ἐςι τυχεῖν τούτων ᾧ γέγραπται.* pag. 627. 27. *ἐν τίνι τάξει ποτ' ἐςὶν ὑπὲρ οὗ τὸ ψήφισμα εἴρηται.* pag. 642. 27. *ἀλλ' ἐκείνου μὲν οἱ νόμοι κύριοι κολάσαι καὶ οἷς προστέτακται.*

Pag. 703. 25. *τότε ἀνέμνησεν ὑμᾶς τοὺς νόμους [ἀνέγνω], καθ' οὓς — τῆς πόλεως γίγνεται τὰ χρήματα.* Quis non assentiatur Dobraeo molestum et ineptum *ἀνέγνω* delenti?

Antiquum obtinent magistri pag. 705. 19. *προστάττει πρῶτον μὲν ἐκθεῖναι πρόσθε τῶν ἐπωνύμων —, μετὰ ταῦτ' ἐπὶ πᾶσι τὸν αὐτὸν νόμον τιθέναι [κελεύει], πρὸς τούτοις λύειν τοὺς ἐναντίους.* Ipsa verborum compositio *προστάττει πρῶτον μέν — μετὰ ταῦτα* demonstrat *κελεύει* esse interpolatum.

Pag. 705. 28. *νῦν δ' ἀνάγκη καθ' ἕκαςον χωρὶς [περὶ ἑκάςου] διελόμενον λέγειν.* Expunge *περὶ ἑκάςου* ne bis idem dicatur. cf. pag. 700. 10. *καθ' ἕκαςον ἀκούοντες* pag. 723. 17. *αὐτίκα γὰρ καθ' ἕκαςον ἀναγνώσει,* pag. 760. 27. *εἰ καθ' ἕκαςον ὧν ἐρεῖ δεικνύναι βούλοιτο.*

Pag. 708. 6. *τούτων οὐδὲν πεποίηκε Τιμοκράτης οὑτοσί· οὔτε γὰρ ἐξέθηκε τὸν νόμον [οὔτ' ἔδωκεν] εἴ τις ἐβούλετο ἀναγνοὺς ἀντειπεῖν, οὔτ' ἀνέμεινεν οὐδένα τῶν τεταγμένων χρόνων ἐν τοῖς νόμοις.* Abhorrent a loci sententia et nihil habent quo referantur verba *οὔτ' ἔδωκεν*, quibus deletis ordine procedunt omnia.

Pag. 709. 26. *πῶς οὐ σχέτλιον τὴν μὲν πόλιν [αὐτὴν] ἑκάςῳ ἡμῶν δεδωκέναι ἄδειαν —, αὐτὴν δὲ μὴ τετυχηκέναι ταύτης τῆς ἀσφαλείας.* Perspicuum est prius *αὐτήν*, quod oppositionem vitiat, removeri oportere.

Pag. 711. 8. *εἰ γὰρ εἴησαν δύο τινὲς ἐναντίοι νόμοι καί τινες ἀντίδικοι παρ' ὑμῖν ἀγωνίζοιντο —, ἀξιοῖ δ' ἑκάτερος νικᾶν,* imo

vero *ἀξιοίΗ*, ut est in nonnullis libris. *'Αξιοῖ* aut indicativus est aut coniunctivus et optativo opus est.

Pag. 712. 6. *ταῦτα πάντα Τιμοκράτης — ἠφάνισεν, ἐξήλειψεν, ὅσον ἦν ἐπὶ τούτῳ.* Non duobus verbis opus est sed uno tantum. Suspicor *ἐξήλειψεν* olim ad *ἠφάνισεν* adscriptum fuisse. Etiam asyndeton fraudem aperit.

Pag. 713. 11. *εἴ τινι τῶν ὀφειλόντων δεσμοῦ προστετίμηται ἢ τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ.* Soloeca oratio est *εἰ προστιμηθῇ* pro *ἐάν*. Eadem tamen leguntur pag. 723. 25. et pag. 725. 29. et pag. 730. 1. Emendate scriptum est pag. 764. 20. *εἴ τινι προστετίμηται δεσμοῦ κἂν τὸ λοιπόν τινι προστιμήσητε.* Sic etiam caeteris locis soloecismum expuleris scribendo ΚΑΝ *τὸ λοιπὸν προστιμηθῇ*.

Pag. 715. 21. *ἐν παραβύστῳ τῆς βουλῆς μὲν ἀφειμένης τῶν δ' ἄλλων διὰ τὴν ἑορτὴν ἱερομηνίαν ἀγόντων [λάθρᾳ] νόμον εἰσήνεγκεν.* Rectissime vidit Dobraeus *λάθρᾳ* ex margine irrepsisse adscriptum olim ad *ἐν παραβύστῳ* et apponit Hesychium:

'Εν παραβύστῳ: — λεληθότως, λάθρᾳ.

sed optime monenti nemo paruit.

Pag. 515. 25. *καίτοι χρῆν σε — τῷ δήμῳ διαλεχθῆναι καθ' οὕτως — γράφειν.* In S *καθ' οὕτως* a correctore in *καὶ τόθ' οὕτως* mutatum, quod Dindorf. recepit. Legendum arbitror quod assolet *κᾆθ' οὕτως*.

Pag. 717. 6. *εἰ τοίνυν τις ἔροιθ' ὑμᾶς ποτέροις μᾶλλον ἂν εἰκότως ποιήσαιθ' ὁτιοῦν τοῖς δεομένοις ἢ τοῖς ἐπιτάττουσιν, οἶδ' ὅτι φήσαιτ' ἂν τοῖς δεομένοις· τὸ μὲν γὰρ χρηστῶν, τὸ δ' ἀνάνδρων ἀνθρώπων ἔργον ἐστίν.* Quid audio? *τὸ ἐπιτάττειν ἀνάνδρων ἀνθρώπων ἔργον ἐστίν.* Absurdum hoc quidem est et pugnans cum rei natura et vitae usu. Verum esse videtur *impudentium ἀναιδῶν*.

Olim Paulus Manutius admonente Reiskio senserat sententiam loci *ἀναιδῶν* postulare. Ecquis Criticorum verum id esse agno-

vit? Nemo hercle. Tacent caeteri, Schaeferus annotat: „*hoc longe ineptissimum est.*" Hem Criticum!

Pag. 718. 4. ὁ δ' ἔγραψε τοῖς προέδροις ἐπάναγκες ἐάν τις καθιςῇ προσάγειν. Bene emendavit Dobraeus τοὺς προέδρους. Sine vitio legitur pag. 727. 11. τοὺς δὲ προέδρους ἐπιχειροτονεῖν ἐπάναγκες.

Pag. 719. 17. καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ἂν εἴποις ὡς ὅσοις δεσμοῦ προστιμᾶται τούτων μάλιςα [ἢ τὰ μέγιςα] ἀδικοῦσιν οἱ τελῶναι. — πολὺ γὰρ δήπου ΜΑΛΛΟΝ οἱ προδιδόντες τι τῶν κοινῶν — ἀδικοῦσιν. Reseca ἢ τὰ μέγιςα, quae verba ex dittographia nata sunt. Dicitur aut μᾶλλον, μάλιςα ἀδικεῖν, aut μεῖζον (μείζω), τὰ μέγιςα ἀδικεῖν. pag. 710. 2. — τὰ μέγις' ἠδίκησεν κτἑ. pag. 738. 28. εἰ μὲν ἐλάττω τούτους ἀδικεῖν ἐκείνων νομίσαι φήσεις, — εἰ δὲ μείζω νομίζων κτἑ. pag. 753. 20. πότεροι δοκοῦσιν ἀδικεῖν μᾶλλον — οἱ γεωργοῦντες — ἢ οἱ τὰ παρὰ τῶν συμμάχων κλέπτοντες; Interest aliquid inter utramque dicendi formam: πότερος μᾶλλον ἀδικεῖ; et πότερος ἀδικεῖ μεῖζον; illo enim modo quaeritur *uter sit nocentior*, hoc *utra sit iniuria gravior*. Itaque nostro loco μάλιςα unice verum est, quod sequens μᾶλλον confirmat.

Pag. 719. 21. πολὺ γὰρ δήπου μᾶλλον — οἱ μὴ καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντες εἰσιόντες [δ'] εἰς τὴν ἀγορὰν ἀδικοῦσιν. Duplex in his verbis mendum inest. Primum molestum δέ expellendum est, quod vitiose abundare ex hac orationis forma perspicuum est: οἵτινες μὴ καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντες εἰσέρχονται εἰς τὴν ἀγοράν, in qua si οἵτινες εἰσέρχονται manente eadem sententia in participium converteris haec forma exibit: οἱ μὴ καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντες εἰσιόντες εἰς τὴν ἀγοράν. Solent Graeculi in huiusmodi participiorum concursu turbas dare, ut luculenter ostendit Dobraeus ad *Aristocrateam* pag. 689. 5.

Praeterea offendo in verbis οἱ μὴ καθαρὰς τὰς χεῖρας ἔχοντες, quia non sic Veteres in ea re loquebantur sed οἱ μὴ καθαροὶ τὰς χεῖρας dicebant, ut in praefatione sacrorum: ὅςις τὰς χεῖρας μὴ καθαρὸς ἢ τῆς φωνῆς ἀξύνετος. Plato *de Legg.* pag. 864. E. πλὴν ἂν ἄρα — μὴ καθαρὸς ᾖ τὰς χεῖρας, et alibi

saepius, quae quum sit legitima sacrorum et legum formula eadem Demosthenes h. l. uti debebat.

Pag. 727. 16. *τίς γὰρ οὐ πορίεῖται Φαύλους ἀνθρώπους, οὓς ὅταν ὑμεῖς ἀποχειροτονήσητε ἀπαλλάξεται;* Sententia manifesto requirit *ἀπηλλαγμένος ἔϛαι*, itaque mutata vocali scribendum *ἀπ*Η*λλάξεται*. cf. ad pag. 465. 27.

Pag. 729. 22. *πῶς οὖν; ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα διοικεῖν ἐϛὶ διὰ ψηΦισμάτων καὶ νόμων τοῖς μὲν εἰσΦέρειν ἐπιτάττοντας, τοὺς δὲ τριηραρχεῖν κελεύοντας, τοὺς δὲ πλεῖν.* Male divisa haec sunt. Quaesivit: *πῶς οὖν ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα διοικεῖν ἐϛίν;* et respondit: *διὰ ψηΦισμάτων καὶ νόμων κτἑ.*

Pag. 730. 5. *πῶς τὰ χρήματα εἰσπράξομεν ἐὰν ἕκαϛος ὀΦλισκάνων ἐγγυνητὰς καθιϛῇ.* Melius in aliis libris legitur *ἐὰν εἷς ἕκαϛος.* In S periit ЄIC ob sequens ЄICACTOC, ut saepissime K in IC resolvitur.

Praesentis forma *ὀΦλισκάνων* arguit errorem Graeculorum qui quum *ὄΦλω, ὄΦλεις, ὄΦλει, ὄΦλουσιν* ipsi dicerent pro *ὀΦλισκάνω* in omnibus Codicibus *ὄΦλειν* et *ὄΦλων* vitiose scribebant pro *ὀΦλεῖν* et *ὀΦλών*, quem frequentissimum errorem in Demosthene primus omnium Dindorfius correxit, quamquam passim manifestum est ΟΦΛЄΙΝ et ΟΦΛΩΝ de re peracta et praeterita poni. Etiam manifestos errores de genere hoc exstirpare perdifficile est. Video novissimum *Symposii* Platonici editorem perdoctum virum Rettigium *ἔρεσθαι* pro *ἐρέσθαι* scribere et *καταδάρθειν* pro *καταδαρθεῖν*, quasi ulla de formis *καταδαρθάνω* et *κατέδαρθον* esse possit dubitatio. Sequi placuit futiles grammaticos caecos duces passim in manifestis erroribus deprehensos.

Pag. 730. 29. *διὰ τοίνυν τοῦ νόμου τούτου διοικεῖται τὰ κοινά. τὰ γὰρ εἰς τὰς ἐκκλησίας καὶ τὰς θυσίας καὶ τὴν βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας καὶ τἆλλα χρήματ' ἀναλισκόμενα οὗτός ἐσθ' ὁ νόμος ὁ ποιῶν προσευπορεῖσθαι.* Enumerans omnia, in quae pecunia ex aerario attribueretur, unum ex gravissimis omisit, cuius mentionem non ab Oratore praetermissam esse sed scribarum neglìgentia periisse luculenter declarant ea quae continuo sequuntur

pag. 731. 14. *si pecunia in aerario non erit* (inquit) *οὐ σύνιμεν καὶ βουλευσόμεθα, ἐάν τι δέῃ; — οὐ δικάσει τὰ δικαςήρια τά τε ἴδια καὶ τὰ δημόσια; — οὐκ εἴσεισιν ἡ βουλὴ καὶ διοικήσει τὰ ἐκ τῶν νόμων*; et iterum pag. 731. 20. *ἀλλὰ νὴ Δί' ἀμισθὶ ταῦτα ποιήσομεν; καὶ πῶς οὐ δεινὸν εἰ — ἄμισθος ὁ δῆμος καὶ ἡ βουλὴ καὶ τὰ δικαςήρια ἔςαι;* In omnibus coniungit ex ipsa rei natura *τόν τε ἐκκλησιαςικὸν μισθὸν καὶ τὸν βουλευτικὸν καὶ τὸν ἠλιαςικόν*, et non poterat omnino *ὁ ἠλιαςικὸς μισθὸς* omitti, quem unum omnium gravissimum fuisse perspicuum est, quandoquidem Aristophanes in *Vespis* de iudicum mercede annua dicit vs. 663.

γίγνεται ὑμῖν ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα.

ut sex iudicum millia per dies trecentos ex aerario accipiant *τριώβολον τῆς ἡμέρας*. Itaque apud Demosthenem supplendum est: *τὰ γὰρ εἰς τὰς ἐκκλησίας (καὶ τὰ δικαςήρια) καὶ τὰς θυσίας καὶ τὴν βουλήν κτέ.*

In fine loci *προCευπορεῖσθαι* mendosum est pro ΠΡΟ*ευπορεῖσθαι*. Libri de more dissentiunt sed in talibus eorum testimonia non accipimus. Schaeferus vulgatam tuetur quia vs. 5 et 11. sequitur de eadem re ΠΡΟC*καταβλήματα*. Bis peccat quia res ipsa clamat ΠΡΟ*ευπορεῖσθαι* et ΠΡΟ*καταβλήματα* necessarium et verum esse. Ut *προεισφέρειν* et *προεισφορά* dicitur sic et *προκαταβάλλειν* et *προκατάβλημα* de iis qui ANTE DIEM *solvebant* et sic aerarii inopiam sublevabant, ut Midias gloriatur pag. 564. 8. *ἡμεῖς οἱ λειτουργοῦντες, ἡμεῖς οἱ προεισφέροντες, ἡμεῖς οἱ πλούσιοί ἐσμεν.* Liquido id colligitur ex ipsis Demosthenis verbis pag. 731. 4. *οὐ γὰρ ὄντων ἱκανῶν τῶν ἐκ τῶν τελῶν χρημάτων τῇ διοικήσει τὰ* ΠΡΟ*καταβλήματα — καταβάλλεται.* et iterum pag. 731. 8. *ὅταν αἱ μὲν τῶν τελῶν καταβολαὶ μὴ ἱκαναὶ ὦσι τῇ διοικήσει —, τὰ δὲ* ΠΡΟ*καταβλήματα τοὺς μὴ τιθέντας μὴ κυρία ᾖ ἡ βουλὴ μηδὲ τὰ δικαςήρια δῆσαι.*

Pag. 732. 11. ad aliud accusationis caput transiturus ita dicit *οὐ τοίνυν μόνον τὰ δικαςήρια ἄκυρα ποιεῖ τῶν προστιμημάτων*, ΑΛΛΑ ΚΑΙ *τοῖς ἀδικοῦσι τὰ κοινὰ δίδωσιν ἄδειαν, τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως ςρατείας λυμαίνεται, τὴν διοίκησιν καταλύει, τοῖς κακούργοις καὶ τοῖς ἀςρατεύτοις βοηθοῦντα τέθεικε τὸν νόμον.* Dobraeus vidit et unusquisque videbit qui hunc locum diligenter legerit verba *ἀλλὰ καί* praeter Oratoris sententiam esse

transposita et post *τὴν διοίκησιν καταλύει* transferenda. Absolverat de caeteris, quae enumerat singulis et nunc demonstraturus est *ὅτι τοῖς κακούργοις βοηθοῦντα τέθεικε τὸν νόμον.* Itaque sic erat dicendum: — *ἀλλὰ καὶ τοῖς κακούργοις κτἑ.*

Miror quo pacto Dindorfius tam certam et evidentem emendationem ne memoraverit quidem nedum receperit.

Triplex genus facinorosorum hominum ponens *κακούργους καὶ πατραλοίας* et *ἀστρατεύτους* de *iisdem* quid Solon sanxerit commemorat pag. 732. 20. *ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς, ἐάν τις ἁλοὺς* (*τῆς* del. Dobraeus) *κακώσεως τῶν γονέων εἰς τὴν ἀγορὰν ἐμβάλλῃ*, et *ἂν ἀστρατείας τις ὄφλῃ.* Hinc igitur intelligimus *τοὺς κακούργους* esse *τοὺς κλέπτας*, et *τοὺς πατραλοίας* non esse *τοὺς πατροκτόνους*, sed *τοὺς ἁλόντας κακώσεως τῶν γονέων*, quod quid sit perspicue dicitur pag. 733. 26. Πατραλοίας igitur est *ὁ πατέρα μὴ τρέφων καὶ τεθνηκότος τὰ νομιζόμενα μὴ ποιῶν*, qui summo iure et infamis est et foro arcetur, sed *occisi* vel *pulsati* parentis in hoc vocabulo notio non inest.

Pag. 733. 24. *καίτοι* [*τίν' ἂν ἀξίαν δοίης δίκην ἢ*] *τί* CΥ *παθὼν ἂν τὰ προσήκοντ' εἴης πεπονθὼς ὃς — τοὺς τῷ γήρᾳ βοηθοὺς λυμαίνει, οἳ καὶ ζῶντας ἀναγκάζουσι* [*τοὺς παῖδας*] *τοὺς γονέας τρέφειν καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνωσιν ὅπως τῶν νομιζομένων τύχωσι παρασκευάζουσιν.* Expungenda esse verba otiosa et supervacua *τίν' ἂν ἀξίαν δοίης δίκην ἢ* arguit sequens CΥ quod in huiusmodi partitione aut primo loco ponitur aut nusquam. Deinde recipienda erat Dobraei emendatio *τοὺς τῷ γήρᾳ βοηθ*ΟΥΝΤΑC ΝΟΜΟΥC *λυμαίνει.* Eodem modo dixit paullo ante pag. 732. 15. *τὸν κακούργοις βοηθοῦντα νόμον.* et paullo post pag. 735. 15. *νόμον οὐδένα τοῖς τοιούτοις ἐπικουροῦντα τίθησιν.*

In exitu loci paene ridicula est verborum compositio *οἳ καὶ ζῶντας ἀναγκάζουσι τοὺς παῖδας τοὺς γονέας τρέφειν*, quia prima specie *ζῶντας τοὺς παῖδας* coniuncta esse videntur. Demosthenes optime *τοὺς παῖδας* omiserat, nam de quibus tandem aliis dici poterat *parentibus alimenta praebere*? Addidit magister verbo *ἀναγκάζουσιν* obiecto opus esse opinatus.

Pag. 734. 3. *καὶ διὰ τούτους καθ' ἡμῶν νόμον τίθ*ΗC Codex S *τίθης*, caeteri *τιθείς*. Ostendimus alio loco *τιθεῖς* esse scribendum.

Pag. 734. 10. *ἠκούσατε τῶν νόμων ἃ κελεύουσι ποιεῖν τὸν τιθέντα νόμον καινόν. καὶ* ΠΑΛΙΝ *ὑμᾶς ἐδίδαξα ὅτι τούτων οὐδ' ὁτιοῦν ἐποίησεν οὗτος.* Sentio *πάλιν* esse ineptum sed quid in eo lateat non exputo.

Pag. 735. 21. *καίτοι γ' ὁ Σόλων* —, non sic loquuntur Athenienses, sed *καίτοι ὅ γε Σόλων.* Sequiores Graeculi qui *καίτοι γε* dicere solebant eadem labe scripta Veterum inficiebant.

Pag. 736. 19. *πολλοὶ γὰρ* [*ἂν*] *αὐτῷ ἐδόκουν οὕτω γ' οἱ κλέπται ἔσεσθαι.* Turpis soloecismus. In re grammatica quoque quod fieri non potest numquam factum est. Quis autem Graece sciens serio credit *ἔσομαι ἂν* componi posse?

Pag. 737. 20. *ὅταν γὰρ ᾖ τὸ τί χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι τὸ τιμᾶν ἐπὶ τούτοις γίγνεται.* Recte Dobraeus: *ὅταν γὰρ ᾖ τὸ* "Ο, ΤΙ *χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι.*

Pag. 739. 9. *καὶ ταῦτ' εἰδότες ὅτι διὰ πενίαν* [*ἂν*] *ποιήσειεν ὁ τούτων τι ποιῶν.* Infelici coniectura Bekkerus, quem Dindorfius sequitur, de suo *ἂν* inseruit, quod si in omnibus libris legeretur sine mora fuisset expellendum. Simplex orationis forma est *οἶδα ὅτι διὰ πενίαν ἐποίησεν* nam loquitur de certo facinore aut furto. sed in sententia artificiosius composita indicativus *ἐποίησεν* in optativum *ποιήσειεν* convertitur sensu eodem, ut in hac ipsa oratione pag. 749. 19. *ὥς' εὖ εἰδέναι ὅτι οὐδὲν αὐτῷ γ ε ν ή σ ο ι τ ο φλαῦρον ἀπὸ τῆς γραφῆς τῆσδε.* Similia his leguntur passim praesertim apud Xenophontem. Hinc certa correctio nascitur gravissimi erroris apud Demosthenem pag. 1161. 17. *ψεύσασθαι δὲ πρὸς ὑμᾶς καὶ διομόσασθαι αὐτὸς καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὴν γυναῖκα οὐκ ἂν ἐτόλμησα οὐδ' ἂν εἰ εὖ ᾔδειν ὅτι* ΑΙΡΗΣΟΜΑΙ *αὐτούς.* Constat inter omnes *accusator damnavit reum* Graece dici: *ὁ διώκων αἱρεῖ (εἷλε) τὸν φεύγοντα*, non *αἱρεῖται (εἵλετο)* quod est absurdum. Constat in huiusmodi compositione *εὖ ᾔδειν ὅτι* optativum habere. Itaque satis constat Oratorem dixisse *εἰ εὖ ᾔδειν ὅτι αἱρήσ*ΟΙΜ' *αὐτούς.* et scribas manifestos tenemus.

Pag. 739. 20. *οὗτοι οἱ ῥήτορες — προπηλακίζουσι τὸ πλῆθος ὅτι σύνοιδεν αὐτῶν ἑκάϛΟΙϹ τὰ ἐν τῇ πενίᾳ καὶ νεότητι ἐπιτηδεύματα.* Pro mendoso *ἑκάϛοις* S exhibet *ἕκαϛΟϹ* perinde mendosum. Scribendum *αὐτῶν ἑκάϛΩΙ.*

Miror Dobraeum haerere in *νεότητι.* Pervulgato usu *τὰ ἐν τῇ νεότητι ἐπιτηδεύματα* significat *τὸ ἡταιρηκέναι καὶ πεπορνεῦσθαι,* ut statim pag. 740. 2. *ἀλλὰ διὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τὰ ἐν τῇ ἡλικίᾳ;*

Pag. 741. 4. *ταμιεύσας ἐν ἀκροπόλει τὰ ἀριϛεῖα τῆς πόλεως — ὑφῃρημένος [ἐξ ἀκροπόλεως].* Quis admonitus duo ultima verba non removebit, quae et perinepte addita sunt et vexant aurem?

Pag. 741. 18. *μὴ τοίνυν αὐτοὶ διδάσκετε ἀλλὰ τιμωρεῖσθε καὶ μὴ ἐᾶτε ἀγανακτεῖν εἰ δεθήσονται ἔχοντες τὰ ὑμέτερα.* Quid sibi vult in tali re *διδάσκετε?* quid additum *αὐτοί?* quod ponitur si quis contrarium facit quam eum facere oportebat. Sublatae erunt hae difficultates si pro *διδάσκετε* reponemus *'ΑϹκεῖτε.* *Nolite*, inquit, *eorum improbitatem et audaciam ipsi ultro augere,* (quod futurum est si haec facinora impune ferent) *sed sumite poenas.* *'Ασκεῖν* eodem sensu dixit Demosthenes pag. 36. 12. *ἐχθρὸν δ' ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς τηλικοῦτον ἠσκήκαμεν,* quod interpretatur ipse: *πόθεν (γὰρ) ἄλλοθεν ἰσχυρὸς γέγονεν ἢ παρ' ἡμῶν αὐτῶν Φίλιππος;* et pag. 450 4. *ὅταν μὲν ἴδητε δεινότητα ἐπὶ χρηϛοῦ ἀνθρώπου — συγχαίρειν καὶ συνασκεῖν πάντας δεῖ.* Nunc demum pronomen rectissime additum est: *μὴ τοίνυν* ΑΥΤΟΙ *ἀσκεῖτε, ἀλλὰ τιμωρεῖσθε.* Eodem sensu dixit Hyperides *κατ' 'Αριϛογείτονος* pag. 771. 26. *δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν,* id est *ἀσκεῖν καὶ ἰσχυρὸν ποιεῖν.* Utrumque verbum est de palaestra.

Pag. 743. 14. *οὐ καταγέλαϛος δόξει ἡ πόλις εἶναι εἰ τοῖς ἱεροσύλοις ὅπως σωθήσονται νόμον φανεῖται* ΤΙ*θεμένη; post legem perlatam*, opinor. Itaque scribendum *φανεῖται θεμένη*, non *τιθεμένη,* ut pag. 764. 2. *νόμος γὰρ αἰσχρὸς ὅταν κύριος ᾖ τῆς πόλεως ὄνειδός ἐϛι τῆς θεμένης.*

Pag. 752. 23. Τιμοκράτης τῶν μὲν πολλῶν ὑμῶν — οὐδ' ἂν παρ' ἑνὸς λαβεῖν ἠθέλησεν ἐγγυητὰς μὴ μέχρι τῆς ἐνάτης πρυτανείας ἀλλ' οὐδὲ μιᾶς ἡμέρας. Postulat loci sententia ut scribatur μὴ ὍΤΙ μέχρι — ἀλλ' οὐδέ κτἑ.

Pag. 752. 28. παρεδίδου δ' οὗτος τοῖς ἕνδεΚΑ τὸν οὐκ ὀφληκότα ἐν τῷ δικαςηρίῳ. Supplendum — τοῖς ἕνδεκα ΚΑΙ τόν κτἑ.

Pag. 761. 15. οὐδεμίαν γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοις ἄλλην πρόφασιν — ἢ τὴν σεαυτοῦ θεοῖς ἐχθρὰν αἰσχροκέρδειαν. Supra ostendimus verum esse τὴν σεαυτοῦ θεοισεχθρίαν. Manifestum tenemus interpolatorem. Quid esset ΘЄΟΙϹЄΧΘΡΙΑΝ non intellexit. Itaque θεοῖς ἐχθρΑΝ dedit et αἰσχροκέρδειαν addidit.

Pag. 761. 20. οὔτε γὰρ τὸ τὰ τούτων — κατατιθέναι τοῦθ' ἡγήσω [ΤΟ] δεινὰ πάσχειν εἶναι. ποιεῖν γάρ ἐςι τοῦτό γε δεινά. Sine mora expungendum est τό. Comparandi sunt hi apud Demosthenem loci: pag. 564. 8. εἰ τὸ τὰ τοιαῦτα λέγειν τοῦτ' ἐςὶ λειτουργεῖν. pag. 142. 11. τὸ γὰρ ἀποςερεῖν — κακόνους ἕςι ποιεῖν. pag. 546. 17. τὸ γὰρ χρημάτων πολλῶν — τοιοῦτον ἄνθρωπον ἐᾶν εἶναι κύριον ἀφορμήν ἐςιν ἐφ' ἡμᾶς αὐτοὺς δεδωκέναι. pag. 737. 5. τὸ δὲ περὶ τῶν γεγονότων πραγμάτων νόμους γράφειν οὐ νομοθετεῖν ἐςὶν ἀλλὰ τοὺς ἀδικοῦντας σώζειν. pag. 767. 13. τὸ πρᾴως ἔχειν τοῖς τοιούτοις — ἐθίζειν καὶ προδιδάσκειν ἔς' ἀδικЄΙΝ ὑμᾶς ὡς πλείςους. Hinc lux affulget pag. 1231. 26. τὸ πρὸς τὰ τοιαῦτα πρᾴως ἔχειν προδιδάσκειν ἑτέρους ἀδίκΟΤϹ εἶναι. Estne perspicuum Oratorem dixisse: προδιδάσκειν ἑτέρους ἀδικЄΙΝ εἶναι? Sic caeteri omnes in hac re loquebantur. Aristophanes *Nub.* 1411.

οὐ κἀμὲ σοὶ δίκαιόν ἐς' ἀντευνοεῖν ὁμοίως
τύπτειν, ἐπειδήπερ τόδ' ἐςὶν εὐνοεῖν τὸ τύπτειν;

et Callimachus in noto epigrammate:

εἰ τοῦτ' ἐς' ἀδικεῖν ἀδικῶ.

Sic igitur Demosthenes quoque dixerat: τοῦθ' ἡγήσω δεινὰ πάσχειν εἶναι.

Eadem opera eodem mendo liberabis Antiphontem pag. 112. 18. θαυμάζω δὲ — εἰ νομίζει τοῦτο ἀσέβειΑΝ εἶναι τὸ τὴν μητέρα μὴ προδοῦναι. Non est Graecum τοῦτο ἀσέβειαν εἶναι

sed ταύτην. Orator dixerat: εἰ νομίζει τοῦτ' ἀσεβεῖν εἶναι.

Quod autem dicit pag. 761. 21. ἐν τρισὶν ἐξελεγχθέντας δικαστηρίοις significat *in curia*, *in concione et in iudicio*, ut apparet ex pag. 702. 23. πρῶτον μὲν τῆς βουλῆς κατεγνωκυίας, εἶτα τοῦ δήμου μίαν ἡμέραν ὅλην ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ἀναλώσαντος, πρὸς δὲ τούτοις δικαστηρίοιν δυοῖν εἰς ἕνα καὶ χιλίους ἐψηφισμένων. Simul apparet quid sit δικαστηρίοιν δυοῖν. Non enim *duo iudicia* facta sunt, sed *duo consilia* iudicum, iudices mille et unus, in hac causa iudicasse dicuntur. Sic igitur legati in triplici iudicio furti convicti sunt in Senatu, apud populum et apud iudices mille et unum.

Pag. 761. 25. οὔτ' ἄλλως πρᾶος καὶ φιλάνθρωπος σύ τις τῶν ἄλλων διαφόρως ὢν ἐλεεῖς αὐτούς. Pro διαφόρως libri omnes διάφορος exhibent, sed neque hoc sanum est neque illud. *Egregie praeter caeteros* Attice dicitur διαφερόντως τῶν ἄλλων, quod saepe apud Platonem legitur et alios, idque Demostheni reddendum. Διάφορος et διαφόρως ἔχειν et διαφορά, quemadmodum διαφέρεσθαι, apud Atticos in discordia et inimicitiis certam sedem habet.

Pag. 763. 15. προῖκα γὰρ [οὐδὲν ὠφελούμενος] ὑμῖν Τιμοκράτης ἀπεχθάνεται. Recte quisquis est προῖκα interpretatur esse οὐδὲν ὠφελούμενος. Sed Demosthenis auditores huiuscemodi admonitione non indigebant, quid enim notius quam προῖκα hoc sensu? et additam, ut opinor, risissent.

Promiscue Demosthenes utitur vocabulis προῖκα et ἀδωροδοκήτως, ut pag 342. 18. ἀδωροδοκήτως ἢ μή, et post pauca eodem sensu pag. 343. 3. προῖκα ἢ μή. pag. 390. 18. οὐ προῖκα. 429. 10. προῖκα ἢ μή. Hinc arguitur emblema pag. 413. 20. πότερον χρημάτων αἰσχρῶς ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν πρεσβεύειν ἅπαντας προσήκει ἢ προῖκα ὑπὲρ ὑμῶν τὰ βέλτιστα [ἀδωροδοκήτως];

Arguitur emblema οὐδὲν ὠφελούμενος etiam hinc quod paullo ante pag. 761. 12 de eadem re dixit Demosthenes: οὐ προῖκα, ὦ Τιμόκρατες, — ἔθηκας τὸν νόμον.

Pag. 763. 1. τὸν πατέρα οὐκ ἐλεεῖς εἰ — διὰ μικρὸν ἀργύριΟΝ

μὴ μετέχει τῆς πόλεως. Requiro διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον quia extenuantis haec est oratio et elevantis, ut in *Pluto:*

διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον δοῦλος γεγένημαι.

et in *Avibus* 1620:

ὅταν διαριθμῶν ἀργυρίδιον τύχῃ.

et alibi saepius. Μικρός in talibus suapte natura habet ὑποκοριςικά sibi addita. Non μικροὶ ἰχθύες sed μίκρ' ἰχθύδια dicebant et similiter in similibus.

Idem mendum obsidet locum pag. 785. 15. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἐξῆν μικρὸν ἀργύριον (ἀργυρίδιον) δοῦσι μὴ ἀκούειν ταῦτα.

Pag. 763. 14. τὴν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ φησὶ μὲν ἐκδοῦναι, πέπρακε δὲ τῷ ἔργῳ. In hac verborum compositione utrum ἐπ' ἐξαγωγῇ coniungendum est cum φησὶν ἐκδοῦναι an cum πέπρακε? Sine ulla controversia cum φησὶν ἐκδοῦναι. quod quum sit plane absurdum transpone in hunc modum: τὴν ἀδελφὴν φησὶ μὲν ἐκδοῦναι, πέπρακε δὲ ἐπ' ἐξαγωγῇ τῷ ἔργῳ. Ex ipsa rei natura ἐπ' ἐξαγωγῇ componitur cum πωλεῖν, ἀποδόσθαι, πεπρακέναι, ut pag. 787. 8. τὴν ἀδελφὴν ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο.

Pag. 763. 10. καταλύοντι παρ' αὐτῷ ὅτε δεῦρο πρεσβεύοι. Leg. ὁπότε *quoties.*

Pag. 764. 12. πῶς οὖν οὐκ ἄξιος οὗτος τρὶς οὐχ ἅπαξ ἀπολωλέναι ὃς εἷς ὢν καὶ οὐ δήπου μέλλων καταλύειν ὑμᾶς ἀλλὰ τοὐναντίον αὐτὸς ἐν ὑμῖν — ἀπολέσθαι, ὅμως ἐμιμήσατο τοῦτο τἀδίκημα κτέ. Recipiendum erat ex nonnullis libris id quod invitis libris omnibus erat restituendum: μέλλων καταλύCειν ἀλλὰ τοὐναντίον — ἀπολΕΙσθαι.

Pag. 765. 27. Solonem narrat iudicibus dixisse ὅτι νόμος ἐςὶν — ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθείρῃ θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι. ἐπερωτήσας δὲ εἰ δίκαιος αὐτοῖς καὶ καλῶς ἔχων ὁ νόμος φαίνεται, ἐπειδὴ φῆσαι τοὺς δικαςάς, εἰπεῖν ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται ἀργύριον μὲν νόμισμ' εἶναι τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων ἕνεκα τοῖς ἰδιώταις εὑρημένον, τοὺς δὲ νόμους [ἡγοῖτο] νόμισμα τῆς πόλεως εἶναι. Sine mora expunge ἡγοῖτο tam supervacuum quam molestum. Quia praecedens ἡγεῖται, unde pendet νόμισμα τῆς πόλεως εἶναι,

paullo remotius erat, supposuit nescio quis inutile fulcrum ἡγοῖτο, alii ἡγεῖτο.

ΥΠΕΡΕΙΔΗΣ
ΚΑΤ' ΑΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣ.

Quo saepius orationem priorem κατ' Ἀριστογείτονος relego semper mihi magis magisque probabilis fit sententia eorum, qui hanc orationem HYPERIDI tribuunt. Nemo omnium, qui de ea re dixerunt, meo quidem iudicio, Reiskio est anteponendus, homini emunctae naris, acutum cernenti, ingenioso et μεγαλοψύχῳ sanae eloquentiae spectatori et iudici. Reiskius admiratus locum pag. 786. 5. πορεύεται διὰ τῆς ἀγορᾶς ὥσπερ ἔχις ἢ σκορπίος ἠρκὼς τὸ κέντρον ᾄττων δεῦρο κἀκεῖσε σκοπῶν τίνι συμφορὰν ἢ βλασφημίαν ἢ κακόν τι προστριψάμενος καὶ καταστήσας εἰς φόβον ἀργύριον εἰσπράξεται [1]), haec annotavit: „*Insunt huic gravissimae orationi* HYPERIDIS (*est enim* HYPERIDIS) — *illi nervi fortes*, *insunt animi nobiles*, *insunt acres igniculi*, *inest color virilis roboris*, *unde Hyperidea agnosci testatur* Dio Chrysostomus. — *Nam ut subtilior sit Demosthenes atque limatior*, *argumentorumque spicula fortioribus lacertis intorqueat*, *eaque crebriora et spissiora spargat*, *saepe tamen illi ipsi mucrones in acumen plus quam par est tenue extracti retunduntur*, *et obscurantur illi ignes exspirantque in sycophantica quadam vanitate et livore perspicuo*, *unde argumenta eius saepenumero molesta*, *odiosa*, *importuna fiunt.*" Verissima haec sunt et rectissime iudicata praesertim ubi haec argumentorum spicula in Aeschinem contorquentur. Pergit Reiskius ita dicere: „*Dictio illi* (Demostheni) *minus est morata et minus ad mores emendandos composita; nimis contra est exasciata*, *ut eo saepe unicolor et infirma fiat*, *nimio studio sordes popularitatis vitandi.* HYPERIDIS *autem oratio mascula quadam viget eloquentia*, *cuius cum sunt argumenta valida et evidentia*, *tum sunt popularia et subpinguiora. Gravitate sententiarum e penu philoso-*

---

1) Egregium locum imitando corrupit auctor ad Herenn. IV. 62. *Iste quotidie per forum medium tamquam iubatus draco serpit dentibus aduncis adspectu rabido venenato spiritu circumspectans huc et illuc si quem reperiat cui aliquid mali faucibus afflare*, *quem ore attingere*, *dentibus insecare*, *lingua aspergere possit.*

phiae repetitarum et opportune interpositarum mirifice delectat, sed et popularitate atque varietate imaginum et dictionum capit: quo de genere est aculeum exserens scorpius et sublatum cum minis circumferens, *item συνδιαβαπτίζεσθαι et μοσχεύειν et τεταριχευμένος aliaque his similia, quae qui Φορτικά aiunt, parum abest quin ego aiam desipere et eloquentiae naturam ignorare pastos in umbra grammaticorum, qui cum per omnem aetatem nihil non minutum neque ieiunum cogitarint, flagitare audent ut nostrum et de oratione et de dictione iudicium sordibus eorum accommodemus."* Eximium hunc locum etsi paullo longiorem non sum gravatus describere praesertim in iuniorum gratiam, ut inde discant oratores legere et interpretari deque eorum scriptis ferre sententiam. Lepidus est Reiskius *τοῖς γραμματικοῖς διαβαπτιζόμενος*, quos multos in vita et *μικροψύχους* admodum et in se periniquos expertus erat: *ἦσαν δ' οὐ πάντες κακοί.*

Studium illud popularitatis, quae non minus in sententiis, argumentis, exemplis et comparationibus ex vitae usu petitis, quam in dictione et verbis cernitur, idem apparet in oratione *κατ' Ἀριστογείτονος* atque in iis quae nostra memoria repertae sunt *ὑπὲρ Εὐξενίππου* et caeteris, quas esse Hyperideas constat inter omnes. Ut Euxenippum defendens sic orditur: *ἀλλ' ἔγωγε, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅπερ καὶ πρὸς τοὺς παρακαθημένους ἀρτίως ἔλεγον, θαυμάζω εἰ μὴ προσίστανται ὑμῖν αἱ τοιαῦται εἰσαγγελίαι*, sic Aristogitonem accusans ita incipit: *πάλαι καθήμενος, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ κατηγοροῦντος ἀκούων ὥσπερ ὑμεῖς Λυκούργου ἐν τεθαύμακα κτέ.* Quid simul verius est et evidentius quam quod statim ab initio dixit: *κεκρίσθαι τὸ πρᾶγμα πάλαι ὑπὸ τῆς ἑκάστου Φύσεως: quidquid dicant accusatores nihil facere ad rem: εἰ μέν εἰσιν ὑμῶν οἱ πλεῖστοι οἷοι τοὺς πονηροὺς Φιλεῖν* (inquit), *multa verba nequidquam perdemus, εἰ δ' οἷοι μισεῖν, homo improbus dabit poenas."*

Est operae pretium ea quae Hyperides caute admodum dixit *περὶ τῆς ἐνίων Φιλοπονηρίας* componere cum Theophrasti cap. 29. ubi dicitur *ὁ Φιλοπόνηρος* in consilio sedens *πρὸς τοὺς παρακαθημένους εἰπεῖν δεινὸς ὡς οὐ δεῖ τὸν ἄνδρα ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα κρίνεσθαι· καὶ Φῆσαι αὐτὸν κύνα εἶναι τοῦ δήμου, Φυλάττειν γὰρ αὐτὸν τοὺς ἀδικοῦντας· καὶ εἰπεῖν ὡς „οὐχ ἕξομεν τοὺς ὑπὲρ τῶν*

κοινῶν συναχθεσομένους ἂν τοὺς τοιούτους προώμεθα." Compara Hyperidem pag. 782. 6. *τί οὖν οὗτός ἐςι; κύων νὴ Δία, φασί τινες τοῦ δήμου. ποδαπός; οἷος οὓς μὲν αἰτιᾶται λύκους εἶναι μὴ δάκνειν, ἃ δέ φησι φυλάττειν πρόβατα αὐτὸς κατεσθίειν.*

Dissentire mihi in ea re necesse est ab eo viro, quem unum omnium Demosthenis interpretum maxime probare et admirari soleo. Dobraeo enim „*certissimum videtur sophistae declamationes esse ambas Aristogitoneas.*" — „*omnia diversa sunt a Demosthene, et Lycurgi sapiunt* ineptum *imitatorem*" [1]) Quantum est *τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδέν*! Inspice mihi apud ipsum Dobraeum ratiunculas, quibus tam dura sententia nitatur. Nihil reperies quod assensum extorqueat, nihil quod sit magno opere probabile, et repertae veritatis vi animum feriat *καὶ τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις*, adeo pleraque aut non multum habent ponderis aut nihil. Quod dixit Orator pag. 784. 9. *κάπηλός ἐςι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος καὶ μεταβολεὺς καὶ μόνον οὐ ζυγὰ καὶ ςαθμὰ ἔχων πάνθ' ὅσα πώποτ' ἔπραξεν ἐπώλει*, ad haec Dobraeus „*nimius est*" inquit. Nempe haec ad sanum et sobrium et *ξυνεςραμμένον* Demosthenis dicendi genus exigebat, quocum nihil commune habebat faceta et dicax et popularis Hyperidis facundia.

Similia his passim apud Hyperidem leguntur veluti pag. 793. 4. *τούτῳ δὲ οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα φάραγγας βάραθρα.* pag. 795. 14. *μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησας πρὸς τούτους προσορμίζου.* et pag. 797. 12. *ἃ τῶν ἄλλων τῶν ἠτυχηκότων ἕκαςος ἀψοφητὶ ποιεῖ ταῦθ' οὗτος μόνον οὐ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται.*

Est operae pretium cum Dobraei iudicio componere Plinii minoris de hac ipsa oratione et de hoc ipso loco sententiam in notissima epistola ad Lupercum IX. 26. „*visus es mihi in scriptis meis annotasse quaedam ut tumida, quae ego sublimia, ut improba, quae ego audentia, ut* NIMIA, *quae ego plena arbitrabar.*" Deinde sua defendens: „*sed hoc intelligi volo laxandos esse elo-*

---

1) Sumtum hoc ex Libanii argumento: *οἱ δέ φασιν ἐπίτηδες τὸν ῥήτορα τοιούτῳ χαρακτῆρι κεχρῆσθαι ζηλώσαντα Λυκοῦργον εὐδοκιμοῦντα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις.*

quentiae frenos nec angustissimo gyro ingeniorum impetus refringendos. — Demosthenes ipse, ille norma oratoris ac regula, num se cohibet et comprimit quum dicit illa notissima:" (indicatis locis quibusdam ex oratione *de Corona*, *de falsa legatione* et *Philippica* reliqua ex oratione *κατ' Ἀριςογείτονος* apponit „*Simile his: ἀπεσχοινισμένος ἅπασι τοῖς ἐν τῇ πόλει δικαίοις γνώσεσι τριῶν δικαςηρίων* (pag. 778. 17.) „*et ibidem: σὺ τὸν εἰς ταῦτα ἔλεον προδέδωκας ὅλως. μὴ δὴ πρὸς οὓς αὐτὸς ἔχωσας λιμένας καὶ προβόλων ἐνέπλησας πρὸς τούτους προσορμίζου.*" (pag. 795. 12). „*et dixerat: δέδοικα μὴ δόξητέ τισι τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν τῶν ἐν τῇ πόλει παιδοτριβεῖν. ἀσθενὴς μὲν γάρ ἐςι πᾶς ὁ πονηρὸς καθ' ἑαυτόν*" (pag. 771. 26). „*et deinceps: τούτῳ δ' οὐδένα ὁρῶ τῶν τόπων τούτων βάσιμον ὄντα ἀλλὰ πάντα ἀπόκρημνα Φάραγγας βάραθρα.*" (pag. 793. 4). „*nec satis: οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δικαςήρια ταῦθ' ὑμῖν οἰκοδομῆσαι ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μοσχεύητε ἀλλὰ τοὐναντίον ἵν' ἀνείργητε καὶ κολάζητε καὶ μηδεὶς ζηλοῖ μηδ' ἐπιθυμῇ κακίας*" (pag. 785. 2). „*adhuc: εἰ δὲ κάπηλός ἐςι πονηρίας καὶ παλιγκάπηλος καὶ μεταβολεύς* (pag. 784. 7.) *et mille talia.*"

Nulla est apud doctissimum virum dubitatio quin haec omnia sint ipsius Demosthenis, et attonitus audivisset fore ut haec aliquando *Sophistae declamitantis* esse viderentur.

Alterum crimen est „*inepte frequentat μηδὲ γένοιτο et similia.*"

Tertium „*inepte frequentat ὅλως.*"

Quartum aliquanto gravius „*taediosas ambages nectit* pag. 796. 13." Audi: *τὴν κοινὴν Φιλανθρωπίαν ἣν ὑμεῖς ἔχετ' ἐκ Φύσεως πρὸς ἀλλήλους οὗτος ἀναιρεῖ καὶ διαΦθείρει τὸ καθ' αὑτόν.* deinde suavissime scribit de fideli concordia quam et in privatorum aedibus et in rep. pariat mutua indulgentia, facilitas, comitas, quae omnia verissima esse unusquisque nostrum in pectore sentit et in vitae usu vel suae domi vel apud vicinos et amicos saepe expertus est.

Despiciebat haec Demosthenes *ὁ ὑψηλόνους καὶ μεγαλορρήμων*, sed Hyperides ut unus e populo *μετὰ πάσης οἰκειότητος* (pag. 773. 15.) *admodum familiariter* haec apud iudices agebat. Reliquas Dobraei criminationes videbis perinde esse leves ac debiles. Compertum habebat cum futili Sophista sibi negotium esse quem facile quolibet telo conficere posset.

Ex eadem opinione Dobraeo subnatae sunt suspiciones de sophistae declamitantis furtis ex Demosthene, Aeschine, Euripide, Aristophane, quorum plumis sese graculus exornasset.

Praeiudicata haec opinio summum virum ita transversum egit, ut olim quosdam populares meos qui ubique *imitationes* se videre somniabant. Pauca mihi haec vide. Aristophanes in *Plut.* 11. de Apolline:

ἰατρὸς ὢν καὶ μάντις ὥς φασιν σοφός.

Sophista pag. 780. 21. παρὰ τῷ Ἀπόλλωνι — ὃς ὢν θεὸς καὶ μάντις κατ' ἀμφότερα οἶδε τὸ βέλτιστον.

Aristogiton pag. 785. 13. dixit sese τοὺς στρατηγοὺς οὐδὲ τῶν κοπρώνων ἂν ἐπιστάτας ἑλέσθαι. Scin' unde haec sumserit? Nempe ex Eupolide apud Athenaeum pag. 425. B.

οὓς δ' οὐκ ἂν ᾑρεῖσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας προτοῦ
νυνὶ στρατηγοὺς ἔχομεν.

Subridemus ad haec: inspiciamus locos quosdam Demostheni sublectos, vel potius omnes sub unum conspectum ponamus quo melius appareat quid rei sit.

pag. 771. 19. νυνὶ κρίνεται μὲν Ἀριστογείτων, δοκιμάζεσθε δὲ καὶ κινδυνεύεθ' ὑμεῖς περὶ δόξης.	482. 17. οὐχ ὁ νόμος κρίνεται — ἀλλ' ὑμεῖς δοκιμάζεσθε.
773. 3. πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει καλά — παρακαταθήκην εἰληφὼς παρὰ τῶν νόμων.	572. 6. τοὺς νόμους τὸν ὅρκον, ταῦτ' ἔχεθ' ὑμεῖς οἱ ἀεὶ δικάζοντες ὡσπερεὶ παρακαταθήκην.
773. 28. ἃ λογίζεσθαι τοὺς ὑπὲρ πόλεως καὶ νόμων βουλευομένοις προσήκει.	57. 19. ὡς ὑπὲρ πόλεως βουλευομένοις καὶ τηλικούτων πραγμάτων προσήκει.
774. 5. συγχωρήσατέ μοι ὡς πέφυκα καὶ προῄρημαι περὶ τούτων διαλεχθῆναι πρὸς ὑμᾶς· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυναίμην.	95. 28. λέξω δὲ μετὰ παρρησίας· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυναίμην.
779. 16. μὴ γὰρ τοσαύτη σπάνις ἀνδρῶν γένοιτο τῇ πόλει ὥστε	433. 2. μὴ γὰρ οὕτω γένοιτο κακῶς τῇ πόλει ὥστ' Ἀφο-

παρ' Ἀριϛογείτονος τῶν καλῶν πορίσασθαι.	βήτου καὶ Αἰσχίνου σωφρονιϛῶν δεηθῆναι.
779. 20. ἐφ' ἃ δ' ἂν καὶ χρήσαιτό τις τοιούτῳ θηρίῳ ἀπεύχεσθαι τοῖς θεοῖς μὴ γένεσθαι δεῖ.	102. 16. τὴν δὲ τῶν δούλων (ἀνάγκην) ἀπεύχεσθαι δήπου μὴ γενέσθαι δεῖ.
785. 3. οὐδὲ γὰρ τοὺς προγόνους ὑπολαμβάνω τὰ δικαϛήρια ταῦθ' ὑμῖν οἰκοδομῆσαι ἵνα τοὺς τοιούτους ἐν αὐτοῖς μυσχεύητε.	268. 20. οἰκοδομῆσαι δὲ τοὺς προγόνους ταυτὶ τὰ δικαϛήρια ὑπείληφα οὐχ ἵνα συλλέξαντες ἡμᾶς εἰς ταῦτα — ἀπὸ τῶν ἰδίων κακῶς τὰ ἀπόρρητα λέγωμεν ἀλλήλους.
787. 7. θυγατέρα δ' ἐκείνης ὁπωϛδήποτε γενομένην· ἐῶ γὰρ τοῦτό γε.	314. 5. ἐπειδὴ δ' ἐνεγράφης ὁπωσδήποτε· ἐῶ γὰρ τοῦτό γε.
792. 19. οὐκ ὀρθῶς οὐδὲ πολιτικῶς οὐδ' ὡς συμφέρει.	229. 15. οὔτ' ὀρθῶς ἔχον οὔτε πολιτικὸν οὔτε δίκαιόν ἐϛιν.
793. 13. τὸν ἑαυτοῦ βίον. ὃν ποῦ βεβίωκεν; ὃν μὲν γὰρ ἅπαντες ὑμεῖς ἑοράκατε οὐκ ἔϛι τοιοῦτος.	403. 24. ποῖον οὖν ἐρεῖς βίον; ὃν οὐ βεβίωκας; ἐπεὶ ὅ γε βεβιωμένος σοι τοιοῦτος φαίνεται.
794. 22. ὁ δὲ δὴ παμπόνηρος ἄνθρωπος ποῖός τις καλοῖτ' ἂν δικαίως; ὁ τρισκατάρατος, ὁ κοινὸς ἐχθρὸς, ὁ πᾶσι δυσμενὴς, ὅτῳ μήτε γῆ φέροι καρπὸν μήτ' ἀποθανόντα δέξαιτο; οὐχ ὁ τοιοῦτος;	267. 8. ὁ δὲ παμπόνηρος ἄνθρωπος καὶ θεοῖς ἐχθρὸς καὶ βάσκανος ὄντως ποῖός τις ἂν εἴη πρὸς θεῶν; οὐχ ὁ τοιοῦτος;
798. 20. ὃς γὰρ οἷς ὁ δῆμος ἅπας τοὺς ἐνοχλοῦντας ἑαυτὸν νουθετεῖ θορύβοις μηδεπώποθ' ὑπεῖξεν.	577. 9. ἀπειλῶν καὶ βλέπων εἰς τὸν ἀεὶ θορυβοῦντα τόπον τῆς ἐκκλησίας καταπλήξειν ᾤετο τὸν δῆμον ἅπαντα.

Haec fere sunt quae Sophista ex Demosthene sumsisse Dobraeo videtur, sed quis, quaeso, his diligenter consideratis mihi non dabit non *furta* haec esse neque studio quaesitas imitationes neque flosculos de industria collectos, sed aut συνεμπτώσεις aut ἐγκύκλια omnibus ἀττικιςί loquentibus circa eandem aetatem communia?

Dixit Hyperides pag. 776. 8. figurate ἐράνου πληρωταί, bis in *Midiana* pag. 547 et 574 affine quid dixerat Demosthenes. Num igitur illud ex hoc natum esse putemus? Notum est dictum citharoedi ad Philippum (in Plut. *Moral.* pag. 67. D.): μὴ γένοιτό σοι οὕτως, ὦ βασιλεῦ, κακῶς, ἵν' ἐμοῦ ταῦτα βέλτιον εἰδῇς. Dicamusne haec ex Hyperidis aut Demosthenis imitatione fluxisse? Οἱ Φιλοπόνηροι et apud Hyperidem et apud Theophrastum improbum demagogum appellant κύνα τοῦ δήμου. Omnes tum ita loquebantur et ab aliis audita pro suis utebantur. Multo igitur melius et sanius ex his omnibus colligemus populares et aequales eos fuisse qui in dictione et sententiis tam sint inter se similes.

Reliqua qui volet utiliter et iucunde comparabit; equidem pauculos ex Hyperidea oratione locos si potero emendatiores reddam.

Pag. 770. 13. εἰ μέν εἰσιν ὑμῶν οἱ πλείους οἷοι τοὺς πονηροὺς φιλεῖν [καὶ σώζειν], — εἰ δ' οἷοι μισεῖν κτέ. Delendum est καὶ σώζειν inutile et concinnitati sententiae non conveniens. In S ea verba prima manus omisit, corrector ex alio libro in ora posuit. Perinde est ac si dixisset: εἰ μὲν Φιλοπόνηροί εἰσιν — εἰ δὲ μισοπόνηροι, ut paullo ante dixerat: ὡς ἂν ἕκαςος ὑμῶν ἔχῃ πρὸς τὸ ἢ δυσχεραίνειν ἢ προσίεσθαι πονηρίαν. Scite et lepide dixit: μάτην ἐρραψῳδηκότας ἡμᾶς ἔσεσθαι, in quibus verbis notio τοῦ σώζειν τὸν Φεύγοντα plane inest.

Pag. 770. 20. πρὸς ἅπαντ' ἔρχονται τὰ δικαςήρια οἱ μὲν δικαςαὶ παρὰ τοῦ κατηγόρου καὶ τοῦ Φεύγοντος τὸ πρᾶγμα μαθησόμενοι, — οἱ δ' ἀντίδικοι μεθ' ἑαυτοῦ δείξων ἑκάτερος ὄντα τὰ τῶν νόμων δίκαια [ἰσχυρά]. Qui ἰσχυρά ex praecedente loco pag. 750. 5. (τὰ τουτουὶ τοῦ ἀγῶνος δίκαιά ἐςιν ἰσχυρά) inseruit, pervertit omnia. Planum et notissimum est: μετ' ἐμοῦ τὰ τῶν

νόμων δίκαιά ἐστιν, sed addideris *μετ' ἐμοῦ τὰ δίκαια ἰσχυρά ἐστιν* absurda et sensu cassa exibit oratio.

Eadem erat Dobraei sententia praeeunte Tayloro: idem vidit corrector Codicis A. sed Editores non audiunt.

Pag. 771. 5. *οἱ δικάσοντες ὑμεῖς ἥκετε μᾶλλον ἡμῶν τῶν κατηγόρων εἰδότες* ΚΑΙ *ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ τοῦτον* ΚΑΙ *ἐγγεγραμμένον ἐν ἀκροπόλει* ΚΑΙ *οὐκ ἐξὸν αὐτῷ λέγειν*. De tribus copulis una est vitiosa et expungenda. Reiskius tertiam eximit, quem Dindorf. sequitur. Sed soloecam orationem faciunt coniungentes sic necessario *εἰδότες τοῦτον λέγειν* pro *λέγοντα*. Expellenda est secunda et sic scribendum: *εἰδότες καὶ ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ τοῦτον ἐγγεγραμμένον ἐν ἀκροπόλει καὶ οὐκ ἐξὸν αὐτῷ λέγειν*. Ordo est *εἰδότες τοῦτον ἐγγεγραμμένον ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ* et *εἰδότες οὐκ ἐξὸν αὐτῷ λέγειν*. Recta oratio est *ἐγγέγραπται ὀφείλων τῷ δημοσίῳ καὶ οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ λέγειν*, sed ubi sic duo participia concurrunt *ἐγγεγραμμένος ὀφείλων*, ut modo ad *Timocrateam* notavimus, magistri aut *καί* aut *δέ* interponunt de suo. Mos erat ut eorum qui fisci debitores essent nomina in tabula lignea (pag. 791. 11) in arce posita (*ἐν ἀκροπόλει* aut *παρὰ τῇ θεῷ* pag. 778. 15) proponerentur, idque appellatur *ἐγγέγραπταί τις ὀφείλων τῷ δημοσίῳ*. Itaque triplex hinc nata est orationis forma aut *ἐγγέγραπται ὀφείλων τῷ δημοσίῳ* aut *ὀφείλει τῷ δημοσίῳ* aut *ἐγγέγραπται*, ut pag. 791. 23. Dicebant etiam *ἐγγέγραπται* cum accusativo *debiti summam* significante, ut pag. 791. 19. *οἱ δραχμὴν ἐγγεγραμμένοι μόνην*. sed *καὶ ὀφείλει τῷ δημοσίῳ καὶ ἐγγέγραπται ἐν ἀκροπόλει* vitiose dictum est quoniam numquam hoc sine illo cogitari potest et necessario *ὁ μὲν ὀφείλων ἐγγέγραπται, ὁ δ' ἐγγεγραμμένος ὀφείλει*.

Pag. 771. 26. *τὸν ἀεὶ βουλόμενον εἶναι πονηρὸν παιδοτριβεῖν*. Popularitatis amans HYPERIDES multis vocabulis utitur ex quotidiano civium sermone sumtis, quibus Demosthenes fastidiose abstinet. Talia sunt *παιδοτριβεῖν* pro *ἀσκεῖν* pag. 772. 6. *ὧν μέσος καὶ τελευταῖος καὶ πρῶτός ἐστιν οὗτος*. pag. 778. 17. *ἀπεσχοινισμένος*, pag. 782. 25. *διαβαπτίζεσθαι*. pag. 784. 22. *ἀνασείσας*. pag. 785. 5. *μοσχεύητε*. pag. 788. 24. *τεταριχευμένος*.

pag. 790. 21. *δακτυλοδεικτεῖτε.* pag. 794. 5. *ὁ λοιμός* pro *ὁ ὄλεθρος, ὁ φθόρος.* [1]) pag. 799. 17. *φυσιογνωμονήσουσιν.*

Pag. 772. 26. ad iudices ita dicit: *oportet unumquemque vestrum τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην — εἰς αὑτὸν ἕκαστον νομίσαντα βλέπειν οὕτω ψηφίζεσθαι φυλαττόμενον καὶ προορώμενον μὴ καταισχῦναι ταύτην, ἧς ἐπώνυμός ἐστιν ὑμῶν ἕκαστος ὁ ἀεὶ δικάζειν λαχὼν πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει καλὰ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα [φυλάττειν] ταύτην τὴν ἡμέραν παρακαταθήκην ἔνορκον εἰληφὼς παρὰ τῶν νόμων καὶ τῆς πολιτείας καὶ τῆς πατρίδος.* Pro *φυλάττειν* in optimis libris est *φυλάττων*, sed si quis locum diligenter consideraverit videbit *φυλάττειν* (an *φυλάττων*) a sciolo esse interpolatum. Coniuncta sunt *ἧς ἐπώνυμός ἐστιν ὁ ἀεὶ δικάζειν λαχὼν τὰ ἐν τῇ πόλει καλὰ παρακαταθήκην εἰληφὼς παρὰ τῶν νόμων.* quod quum sciolus non intellexisset de suo *φυλάττων* (alii *φυλάττειν*) pro fulcro supposuit.

Plane mecum sentire video Dobraeum, sed quasi vulgata lectio nihil difficultatis haberet editores taciti praetereunt.

Pag. 773. 7. *ὡς εἰ — Ἀπὸ τῆς συνήθους εὐηθείας εἰσεληλυθότες καθεδεῖσθε.* Nihil est *ἀπὸ εὐηθείας*, rescribe *Ὑπὸ τῆς συνήθους εὐηθείας*, ut dicitur *ὑπὸ λύπης, ὑπ' ἀνίας, ὑπὸ χαρᾶς, ὑπὸ φόβου, ὑπὸ λιμοῦ*, et alia his similia permulta.

Pag. 773. 28. *ἃ δὲ καὶ λογίζεσθαι τοὺς ὑπὲρ πόλεως καὶ νόμων βουλευομένους προσήκει [καὶ σκοπεῖσθαι δεῖ] ταῦτα προῃρούμην εἰπεῖν.* Consentiunt omnes intolerabile esse *καὶ σκοπεῖσθαι δεῖ* post: *ἃ λογίζεσθαι προσήκει.* Itaque Reiskii coniectura ἈΕΙ pro ΔΕΙ est recepta. sed vel sic ea verba perincommodo loco inserta ferri nequeunt et resectis demum omnia ordine procedunt.

Nobilis in hac oratione locus est et a multis celebratus pag. 774. ubi Orator legis definitionem hanc dedit: *οἱ δὲ νόμοι τὸ δίκαιον — ζητοῦσι καὶ ἐπειδὰν εὑρεθῇ κοινὸν τοῦτο πρόσταγμα*

---

1) *Ἀντιαττικιστής* Bekk. *Anecd.* pag. 106. 1. *Λοιμός: — ἐφ' οὗ ἡ συνήθεια τάσσει. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος· οὗτος οὖν αὐτὸν ἐξαιτήσεται ὁ φαρμακός, ὁ λοιμός;*

ἀπεδείχθη. — ὅτι πᾶς ἐςὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δ' ἀνθρώπων Φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή. Hinc Papinianus in Pandectis I. 3. 1. „*Lex est commune praeceptum, virorum prudentium consultum, delictorum quae sponte vel ignorantia contrahuntur coercitio, communis reipublicae sponsio.*" Notandum est verba εὕρημα καὶ δῶρον θεῶν ab Icto Romano omissa esse.

Pag. 775. 17. πᾶς ὁ τῆς πόλεως καὶ τῶν νόμων κόσμος συνταράττεται καὶ διαΦθείρεται κατὰ τοῦτον, ut habeat oratio Graecum colorem inserto articulo scribendum: διαΦθείρεται ΤΟ κατὰ τοῦτον. cf. pag. 1210. 20. ἵνα μηδὲν ἐλλείποι τῷ δήμῳ ὧν προσέταξε τὸ κατ' ἐμέ. ubi S mendose προσετάξατε κατ' ἐμέ. Eodem sensu dicitur τοὐμὸν μέρος, τὸ σὸν μέρος, τὸ τούτου μέρος, unde emenda locum pag. 1098. 3. ἔτι τοίνυν ['ΕΠΙ] τὸ τῶν διαμαρτυρούντων μέρος οὔτε δικαςήρια ἦν ἂν οὔτε ἀγῶνες ἐγίγνοντο. Expunge ἐπί. Optime dicitur τοὐπ' ἐμοί, τοὐπὶ σοί, non ἐπὶ τὸ σὸν μέρος. Sine vitio scribitur pag. 776. 13. πολλὰ καὶ καλὰ — διαΦθείρει τὸ καθ' αὑτόν. et pag. 796. 14. τὴν κοινὴν Φιλανθρωπίαν — οὗτος ἀναιρεῖ καὶ διαΦθείρει τὸ καθ' αὑτόν.

Locum pag. 775. 19. occupavit emendare Dobraeus, cuius nunc quidem auctoritatem Dindorf. secutus est.

Quo minus dubites vide mihi idem mendum in S commissum pag. 309. 6. οὐδεὶς μήποθ' εὕρῃ ΤΟ κατ' ἐμὲ οὐδὲν ἐλλειΦθέν, ubi necessarium τὸ in S non comparet.

Pag. 776. 4. τί γὰρ [ἂν] τοῦτον οἴεσθε ποιήσειν λυθέντων τῶν νόμων; Vitiosa compositio est: itaque ex uno Codice ποιεῖν receptum. Melius ἄν delebimus. Grammaticus incertus in Bekk. *Anecd.* pag. 127. 24. scribit: „AN *ex grammaticorum praecepto cum futuro non componitur, sed apud veteres multa huius rei exempla reperiuntur*" deinde addit quatuor locos *mendosos* et olim correctos.

Post pauca: ὥσπερ ἂν εἰ καθῆσθε ἐράνου πληρωταί. Legendum καθῆσθε, ut dicebant μεμνήμην, κεκλήμην, βεβλήμην. Hesychius: Δεδῆσθε: δεδεμένοι εἴητε.

Pag. 776. 12. *πάνθ' ὅσα ταξάντων τῶν νόμων ἕκαςος ἡμῶν ποιεῖ.* In S legitur in margine *γρ. προσταξάντων.* quod verum est et recipiendum. Lex non dicitur *τάξαι* sed *iubere κελεύειν* sive *προστάττειν*, et *vetare ἀπαγορεύειν* sive *οὐκ ἐᾶν.*

Pag. 776. 26. *πάντα γὰρ τὰ σεμνὰ καὶ καλὰ [καὶ δι' ὧν ἡ πόλις κοσμεῖται καὶ σώζεται], ἡ σωφροσύνη, ἡ πρὸς τοὺς γονέας καὶ τοὺς πρεσβυτέρους ὑμῶν παρὰ τῶν νέων αἰσχύνη, ἡ εὐταξία, τῇ τῶν νόμων προσθήκῃ τῶν αἰσχρῶν περίεςιν.* Emblema sententiam onerans et verborum cursum impediens irrepsisse videtur ex pag. 775. 26. *καὶ πάντα δι' ὧν ἡ πόλις οἰκεῖται* (S *διοικεῖται.* quod praestat) *καὶ σώζεται.*

Pag. 777. 13. *διαλογισάμενος — ὅτι ἔξεςι καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν ὅ τι ἂν βούληται — καὶ οὐδεὶς — εὐθὺς αὐτὸν ἀποκτείνει*, imo vero *ἀποκτενεῖ.* Tralaticium hoc genus errorum est. Mirum est Dobraeum in h. l. haerere et Dindorfium *ἀποκτείνει* sensu vacuum retinere. Cogitat homo sibi quidlibet facere licere idque se sine capitis periculo *facturum.*

Est in eodem loco aliud mendum in verbis: *ἐάνπερ τοῦ ποῖός τις εἶναι δόξει* [῾Ο] *ταῦτα ποιῶν ὀλιγωρήσῃ*, admonitus enim senties articulum vitiose abundare. nam sensus est *ποῖός τις εἶναι δόξει ὅταν ταῦτα ποιῇ.*

Pag. 778. 8. *καὶ οὐδεὶς ὑμῶν χολὴν [οὐδὲ ὀργὴν] ἔχων φανήσεται ἐφ' οἷς ὁ βδελυρὸς — βιάζεται τοὺς νόμους;* Utrumque rectissime dicitur *χολὴν ἔχειν* et *ἔχειν ὀργήν*, sed stulte haec coniunguntur, quasi diversa essent. Non est hoc novum ac recens librorum mendum. Longinus enim *περὶ ὕψους* cap. 27. eandem lectionem affert. Est igitur vetus vitium, sed vitium.

Pag. 778. 11. *κεκλῃμένης σοι τῆς παρρησίας οὐ κιγκλίσιν οὐδὲ θύραις ἃ καὶ παρΑΝοίξειεν ἄν τις κτέ.* Si quid credimus grammaticis et *ἀττικιςαῖς*, emendandum erit *παροίξειεν ἄν τις.* Moeris: *Παροίξας τῆς θύρας* Ἀττικοί, *παρανοίξας* Ἕλληνες. Phrynichus in Bekkeri *Anecd.* pag. 60. 20. *Παρεῳγμένης τῆς θύρας: οἱ ἰδιῶται παρανεῳγμένης.*

Ergo *adaperire* dicebatur *παροίγειν* et Hyperidi *ἃ καὶ παροίξειεν ἄν τις* reddendum.

Pag. 778. 25. *εἰ γάρ τις εἴποι ὡς ἐκ τῶν νεωτάτων ἢ τῶν πλουσιωτάτων — ἢ τῶν τοιούτων τινὸς μερῶν τοὺς λέγοντας εἶναι δεῖ ἀποκτείναιτ' ἂν αὐτὸν ὡς καταλύοντι τὸν δῆμον*, quibus haec opponit: *καὶ μὴν ὅ τι βούλεσθε τούτων ἧττόν ἐςι δεινὸν ἢ εἴ τις [ἐξ ὧν οὗτός ἐςι μερῶν] εἴποι τοῖς βιαζομένοις ἐξεῖναι λέγειν ἢ τοῖς ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἢ τοῖς ὧν ἀπέκτεινεν ὁ δῆμος τοὺς πατέρας κτἑ.* Si quis non sentit emblema hoc in margine esse collocandum cogitato secum an alieniore loco quam ubi nunc est poni potuerit. Prorsus esse supervacaneum quia sequitur: *πάντα γὰρ ταῦθ' ὑπάρχει τούτῳ*, quis non videt?

Pag. 779. 7. *πάντα γὰρ ταῦθ' ὑπάρχει τούτῳ καὶ πρόσεςι τοῖς οἷόσπερ οὗτός ἐςι τὴν Φύσιν.* Impedita sententia est et vix sana. Quid si dixerit: *ὑπάρχει τούτῳ καὶ τοῖς οἵοισπερ οὗτος τὴν Φύσιν.* De attractione *τοῖς οἵοισπερ οὗτος* vide ad pag. 613. 8.

Pag. 779. 16. *μὴ γὰρ, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, τοσαύτη σπάνις ἀνδρῶν γένοιτο τῇ πόλει ὥςε παρ' Ἀριςογείτονος τῶν καλῶν τι* ΠΟΙΗ*σασθαι.* Absurdum hoc quidem est *ποιήσασθαί τι καλὸν παρά τινος.* Emenda ΠΟΡΙ*σασθαι.* Sic *τἀγαθὰ πορίζεσθαι.* et similia passim legitur.

Non infrequenti errore in libris *πορίσαι* et *ποιῆσαι*, *πορίσασθαι* et *ποιήσασθαι* inter se confunduntur.

Pag. 780. 16. *εἰσὶ ταῖς πόλεσι πάσαις βωμοὶ καὶ νεῴ πάντων τῶν θεῶν, ἐν δὲ τούτοις καὶ* ΠΡΟΝΟΙΑΣ *Ἀθηνᾶς — ἀλλ' οὐκ* ἈΠΟΝΟΙΑΣ *οὐδ' ἀναιδείας.* Ex oppositione certum est *προνοίας* Oratorem dixisse, non *προναίας.* Est hoc *παράκουσμα δημοτικόν.* Antiquarii sciebant *προναίαν* unice verum esse, sed populus *πρόνοιαν* appellare solebat. Itaque non est magno opere mirandum Hyperidem quotidiano populi sermone utentem in ea re non cum doctis vera sentire, sed cum populo errare.

Pag. 781. 2. *ἔςι δὲ πάντ' αὐτῷ ταῦτα ἐάνπερ ὑμεῖς ὀρθῶς ἀκούητε ἀδόκιμα.* Quid quaeso est *ὀρθῶς ἀκούειν*? Fuerat, credo

ΟΡΘΩC*ΚΟ*ΗΤΕ, in quo latebat *ὀρθῶς* CκοΠῆτε. Quid tritius est in tali re quam *ὀρθῶς σκοπεῖν*?

Pag. 681. 9. scribendum: *καὶ Ἀδράστειαν μὲν ἄνθρωπος ὢν προσκυνῶ*. In plerisque libris est *ἄνθρωπος ὢν ἔγωγε* vel *ἐγώ*. Optime S inutile pronomen omisit.

Pag. 786. 22. *μὴ τοίνυν μηδὲ τούτῳ* ΔΟΤΕ *νῦν*. Quum rectissime legeretur ΔΩΤΕ, ex Codice S soloecum *δὴ δότε* est substitutum.

Pag. 787. 19. *ταύτην τὴν ἄνθρωπον τὴν τοιαῦτ' εὐεργετήσασαν αὐτὸν — μεμφομένην τι καὶ τούτων ὑπομιμνήσκουσαν καὶ ἀξιοῦσ*ΑΝ *εὖ παθεῖν — ἀπέπεμψεν ἀπὸ τῆς οἰκίας*. Excidit necessaria ad sensum praepositio legendumque *ἀξιοῦσαν* ἈΝΤ*ευπαθεῖν*, quod praecedenti *εὐεργετήσασαν* respondet. Postulabat muliercula ut sibi *pro illis meritis* gratia redderetur.

Post pauca de eadem re legitur *ἐπέπρατ' ἂν διὰ τοῦτον ᾧ τῆς σωτηρίας αὐτὴ αἰτία ἐγεγόνει*. Incommodum et molestum est *αὐτή ipsa*, sed videtur scripsisse, *ἣ τῆς σωτηρίας αὐτῷ αἰτία ἐγεγόνει*.

Pag. 788. 27. *ἀπέστη τοῦ τὸ γραμματεῖον ἐρευνᾶν* [*καὶ ζητεῖν*]. In aliis *ἢ ζητεῖν*. Reiskio erat obtemperandum inficetum emblema expungenti.

In vicinia pag. 789. 1. *καὶ μετὰ ταῦτα ψηφίζονται περὶ αὐτοῦ* [*ταῦτα*] *οἱ ἐν τῷ οἰκήματι μὴ πυρὸς, μὴ λύχνου — μηδένα τούτῳ κοινωνεῖν*. Deleto *ταῦτα* reliqua habebunt optime.

Pag. 789. 25. *ἡ παρ' ἐμ*ΟΙ *μόνον εὔνοια λοιπή*. imo vero *παρ' ἐμοῦ*, ut supra ostendimus. *ἡ παρ' ἐμοὶ εὔνοια* perinde vitiosum est ac si quis *ἡ παρὰ τοῖς θεοῖς εὔνοια* vellet dicere. Sensit id Wolfius, sensit Dobraeus, quorum uterque *παρ' ἐμοῦ* requirebat. Wolfii coniecturam commemorans Schaeferus *„vellem niteretur auctoritate Codicum."* inquit. Difficile est ad haec non subridere.

Pag. 790. 10. *ἡδέως ἂν εἰδείην τίς ἐστιν ὁ τὴν πρὸς τοὺς γονέας εὔνοιαν ὁρῶν προδεδωκότα τοῦτον, ἣν πρὸς τὸν δῆμον νῦν ἔχειν ὑπισχνεῖται πιστεύων.* Quid sibi vult in tali re *ὑπισχνεῖται*? et *πιστεύων τὴν εὔνοιαν* quid est? nihil prorsus. Ex imo sententiae fundo emergit: *ἣν — νῦν ἔχειν ὑποκρίνεται*; (vel *προσποιεῖται*) *ἀληθῆ εἶναι πιστεύων*. Videtur lacuna in vetusto libro utcumque expleta fuisse.

Pag. 791. 12. *εἰ μὲν οὖν ἀνῄρηται ταῦτα — ἡμεῖς ληροῦμεν, — εἰ δ' ἔτι ἔστι καὶ ἔσται ἕωσπερ ἂν ἐκτίσῃ [καὶ μενεῖ], οὗτος οὐδὲν ἀληθὲς λέγει.* Ubi *καὶ μενεῖ* deleveris sana omnia et expedita erunt.

Insulsum imprimis et manifestum emblema pag. 795. 2. a Dobraeo deprensum est. Postquam dixerat: *τίνος δὲ συγγνώμης — οἱ σεσυκοφαντημένοι τετυχήκασι παρὰ τούτου*; addidit: *καὶ ἐφ' οἷς ὁ βάσκανος οὗτος οὕτως ὠμῶς καὶ πικρῶς εἶχε, τούτους ὑμῶν οἱ λαχόντες τὰ δίκαια ποιοῦντες ἔσωζον καὶ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐ μετεδίδοσαν αὐτῷ.* Haec Hyperides dixerat: nunc post *ἔσωζον* legitur in textu hoc scholium [*καὶ τοὺς ὑπὸ τούτου συκοφαντουμένους ἀπεψηφίζοντο*] quae et inepte abundant neque verborum compositioni congruunt. Itaque rectissime haec Dobraeus delevit.

Pag. 797. 16. *ἐπειδὰν οὖν τις — εἴπῃ „τοῦτον δὲ ταῦτα ποιεῖν καὶ ταῦτ' ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ." τί δ'; οὐ καὶ ὁ δεῖνα, φησὶν, ὀφείλει; τὸν ἐχθρὸν ἕκαστΟC ὑπειπὼν τὸν αὑτοῦ.* Manifesto mendosum est *ἕκαστ*ΟC. de solo Aristogitone haec dicuntur. Emenda: *τὸν ἐχθρὸν ἑκάστ*ΟΘ' *ὑπειπών.*

Pag. 798. 26. *δεῖ δὴ πάντας — τοῦτο τὸ θηρίον ὑμᾶς ἐξορίσαι — μὴ περιμείναντάς* ΤΙ *παθεῖν.* Legendum, ut dici solet, *μὴ περιμείναντας* ΤΟ *παθεῖν.*

Pag. 799. 11. *ἐπολιτεύοντο γὰρ* (maiores nostri) *οὐχὶ τοῖς πονηροτάτοις καὶ συκοφάνταις συνεργ*ΕΙΝ *διδόντες ἑαυτούς.* Non est haec Graeca oratio *δίδωμι ἐμαυτὸν συνεργεῖν*, sed *συνεργόν.* Corrigendum igitur est *συνεργ*ΟΥC *διδόντες ἑαυτούς.*

Pag 799. 28. *πῶς δὲ ταῖς νουμηνίαις εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβαίν*ONTЄC *τἀγαθὰ τῇ πόλει διδόναι καὶ ἕκαςος ἑαυτῷ τοῖς θεοῖς εὔξε*TAI *ὅταν — τἀναντία τοῖς ὅρκοις καὶ τοῖς ἐκεῖ γράμμασιν ἐγνωκ*OTЄC *ἦτε.* Postulat loci compositio ut *εὔξ*ЄCΘЄ pro *εὔξεται* rescribatur. Librarii verbum ad proxima *ἕκαςος ἑαυτῷ* accommodarunt. Sine vito statim scribitur: *καταράσ*ЄCΘЄ *τοῖς ἀποψηφισαμένοις τοῦτο τὸ πιςὸν ἕκας*OC ΔOYC *ὡς οὐκ αὐτὸς οὗτός ἐςιν.*

In eodem loco pag. 800. 1. *πῶς δὲ ταῖς νουμηνίαις εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβαίνοντες τἀγαθὰ τῇ πόλει διδόναι — τοῖς θεοῖς εὔξεσθε ὅταν ὄντος τούτου ἐκεῖ καὶ τοῦ* ΠΑΤΡΟC *αὐτοῦ τοῦ χρηςοῦ τἀναντία — τοῖς ἐκεῖ γράμμασιν ἐγνωκότες ἦτε;* Mirantur omnes Aristogitonis *patrem* commemorari, quem dudum mortuum et sepultum esse constat [1]). Itaque corrector in Codice quodam Parisino de suo *ἀδελφοῦ* pro *πατρός* reposuit, idque Dindorfius recepit in textum. Quam tandem esse putant huius loci sententiam? *Quo pacto*, inquit, *in arce bona a Diis immortalibus precabimini* PRAESENTE *hoc et bono fratre eius?* Cur, quaeso, non poterant in arce Deos precari coram Aristogitone et fratre eius? Credo aliud quid significari verbis *ὄντος τούτου ἐκεῖ.* Nempe in tabula lignea (*ἐν σανίδι*) in arce apud Minervae templum (*παρὰ τῇ θεῷ*) inscripta erant nomina *τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ.* In his erat et Aristogitonis nomen et boni PATRIS eius. Itaque ea res religionem obiicere debebat iudicibus, qui sycophantam tamquam *οὐκ ὀφείλοντα* absolvissent. Perspicue dictum est de ea re *ὅταν τοῖς ἐκεῖ γράμμασιν ἐναντία ἐγνωκότες ἦτε.* Itaque etiam quod praecedit *ὄντος αὐτοῦ ἐκεῖ* eodem referendum et perinde est ac si dixisset *ἐγγεγραμμένου αὐτοῦ ἐκεῖ.* Patris quoque nomen quamquam mortui in iisdem tabulis haerebat.

Omnem, credo, dubitationem eximet locus in oratione *πρὸς Βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος* pag. 998. . *ἂν δὲ — χρόνος διέλθῃ καὶ μὴ ἐκτισθῇ τὸ ὄφλημα, τί μᾶλλον οἱ τούτου παῖδες ἔσονται*

---

1) pag. 787. 1. *τὸν πατέρα — ἀποθανόντα ὁ ἀσεβὴς καὶ μιαρὸς οὐκ ἔθαψεν οὐδὲ τοῖς θάψασι τὴν ταφὴν ἀπέδωκεν ἀλλὰ καὶ δίκην πρὸς ἔλαχεν.*

τῶν ἐμῶν 'ΕΓΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΙ *ὅταν τοὔνομα καὶ* 'Ο ΠΑΤΗΡ *καὶ ἡ Φυλὴ καὶ πάντ' ᾖ ταὐτά;*

Priusquam priorem in Aristogitonem orationem deponam de manibus paucis indicabo quae mihi in hac causa cognoscenda satis certa et comperta sint.

Incertum quo anno sed non ita multo ante quam Aristogiton *περὶ τῶν Ἁρπαλείων* causam dixit (id est ante annum 324) Lycurgus Aristogitonis nomen detulit (*ἐνέδειξε*) subscriptore usus non Demosthene, sed Hyperide, qui septies a scelerato sycophanta in iudicium de capite adductus et toties absolutus veterem inimicum sic ulciscitur.

Utraque oratio aetatem tulit in bibliothecam Alexandrinam et *εἰς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας* recepta, sed Criticorum errore aut negligentia quae erat Hyperidis oratio Demostheni est attributa. Quum a Ptolemaeo Philadelpho summo studio et summis pretiis libri veterum conquirerentur, factum est ut multae orationes aut *ἀνεπίγραφοι* aut *ψευδεπίγραφοι* aut *διεσκευασμέναι* (*ab impostoribus suppositae*) Alexandriam deferrentur et ab imperito iudice Callimacho auctoribus quaeque suis attribuerentur. In qua re in quam graves errores se induerit vel in uno Demosthene satis apparet. Itaque per complura saecula Hyperidea oratio quamquam toto coelo a Demosthenicis diversa tamen sine ulla fraudis suspicione ab eruditis omnibus pro Demosthenica lectitata est, donec tandem Dionysius Halicarnassensis primus omnium intellexit fieri nullo modo posse ut haec ita ab Demosthene scripta fuerint: inesse enim quaedam *φορτικὰ καὶ ἀηδῆ* Demosthene prorsus indigna. Itaque *spuriam* esse pronuntiavit, vetustissimam esse et ab Attico oratore Demosthenis aequali conscriptam esse ne cogitavit quidem. Critici iudicium hoc plerique omnes veteres spreverunt et eruditissimus quisque Graecorum et Romanorum *τὸν κατ' Ἀριςογείτονος λόγον* ab ipso Demosthene scriptum esse existimabat [1]) praeter unum et alte-

---

1) Longinus *ὁ κριτικώτατος*, qui in libro *περὶ ὕψους* cap. 34. Demosthenis et Hyperidis dicendi virtutes et ingenium luculenter inter se composuit, sine ulla dubitatione scribit cap. 27. *ὁ Δημοσθένης ἐπὶ τοῦ Ἀριςογείτονος ἐμπαθὲς τὸ πολυπρόσωπον καὶ ἀγχίςροφον παρέςησεν*, et adscribit locum ex pag. 778, 8. *καὶ οὐδεὶς ὑμῶν χολὴν οὐδ' ὀργὴν ἔχων εὑρεθήσεται κτέ.*

rum grammaticum aut rhetorem qui suum *εἰ γνήσιος* apponebat [1]) magis quia de Criticorum iudicio inaudiverat aliquid quam quia ipse ita sentiebat.

Renatis litteris plerique omnes principes in damnanda hac oratione consenserunt, sed excedentes modum quia Demosthenis non esse probe sentiebant nescio quem Sophistam haec omnia declamitare opinabantur Fuerunt adeo qui ab Alexandrino Rhetore haec scripta esse serio crederent. Alii „*neque Demosthenem eam scripsisse*" iudicant „*ac ne in fori quidem et veri iudicii usum compositam esse*.." Hemsterhusius, Valckenarius et Ruhnkenius non dubitabant quin esset Demosthenis. Movit eos Longini auctoritas, a quo „*ut Demosthenis oratio diserte laudatur*" (Ruhnk. ad Longin. 23. 4.). Praeterea manifesto imitatus est lepidum ex ea oratione locum Longinus quum scriberet l. l. *τὸ πανταχοῦ κώδωνας ἐξῆφθαι λίαν σοφιςικόν.* Obversatur ei locus pag. 797. 14. *ταῦθ' οὗτος μόνον οὐ κώδωνας ἐξαψάμενος διαπράττεται*, ut Ruhnkenius animadvertit.

Cum his omnibus opinionum commentis et erroribus acriter depugnavit Reiskius, quo iudice verus orationis auctor est HYPERIDES habendus, cui equidem et olim et nunc ex animi sententia assentior. Satis enim apparet haec ab eo scripta esse, in quo tanta esset hominum et rerum illius temporis notitia et intelligentia et usus, quanta in solis Demosthenis aequalibus et popularibus esse posset. Satis apparet concepta haec esse ea dictione et stilo, quali nemo umquam uti potuit praeter eos qui in Attica nati *τὸ καθαρῶς ἀττικίζειν* in ipsa patria didicissent. Sophistarum et Rhetorum declamitantium satis domi habemus, sed nemo unus eorum Atticum dicendi genus ita potuit imitando exprimere ut non longissimo intervallo ab ipsis Atheniensibus distaret. Hyperides, ut vidimus, populariter et familiariter quotidiano vitae sermone utens *Ἀττικώτατός ἐςιν.*

Praeterea nihil in ea oratione inest quod cum aequalium testimoniis pugnet, sed contra omnia fideli concordia conspirant.

Omnes criticorum dubitationes et criminationes ex Callimachi

1) Harpocration viginti fere locos ex Aristogitonea afferens bis tantum adscribit *εἰ γνήσιος* v. *Θεωρίς* et *νεαλής*.

errore natae sunt, qui duos aequales confundens quae Hyperidis essent Demostheni assignavit.

Peritissimum esse orationis auctorem hominum rerumque aequalium ex his potissimum locis colligo: pag. 776. 16. τὸ τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ἀπὸ τῆς ἀσθενοῦς τοιαυτησὶ κιγκλίδος τῶν ἀπορρήτων κυρίαν εἶναι καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας ἐπεισιέναι· τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ ςοᾷ καθεζομένη περισχοινίσηται κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι καὶ ἅπαντας ἐκποδὼν ἀποχωρεῖν· τὸ τὰς ἀρχὰς ἁπάσας — ἅμα τῷ τὸν ὑπηρέτην εἰπεῖν „μετάςητε ἔξω." τῶν νόμων κρατεῖν ἐφ' οἷς εἰσεπέμφθησαν. Unde haec Sophista declamitans sumere potuit?

Pag. 781. 5. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐάσω, ἀλλ', Ἀριςογεῖτον, ἑπτὰ γραφὰς κέκρικάς με τοῖς ὑπὲρ Φιλίππου τότε πράττουσι σεαυτὸν μισθώσας καὶ εὐθύνας διδόντος δὶς κατηγορήσας καὶ — ἀεὶ συκοφαντῶν ἠλέγχου. Ex his omnibus Hyperidis πρὸς Ἀριςογείτονα orationibus una tantum in Alexandrinam bibliothecam pervenit et haec sola erat in eruditorum manibus, caeteras quis noverat? nemo hercle, quoniam Oratorum vitam et scripta non aliunde quam ex orationibus quae exstabant eruditi habebant cognita. Itaque sciebant omnes Hyperidem semel ab Aristogitone γραφῆναι παρανόμων post Chaeroneam, caeteras accusationes non noverant quia perierant orationes. Sed Hyperides ipse probe haec meminerat. Quis mortalium scire poterat quod legitur pag. 781. 16. δὔ ἔτη βιάζεται λέγειν οὗτος — ἔπειτ' ἐν τούτοις τὸν μὲν ταλαίπωρον Φωκίδην καὶ τὸν χαλκοτύπον τὸν ἐκ Πειραιῶς καὶ τὸν σκυλόδεψον — εἶδεν ἀδικοῦντας τὴν πόλιν, ἐμὲ δ' οὐχ ἑώρα τὸν ῥήτορα ᾧ ἐπολέμει οὐδὲ τὸν Λυκοῦργον. Erant hi homines tam tenues et tam obscuri ut ipse Hyperides eorum nomina memoria retinere non potuerit. Quis umquam fando audivit Φιλοκράτην τὸν Ἐλευσίνιον improbissimum hominem Aristogitonis fuisse fautorem et adiutorem? pag. 783. 21. Quis praeter ipsos aequales de eo homine umquam inaudivit? Pergit Hyperides causas et iudicia nemini nota commemorare pag. 784. 16. τὴν καθ' Ἡγήμονος εἰσαγγελίαν μέμνησαι ὡς ἀπέδοτο· τὰς κατὰ Δημάδου γραφὰς οἶσθ' ὡς ἐξέλιπεν τὸν ἐλαιοπώλην Ἀγάθωνα (ταυτὶ γὰρ τὰ πρῴην) βοῶν καὶ κεκραγὼς — ὡς δέον ςρεβλοῦν λαβὼν ὁτιδήποτε παρὼν ὅτ' ἠφίετο ἄφωνος ἐγένετο. τὴν κατὰ Δημοκλέους εἰσαγγελίαν ἀνασείσας ποῖ ἔτρεψεν; ἄλλα μύρια

ὧν ἐμοὶ ἔργον ἁπάντων μεμνῆσθαι. Dicamusne haec declamitantem Sophistam finxisse de nihilo omnia et iudicia et nomina? aut habuisse auctorem quem in his sequeretur?

Quod commemorat spurcum Aristogitonis in decem praetores maledictum pag. 785. 13. οὐδὲ τῶν κοπρώνων ἂν ἐπιςάτας ἑλέσθαι, putesne a Sophista esse excogitatum? aut quae de Zobia narrantur pag. 787. 14? Fictumne est pag. 791. 25. βουλεύσεως τὸν Ἀλωπεκῆθεν Ἀρίςωνα διώκει? Fictumne est quod de Theoride venefica scribit pag. 793. 25. ἐφ' οἷς ὑμεῖς τὴν μιαρὰν Θεωρίδα τὴν Λημνίαν τὴν φαρμακίδα καὶ αὐτὴν καὶ τὸ γένος ἅπαν ἀπεκτείνατε ταῦτα λαβὼν τὰ φάρμακα — μαγγανεύει καὶ φενακίζει καὶ (agnosce in sqq. facetum et dicax Hyperidis ingenium) τοὺς ἐπιλήπτους φησὶν ἰᾶσθαι αὐτὸς ὢν ἐπίληπτος πάσῃ πονηρίᾳ. Non esse haec ficta Plutarchus in *Demosthene* et Philochorus apud Harpocrat. v. Θεωρίς testes sunt. Inde igitur Sophistam sua sumsisse credes? Non facies, non est enim hoc hominum genus tam doctum ac diligens. Hyperides ipse rem sibi et omnibus notam iudicibus narravit.

Sequitur ut ostendam ea quae ἐν τῷ κατ' Ἀριςογείτονος narrantur aequalium testimoniis confirmari et omnia inter sese fideli concordia conspirare. Omitto reliqua tenuiora et satis esse arbitror Dinarchi orationem κατ' Ἀριςογείτονος in causa Harpalica anno 324 habitam cum Hyperidea comparare. Nempe ex perpetuo utriusque testis consensu utraque oratio certam et exploratam fidem habebit.

Pauca igitur Dinarchea audi et videbis haec omnia cum Hyperideis concinere §. 8. τίς ὑμῶν οὐ πολλάκις ἀκήκοεν ὅτι Κυδιμάχου μὲν τοῦ πατρὸς τοῦ Ἀριςογείτονος θανάτου καταγνωσθέντος καὶ φυγόντος ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ χρηςὸς οὗτος υἱὸς περιεῖδε τὸν αὑτοῦ πατέρα καὶ ζῶντα τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντα καὶ τελευτήσαντα οὐ τυχόντα τῶν νομίμων; — αὐτὸν δὲ τοῦτον ὅτ' ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὸ πρῶτον ἀπήχθη — τοιαῦτα τολμήσαντα ποιεῖν αὐτοῦ ὥς' ἐκείνους (leg. ὥςε τοὺς ἐκεῖ) ἀποψηφίσασθαι μήτε πῦρ ἐναύειν τούτῳ μήτε συσσιτεῖν μηδένα μήτε θυσιῶν τῶν γιγνομένων κοινωνεῖν.

Dinarchus § 10. Aristogiton ἐμπορίου ἐπιμελητὴς λαχὼν ἀπεδοκιμάσθη ὑπὸ τῶν τότε δικαζόντων ἄρχειν ταύτην τὴν ἀρχήν. Hyperides pag. 790. 15. ἀλλὰ νὴ Δία — διὰ ταῦθ' ὑμῖν εὔνους

ἐϛὶν ὅτι τὴν ἀρχὴν ἣν ἔλαχεν ἀπεδοκιμάσατε; ἀλλ' ὅτι παρανόμων αὐτοῦ κατέγνωτε; ἀλλ' ὅτι πέντε ταλάντων προςετιμήσατε; De his Dinarchus § 12. *οὐκ 'Αριϛογείτων ἐϛὶν· ὁ κατὰ τῆς ἱερείας τῆς 'Αρτέμιδος τῆς Βραυρωνίας καὶ τῶν οἰκείων αὐτῆς τοιαῦτα γράψας καὶ ψευσάμενος ὥσθ' ὑμᾶς ἐπειδὴ τὴν ἀλήθειαν ἐπύθεσθε παρὰ τῶν κατηγόρων πέντε ταλάντων τιμῆσαι τούτῳ;*

Dinarchus § 13. *οὐ τὸ τελευταῖον οὗτος ἐνδειχθεὶς ὑπὸ Λυκούργου καὶ ἐξελεγχθεὶς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ λέγειν οὐκ ἐξὸν αὐτῷ καὶ παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα κατὰ τοὺς νόμους περιπατῶν ἔμπροσθεν τῶν δικαϛηρίων καὶ εἰς τὴν προεδρίαν τῶν πρυτάνεων ἐκάθιζεν.* Non est mirandum a Dinarcho solum accusatorem Lycurgum nominari et subscriptorem Hyperidem silentio praeteriri. Neque enim erat opus et forte is solus accusare dicebatur qui nomen detulisset. Caeterum hinc apparet non iniuria metuisse Hyperidem ne esset *μάτην ἐρραψῳδηκώς.* Manifestus enim reus et damnatus est et tamen poenas non dedit, quia coniectus in carcerem statim emissus *ἔμπροσθε τῶν δικαϛηρίων* insigni impudentia obambulavit. Eodem pertinent verba Dinarchi § 14. *ὃν φυλάξαι οὔθ' οἱ ἕνδεκα δεδύνηνται οὔτε τὸ δεσμωτήριον.* Quo pacto potuerit homo nequissimus damnationem nihil curare et iactare se in publico non intelligimus qui in bene moratis civitatibus vitam agimus, Athenis nemo mirabatur. Plato deridens democratiam (*de Rep.* pag. 558. A.) *τί δὲ ἡ πρᾳότης ἐνίων τῶν δικασθέντων οὐ κομψή; ἢ οὔπω εἶδες ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ ἀνθρώπων καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς οὐδὲν ἧττον αὐτῶν μενόντων τε καὶ ἀναϛρεφομένων ἐν μέσῳ; καὶ ὡς οὔτε φροντίζοντος οὔθ' ὁρῶντος οὐδενὸς περινοϛεῖ ὥσπερ ἥρως; καὶ πολλούς γε, ἔφη.* Eiusdemmodi quid Hyperidis animo obversabatur pag. 797. 1.

Dinarchus § 16. *πῶς οὖν ἐκεῖνοι* (maiores nostri) *περὶ τούτων ἐγίγνωσκον; πρῶτον μὲν καθ' ἑκάϛην* (*ἐκκλησίαν* adde) *δημοσίᾳ ἀρὰς ποιούμενοι κατὰ τῶν πονηρῶν.* Ex hoc dirarum carmine sumsit Hyperides quae dixit pag. 794. 24. *ὁ τρισκατάρατος — ὅτῳ μήτε γῆ φέροι καρπὸν μήτ' ἀποθανόντα δέξαιτο.*

Dinarchus § 19. *ὥϛε τὸ πολλάκις λεγόμενον ἀληθὲς εἰπεῖν ἐϛὶν ὅτι περὶ μὲν τούτου* (Aristogitonis) *τὴν ψῆφον ὑμεῖς μέλλετε φέρειν, περὶ δ' ὑμῶν οἱ περιεϛηκότες καὶ οἱ ἄλλοι πάντες.* Eadem sententia Hyperides semel et iterum usus est neque ea a De-

mosthene sumta est, ut Dobraeo videbatur, sed vulgo saepe ita dici solebat.

Dinarchus § 24. ὅτε φασὶν Ἄρθμιον τὸν Πυθώνακτος τὸν Ζελείτην κομίσαι τὸ χρυσίον ἐκ Μήδων. Primus omnium Demosthenes anno 341. in hoc argumento vetustam hanc ex arce inscriptionem commemoraverat pag. 121. 27. Videtur ea res vehementer animos Atheniensium commovisse. Itaque Dinarchus post annos septemdecim eiusdem mentionem renovavit.

Qui supposuit Epistolas Demostheni olim attributas Aristogitonem in causa Harpalica absolutum esse putabat. vid. pag. 1483. 26. et pag. 1485. 5. Non est operae pretium de hoc homine dicere, nam nunc quidem *Sophistam declamitantem* tenemus.

Quod ad dictionem attinet omnes concessuros esse arbitror non ἀττικῶς sed ἀττικιστί omnia esse scripta. Ubique τὰ Ἀττικὰ ὀνόματα διαφαίνεται. τοῦ λόγου. Qui Sophistae declamitantis aut Alexandrini rhetoris haec esse opinantur nullum omnino ex oratione et stilo argumentum protulerunt. Nullum umquam vidi Sophistam aut Rhetorem Atticorum simiam qui non compluribus indiciis ex dictione sumtis continuo argueretur. Nihil est in Aristogitonea quod hoc nomine iure reprehendas. Similiter qui negant „*in fori et veri iudicii usum* orationem hanc *compositam esse*," nihil proferunt ad hanc opinionem confirmandam. Spirat tota oratio infestissimi accusatoris indignationem et iram et odium, et quod se Hyperides pag. 770. 4. in Lycurgo mirari dicit ὁρῶν ὑπερδιατεινόμενον εἰ ἀγνοεῖ ὅτι οὐ παρὰ τοὺς ὑφ' ἑαυτοῦ λόγους εἰρημένους τὰ τουτουὶ τοῦ ἀγῶνος δίκαιά ἐστιν ἰσχυρά, idem perlecta oratione de ipso dixeris, qui dicendo incalescens et omnes nervos intendens oblivisci videtur iudicii exitum non ex sua eloquentia pendere, sed ὡς ἂν ἕκαστος τῶν δικαζόντων ἔχῃ πρὸς τὸ ἢ δυσχεραίνειν ἢ προσίεσθαι πονηρίαν.

Apparet ex Libanii argumento duas in Aristogitonem orationes τὴν πρωτολογίαν (Lycurgi) et τὴν δευτερολογίαν (Hyperidis) olim in libris coniunctas fuisse, unde factum est ut Libanius Lycurgeae orationis ὑπόθεσιν et accusationis capita diligenter exposuerit.

Libanius et ipse versatur in eo opinionis errore ut alterius

orationis auctorem Demosthenem esse credat. *Δημοσθένης δὲ καὶ Λυκοῦργος περὶ τοῦ δικαίαν ἢ μὴ γεγενῆσθαι τὴν ἐγγραφὴν οὐδὲν λέγουσιν.* Commemorat Dionysii Halic. iudicium neque illi quidquam tribuit nec reliquos multum tribuere ostendit. Pervulgata erat doctorum opinio, quam in fine ponit, *τὸν μὲν πρότερον λόγον Δημοσθένους εἶναι, τὸν δὲ δεύτερον οὐδαμῶς οὐδὲν ἄξιον ἔχοντα τοῦ ῥήτορος.*

Expedita esset omnis controversia et omnis dubitatio remota si vera narraret Photius in *Myriob.* pag. 491. a. 35. ubi testis producitur *αὐτὸς ὁ Ἀριστογείτων ἀνομολογῶν Δημοσθένην καθ' αὐτοῦ γεγραφέναι.* Habebat enim in manibus orationem Aristogitonis inscriptam *ἀπολογία πρὸς τὴν ἔνδειξιν Λυκούργου καὶ Δημοσθένους* et sic Dionysii suspicionem confutat. Non cogitavit bonus Photius orationem hanc post Dionysii mortem esse compositam.

Etiam nunc enim Sophista declamitans hominibus bonis sed non satis acutis imposuit et Photium theologo quam philologo similiorem hominem in fraudem et errorem induxit.

ΚΑΤ' ἈΡΙΣΤΟΓΕΙΤΟΝΟΣ ΛΟΓΟΣ ἈΔΕΣΠΟΤΟΣ.

Quin sit spuria et Demostheni supposita *secunda* oratio in Aristogitonem nulla umquam fuit neque apud veteres neque postea dubitatio. Est levis opella *οὐδὲν καινὸν οὐδὲ ποικίλον ἔχουσα* et quolibet vel mediocri oratore indigna. Nihil tamen in oratione et stilo inesse video quod ab Attica dicendi consuetudine deflectat. Nitide omnia et *ἀττικιστί* enunciata sunt, quamobrem operae pretium me facturum arbitror, si quos orationis locos nunc male habitos in integrum restituere potero.

Pag. 801. 11. *ὥσπερ γὰρ τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἁμαρτημάτων — ὅταν μὲν τῶν ναυτῶν τις ἁμάρτῃ —, ὅταν δ' ὁ κυβερνήτης ἀποσφαλῇ κτέ.* Verba *τῶν ἁμαρτημάτων* suspensa sunt nec quo referantur habent. Periit praepositio in huiuscemodi sententia poni solita: *ὥσπερ γὰρ* ἘΠΙ *τῶν ἐν ταῖς ναυσὶν ἁμαρτημάτων.*

Interpolatione impeditus locus est pag. 802. 13. *οἱ πολιτευόμενοι πάντες, ἐκ τῶν παλαιῶν [εἰ βούλεσθε] ἀρξάμενοι χρόνων*

[θεωρεῖν], ὡσαύτως φαίνονται εἴκοντες τοῖς ὑμετέροις δικαίοις. Quis mortalium qui vellet dicere: εἰ βούλεσθε ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων ἀρξάμενοι θεωρεῖν, ea verba sic disiecisset? Simpliciter dixerat: *omnes qui remp. capessebant* INDE *ab antiquis temporibus* —, πάντες ἐκ τῶν παλαιῶν ἀρξάμενοι χρόνων ὡσαύτως φαίνονται κτἑ.

Pag. 805. 7. οὐ γὰρ δή τινες ὑμῶν οὕτως ἔχουσιν ὡς προσήκειν μὲν ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὡς ἐγὼ λέγω, διὰ δὲ τὴν ἐπιείκειαν τὴν 'Αριστογείτονος — ΠΑΡοπτέον τι καὶ παρανομοῦντα αὐτόν. Pro οὕτως ἔχουσι postulat loci sententia νομίζουσιν, οἴονται, ὑπολαμβάνουσιν, aut simile quid. Ut haec notio existat adde duo verba: οὕτως ἔχουσι (τὴν γνώμην) ὡς προσήκΕΙ μέν κτἑ.

In fine loci mendosum est παροπτέον. Confusae sunt duae praepositiones quae assolent et rescribendum: ΠΕΡΙοπτέον παρανομοῦντα αὐτόν.

Pag. 805. 10. ὅτι μὲν γὰρ πονηρὸς — ὅτι δὲ οὐΔΕ χρήσιμος. Imo vero οὐδΕΝ *nulli rei utilis.*

Pag. 805. 16. τί ψήφισμα γέγραφεν ᾧ πεισθέντες ὑμεῖς οὐ πάλιν μετανοῆσαι προείλεσθε? Vitiosa sunt ultima, nam sensu cassum est προαιροῦμαι μετανοῆσαι. Quis homo μετανοεῖ ἐκ προαιρέσεως? Quid sit restituendum aliis quaerendum relinquo.

Pag. 805. 20. ὅταν ὑμᾶς ἴδῃ ΠΑΡοργισθέντας τι πρός τινας καὶ μᾶλλον τοῦ δέοντος ΠΑΡοξυνθέντας. Quid sit corrigendum ostendet locus in *Midiana* pag. 514. 10. ὁ δῆμος ἅπας οὕτως ὠργίσθη καὶ παρωξύνθη. unde repone ἴδῃ 'Οργισθέντας. Adhaesit praepositio ex sq. verbo, quod scriba ἔναυλον εἶχεν. Saepe eadem de causa sic peccari videbis.

Pag. 806. 5. ὄνειδός ἐστιν, ἄνδρες δικασταί, τὰ γιγνόμενα τῇ πόλει ἐπὶ τοῦ βήματος. Sine controversia τῇ πόλει cum ὄνειδος coniungendum est, non cum τὰ γιγνόμενα. Restitue igitur naturae ordinem: τῇ πόλει τὰ γιγνόμενα ἐπὶ τοῦ βήματος.

Post pauca Dindorf. ex S dedit: οὐ γὰρ ἐπιτιμᾶν — χαλεπὸν

ἀλλὰ ΚΑΙ συμβουλεῦσαι. In huiusmodi oppositione καί locum non habet, ut in

οὐ γὰρ συνέχθειν ἀλλὰ συμφιλεῖν ἔφυν.
οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριϛος ἀλλ' εἶναι θέλει.
οὐ γὰρ γέροντές ἐσμεν ἀλλὰ παιδία.

et similia passim.

Pag. 807. 9. ἐὰν ἔχητε νοῦν — τοὺς μὲν φάσκοντας τούτους τῷ λόγῳ φιλεῖν ὑμᾶς χαίρειν ἐάσΑτε, αὐτοὶ δὲ τοῦτ' ἐκ παντὸς τρόπου παραφυλάξΑτε. Ex ipsa rei natura ἐὰν ἔχητε νοῦν, ἐὰν σωφρονῆτε, εἰ σωφρονήσετε et sim. cum futuro componuntur, ut pag. 239. 12. εἴπερ εὖ φρονεῖτε τούτους μὲν ἐχθροὺς ὑπολήψεσθε, ἐμοὶ δὲ πιϛεύσετε, et sic passim. Emenda igitur ἐάσΕτε et παραφυλάξΕτε.

Pag. 807. 20. πῶς δ' οὐκ ἂν εἴη τὸ συμβαῖνον ἄλογον εἰ νομοθετοῦντες μὲν ὀργίζεσθε τοῖς πονηροῖς, ἐπ' αὐτοφώρῳ δέ τινας εἰληφότες ἀθῴους ἐάσΕτε. Dixerat ἐάσΑΙτε, ut in *Pluto:*

δεινὸν γὰρ εἰ τριωβόλου μὲν οὕνεκα
ὠϛιζόμεσθ' ἑκάϛοτ' ἐν τἠκκλησίᾳ,
αὐτὸν δὲ τὸν Πλοῦτον ΠΑΡΕΙΗΝ τῳ λαβεῖν.

Frequens admodum in S hic error est μισήσΕτε, θεωρήσΕτε, συνθεωρήσΕτε cett. pro -σΑΙτε. Vide in vicinia pag. 808. 2 et 9.

INDEX GRAECUS.

A.

E.

Θ.

I.

K.

Λ.

Μ.

N.

Ξ.

O.

Π.

P.

Σ.

T.

X.

Ψ.

Ω.

INDEX LATINUS.

INDEX SCRIPTORUM

QUORUM LOCI TRACTANTUR.